vir suscipiẽs filiũ alicuius de alia vxore nõ est cõpater sequẽtis vxoris. Laicus baptizãs aliquẽ nõ potest contrahere cum matre eius. Sacra synodus Tridẽtina sic ꝯstituit: vt vnus tãtum siue vir, siue mulier, vel ad summũ vnus ⁊ vna baptizatum de baptismo suscipiãt: inter quos ac baptizatũ ⁊ illius patrẽ ⁊ matrẽ, nec non inter baptizantem ⁊ baptizatum, baptizatique patrem ⁊ matrem tantum, spiritualis cognatio cõtrahatur. Et sanxit preterea, vt parochus, antequã ad Baptismũ cõferendũ accedat, diligẽter ab his, ad quos spectabit, sciscitet, quẽ vel quos elegerit vt baptizatũ de sacro fõte suscipiãt, ⁊ eum, vel eos tantũ ad eum suscipiendum admittat, ⁊ in libro eorũ nomina describat, doceatq; eos, quã cognationẽ cõtraxerint: ne ignorãtia vlla excusari valeant. Quod si vltra designatos baptizatũ tetigerint, cognationẽ spiritualem nullo pacto contrahãt. ¶ Cognatio autẽ spiritualis solũ contrahitur p̃ baptismum, vel cõfirmationem. Catechismus ꝑ baptismo tanquã exordium est, cognationẽ spiritualem inducit: ⁊ licet impediat Matrimoniũ contrahendũ, non tñ dirimit contractũ. De cogna. spiri. ca. Catechismũ libro. 6. ¶ Cognatio legalis est adoptio alicuius in filius vel filiam. Unde talis adoptatus, quãdiu durat adoptio, nõ potest accipere filiã carnalem adoptantis, sed bene post eius fractionem, q̃ fit per emancipationem. Adoptãs non potest aliquo tempore filiã adoptatã ducere in vxorem, nec etiã post emancipationẽ. ff. de Ritu nup per. adopt. l. Adoptiuus, Item. l. quin etiam. eo. tit. ¶ Quintum impedimentũ est Criminis. Tria sunt crimina, quę impediũt Matrimoniũ contrahendũ, ⁊ dirimunt contractũ. s. adulterãs cũ cõiugata, ⁊ machinãs in mortẽ viri, vel econtra machinãs in mortẽ vxoris effectu secuto. Secundo, si viuente viro eius promittit adultere eam ducere in vxorem. Tertio, si viuente legitima vxore, scienter adulterã superinducit in cõiugiũ. Si vero nullus istorũ casuum interuenerit, potest eã ducere. ¶ De eo qui du. in matri. quã pol. per adul. ca. Proposituũ. ca. Sup hoc. ⁊ ca. sequenti. eo. tit. ¶ Sextum impedimentũ est disparitas cultus. Unde fidelis nõ potest contrahere cũ iudea vel pagana. Potest tamẽ cõtrahere spõsalia, si infidelis ꝑmittit conuerti ad fidẽ. Si autẽ alter coniugũ conuertitur ad fidẽ ex iudaismo vel paganismo: ⁊ alter remanet infidelis, si potest sine iniuria creatoris fieri, possunt simul habitare. Si autẽ periculum est, q̃ infidelis fidelẽ ad infidelitatẽ vel peccatũ mortale trahat: soluitur Matrimoniũ. Idẽ dicendũ de lapsis in hęresi. Si iudeus cõtraxit cũ cõsanguinea, cõuersus ad fidẽ potest remanere cũ ea: nisi in gradibus diuina lege ꝓhibitis. Paganus habẽs plures vxores conuersus ad fidem potest retinere solã primam. ¶ De diuor. c. Quãto. Leui. 18. ¶ Septimũ impedimentum est violẽtia, quę excludit consensum, si tñ est talis, q̃ cadat in cõstantẽ virũ: sicut metus mortis, verberũ, ⁊ seruitus, ⁊ metus stupri. Et si mulier steterit cum viro per annum cum dimidio: ⁊ consenserit in carnalẽ copulã, non debet audiri: alias matrimonium non valet. ¶ Octauum impedimentum est Ordinis, quia ordines subdiaconatus ⁊ superiores impediunt Matrimonium contrahendũ, ⁊ dirimunt iã cõtractum,

⁊ est

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝛ est excommunicatio latę sententię contra tales. Qui cle. vel vo. c. De diaco no, ꝛ fi. ꝛ ca. Ex literarum. de consan. ꝛ affi. ca. Eos qui cle. ¶ Nonum im pedimentum est Ligaminis: vnde nullus qui legitime nupserit potest viuen te prima vxore aliam accipere. Et si inter eos fuerunt sponsalia de futuro, si militer non potest cum alia de futuro contrabere sponsalia. Si autem cum alia cōtrahit per verba de presenti, vel de futuro, ꝛ sequitur copula carnalis, stabit cum secunda: etiam si cum prima sponsalia de futuro fuissent iuramen to firmata. Si alligatus est vxori, ꝛ non est secuta carnalis copula: pōt ea in uita religionem intrare: non tñ si secuta est carnalis copula. Uxor credēs ma ritum mortuum, si nubat, quamdiu est in tali credentia, excusatur. Si autem primus maritus redierit: cum ipso tenetur redire ꝛ manere: alias adultera cē sebitur. De secun. nup. c. Dñs. 27. q. 1. c. Qui desponsatam. ¶ Decimus im pedimentum est publicę honestatis iustitia: quę est quando aliquis aliquam mulierem desponsat existentem annorum 7. ꝛ supra: qui licet eam non cogno scat carnaliter, nullas tamen de consanguinitate ipsius mulieris potest eam ducere in vxorem: nec ipse aliam de consanguinitate ipsius. De despon. im pu. ca. iuuenis. ꝛ c. ad audientiam. eo. tit. Quod iustitię publicę honestatis im pedimentum, vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, Sancta Synodus Tridentina prorsus tollit: vbi autē valida fuerint, primus gradū (inquit) non excedant. ¶ Undecimum impedimentum est Affinitatis: qō est qñ aliquis aliquam' mulierem carnaliter infra claustra pudoris ꝛ comple te cognoscit. Talis mulier efficitur affinis omnium consanguineorus ipsius, ꝛ ipse efficitur affinis omnium mulierum consanguinearum dictę mulieris vsque ad secundus gradum inclusiue. Et moriente consanguineo, quo con trahitur affinitas, psona q̄ superuiuit remanet affinis. Prout decreuit sancta synodus Tridētina. ¶ Duodecimum impedimentus est Impotentia coeū di, quę est duplex. s. naturalis ꝛ accidentalis. Naturalis: vt frigiditas in viro: ꝛ arctatio in muliere: ꝛ defectus ętatis in puero. Accidentalis: vt castratio, ꝛ maleficiatio. Impotentia naturalis, alia tēporalis, alia perpetua. Tempo ralis impedit matrimonium per tēpus quo durat: sicut defectus ętatis in pue ro. Perpetua impedit contrabendum: ꝛ dirimit cōtractum. Arctatio in mu liere medicina remoueri debet, vel per assiduum coitum est aperienda: quę si non valet remoueri, nullum est matrimonium. De fri. ꝛ male. c. Accepisti. Si mulier arctata, ab. vno cognosci non pōt: ꝛ postea ab alio cognoscatur, reddenda est primo. ¶ Accidentalis impotentia, siue castratio impedit. Maleficium aūt si temporale est, non impedit. Si aūt perpetuum: quod co gnoscitur, si per triennium continuum persistentes actui venereo nō possunt se cognoscere: tunc impedit contrabendum, ꝛ dirimit contractus. Et hęc im pedimenta intelligantur esse, si przcesserint matrimonius. ¶ Alia duo im pedimenta sunt, quę impediunt matrimonium contrabendum: sed non diri munt contractum. s. impedimentum feriarum. s. ab Aduentu Domini nostri Jesu Christi, vsque in diem Epiphanię, ꝛ a feria quarta cineꝝ ū vsq; in octa

uam

nam paschatis inclusiue: (nam in alijs temporibus nuptias celebrare San cta Synodus Tridentina permittit.) Quibus temporibus licet possit con trahi matrimonium per verba de presenti ꝛ semper ꝛ omni tempore, etiam quadragesimali: non licet tamen traducere vxorem, vel solennizare nuptias, vel eam carnaliter cognoscere. Et contrafacientes peccarent mortaliter.

¶ Aliud impedimentum est Interdictum ecclesię: quando scilicet ab eccle sia ex causa rationabili interdicitur alicui contrabere matrimonium cum ali qua. Et ista duo vltima impediunt matrimonium contrabendum, sed non dirimunt contractum. De clan. despon. c. Cum inhibitio. vnde vers.

Ecclesię vetitum, nec non tempus feriarum
Impediunt fieri: permittunt facta teneri.

¶ Hęc impedimenta strictim ꝛ breuissime in substantia hic posita sunt, quantum fieri potuit. Sed qui ea diffusius videre, ꝛ intelligere voluerit, le gat Summā confessorus Pisanā, Angelicam, Siluestrinā, Tabienā, ꝛ Ro sellā, ꝛ alias summas casuum conscientię. Ac ēt Cōciliū Tridētinū Sess. 24.

DE EXHORTATIONE ET ADMONITIONE facienda Sponso & Sponsę per sacerdotem: & de forma contrahendi matrimonium, & eius benedictione. Cap. 4.

Instante aūt nuptiarū celebra tione, faciendę sunt orationes, ꝛ maxime in missa: ꝛ est dicēda mis sa de Spiritu sancto cū oratione de beata Virgine, ꝛ alia oratione: q̄ in cipit: Deus p quē mulier iungitur viro ꝛc. vt in missali: ꝛ hortandi sūt sponsus ꝛ sponsa ad sacramentales confessiones: ꝛ in ea sunt instruen di qualiter in matrimonio viuere debeant: ꝛ qꝫ cuꝫ oī honestate actū coniugū exerceāt: considerantes qꝫ inter eos est sacramētū sanctę matris ecclesię: qō est honeste exercēdū: iuxta dictū beati Pauli Apostoli primę ad Thessal. c. 4. Unusquisqꝫ vestrū sciat vas suuꝫ possidere in sanctificatione, ꝛ honore, nō in passione desiderij, sicut gentes quę ignorant Deū: qñ deus nō vocauit vos in immunditiam, sed in sanctificationē. Hoc aūt fiet, si in actu matrimonij, pcedent non sicut equus ꝛ mulus, sed sicut personę Deū timētes, ꝛ sacramentū matrimonij honoran tes, videlicet, nō ex ardore libidinis, sed causa pliꝫ suscipiēdę, debiti reddēdi consorti, sicut tenentur: nec tali actu coniugij vtantur modo indebito, ēt in va

D te consue,

se consueto, ꝛ tactibus immundis, vt pluries actū ipsum exercere possint, vel vt habeant maiorē delectationez: nec vtantur calidis cibarijs ꝛ potibus, vt plus ad hoc tententur: nec vir abutatur vxore extra vas debituz: qa in oibus supradictis peccarent. Item q̄ tpe menstrui non conueniant, qa esset mortale. Item q̄ conentur honorare magnas festiuitates, ꝛ pro Dei honore non vti coniugio, ꝛ similiter in diebus ieiuniorum, ꝛ processionum, ꝛ p triduū ante, ꝛ per triduum post sumptionem sacrę cōionis. Si igitur honeste Matrimonium exercuerint, Deus illis bona dabit: ꝛ prosperabuntur: ꝛ bonos filios generabunt: ꝛ diu viuent cū lętitia insimul: ꝛ vitā ętернā eis concedet dñs Deus nr̄. Itaque sacerdos de talib⁹ eos sapiēter ꝛ discrete moneat, vt Deū timere discant: ꝛ cū pace ꝛ fidelitate alter alteri amorem ꝛ fidem seruet. Do/ nū ēt esset, si ante nuptiarum contractionem sacramentū Eucharistię sume/ rent: vt muniti tali viatico cum maiori gratia sacr̄m ipsum contraberent: qa ꝟm doctores si alter eorum, vel ambo essent in peccato mortali, cōtrahendo matrimonium mortaliter peccarent. Assignata die, qua Matrimoniū con/ trahendum est per verba de p̄senti, venientes ad ecclesiam sponsus ꝛ spō/ sa, qui sunt materia huius sacramenti, ꝛ se sacerdoti p̄sentantez, ei iur̄m p̄/ stent, ꝟm consuetudinem quarundam ecclesiarum, de contrahendo matrimo/ nium ꝟm ritum sanctę Romanę eccleſię. Oportet aūt q̄ sponsus ętatez. 14. annoz: ꝛ sponsa. 12. excedant, si consensus valere debet: alias nihil fit, nec est matrimonium. Prędstito iuramento sacerdos indutus superpelliceo cum sto/ la interrogat vtrunqz in hunc modum. Ego ex parte Dei, ꝛ per iuramentū quod fecistis, mando vobis, quatenus mihi dicatis, si habetis aliquod impe/ dimētum canonicum, quod possit impedire vos ab hoc Matrimonio legi/ time cōtrahendo: videlicet, si estis consanguinei, vel affines vsqz ad quartuz gradum inclusiue: ꝛ si aliquis vestrum cum aliqua persona contraxerit p̄ ver/ ba de p̄senti. Si habetis votum religionem intrandi, vel votum castitatis, vel alia impedimenta canonica. vt supra. Quibus singulatiz respondentib⁹ q̄ non, sacerdos pronunciet verba, q̄ sunt forma huius sacramenti cū cōsensu vtriusqz: de quo consensu specialiter eos moneat, q̄ si desit, nihil ꝺino agit: ꝛ dicat spōso. Dñe N. placet vobis accipere dñam N. in vestrā legitimā spō/ sam p̄ verba de p̃nti: sicut p̄cipit sctā Romana ꝛ aplica ecclesia? Quo dicente, ſPlacet dñe, Sacerdos dicat sponsę Dña N. placet vobis accipere dñm N. in vestrū legitimū sponsuz p̄ verba de p̃nti: sicut p̄cipit sacrosancta Ro/ mana ꝛ apostolica ecclesia? Et illa dicente, Dñe placet mihi, Sacerdoz po/ nat manum dexteram sponsi super dexterā spōsę, ꝛ suppona stolā in modum crucis sup cōplicatas dexteras vtriusqz: ꝛ dicat. Et ego cōiungo vos in ma/ trimonium, Et signū crucis sup vtrunqz faciat, dicens. In nomine pa✠tris, ꝛ fi✠lij, ꝛ spiritus✠ sancti. Amen, vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiusqz patrie ritum. Et aspergat aqua benedicta dicens. Per aquę bñdictę asperſionē det vobis ops deus suam gratiaz ꝛ benedictionez. Quo dicto sacerdos benedicit arras in hunc modū. ℣. Adiutorium nostrū in no/

mine

mine dñi. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terrā. ℣. Sit nomen dñi bñdictū. ℟. Ex hoc nūc ꝛ vsqz in seculū. ℣. Dñe exaudi oratione meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Dio.

BEnedic Dñe has arras, quas hodie tradit famulus tuus. N. in manuz ancillę tuę, dilectę spōsę suę N. quēadmodū benedixisti Abrahaz cum Sara, Isaac cum Rebecca, Jacob cum Rachel, dona super eos gratiaz tuę benedictionis, abundantiam rerum, ꝛ constantiam operum: floreſcant sicut rosa in Jericho plantata: ꝛ te dominum nostrum Jesum Christum timeant ꝛ adorent in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

ODomine deuz, oēs p̄: q̄ in filitudinē sctī cōnubij Isaac cū Rebecca p̄ in/ tercessionē arrarū Abrahę famuli tui copulari iussisti, vt oblatione mu/ nerū numerositaz creſceret filioz: q̄s oipotētiā tuā: vt harū oblatione arrarū, quas hodie hic famulus tuus N. dilectę sponsę suę N. offerre ꝓcurat: sancti/ ficatoz accedas: eosqz cū suis muneribus ꝓpitius bñ ✠ dicas: quatenus tua bñdictione ꝓtecti, ꝛ vinculo tuę liberationis connexi, gaudeāt se feliciter cū tuis fidelibus perenniter mancipari. Per Christum dñm nostruz. ℟. Am̄.

Aspergantur arrę aqua benedicta: postea benedicat annulum.

BENEDICTIO ANNVLI.

℣. Adiutorium nr̄m in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

BEne ✠dic, q̄sumus dñe, annulū hunc, quez nos in tuo nomine bñ ✠ di/ cimus: vt qui eum portauerint in tua pace consistant. ꝛ in tua voluntate permaneant: ꝛ in amore tuo viuant ꝛ senescant: ꝛ multiplicentur in longitudi/ ne dierum. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

CReatoz ꝛ cōseruatoz humani generis: datoz gr̄ę spūalis: conditoz ęter/ nę salutis: tu dñe emittere digneris spiritū sanctū tuū paraclitū de cęlis, ꝛ tuā sanctā bñ ✠ dictionē sup hunc annulū: vt isti pariter armati virtute cęle/ sti, tuaqz ꝓtectione defensi, bñ ✠ dictionis tuę munus ꝓcipiant in vitaz ęter/ nam. Per. ℟. Amen. Et aspergat sacerdos annulū aqua benedicta. Po/ stea Sponsus accipiat annulum de manu sacerdotis: ꝛ ponat eum in dexte/ ra manu Sponsę in digito quarto. s. annullari, dicens. In nomine patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti. Amen. Quo peracto sacerdos legat preces sequentes.

MAnda deus virtuti tuę confirma hoc deuz, qō operatus es in nobis, a templo sancto tuo, qō est in Jerusalē, tibi offerent reges munera. In/ crepa feras arūdinis, cōgregatio tauroz in vaccis populoz, vt excludāt eos, q̄ ꝓbati sunt argento. Gloria patri. ꝛc. Kyrie ele. Christe elei. Kyrie ele. Pr̄ nr̄. Et ne nos in. ℣. Saluū fac seruū tuū ꝛ ancillā tuā. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de sctō. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Esto eis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi ora/ tionē. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spir. Oremus. Dio.

DEus Abrahā, Deus Isaac, Deus Jacob, bñ ✠ dic adolescētes istos: ꝛ semina semen vitę ętернę in mētibus eorum, vt quicquid pro vtilitate

D ij dilecte

didicerint, hoc facere cupiãt. ℣per dñm nostrum Jesum ℭhristum filiũ tuũ, re cuperatorẽ nostrum, qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate. ⁊c. ℴremus. ℌratio.

ℬene ✝ dic dñe, ⁊ respice de cẽlis super hanc coniunctionẽ, ⁊ sicut misisti sanctum Angelũ tuum Raphaelẽ pacificũ ad Tobiã ⁊ Sarã filiã Raguelis: ita digneris dñe mittere benedictionem tuã super hos adolescentes: vt in tua benedictione p̃maneant, in tua voluntate perfistãt, ⁊ in tuo amore viuant ⁊ senescant: ⁊ multiplicentur in longitudine dierum. ℣per ℭhristũ dominum nostrum. ℟. Amen. ℴremus. ℌratio.

ℬene ✝ dicere dignare domine, quẽsumus, hunc famulũ tuũ, ⁊ hanc famulam tuam: vt in nomine tuo crescant ⁊ conseruent: atq; omnibus diebus tibi seruiant: quatenus mundi peracto termino, tibi fine macula valeant adhẽrere. ℣per ℭhristum. ℟. Amen. ℣ostea dicat sacerdos ℣salmus

ℬeati oẽs q timẽt dñm: q ambulãt in vĩs eius. ℒ abores manuũ tuarũ, qa mãducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. ℴ xor tua sicut vitis abũdans in lateribus domus tuę. ℋ ilij tui sicut nouellę oliuarũ, in circuitu mensę tuę. ℴ cce sic benedicetur homo, q timet dñm. ℬ enedicat tibi dñs ex sion: ⁊ videas bona ℍierusalem omnibus diebus vitę tuę. ℭ t videas filios filiorũ tuorum: pacem super Jsrael. ℭ loria pa. ℬ yrie eleison. ℭ hriste eleison. ℟ yrie eleison. ℙ ater noster. ⁊ dẽ ob omnibus p̃sentibus. ℰt ne nos. ℣. Saluũ fac seruũ tuũ ⁊ ancillã tuã. ℟. ℍeus meus sperantes in te. ℣. Dñe exau. ℟. ℰt clamor. ℣. ℍominus vobiscum. ℟. ℰt cũ spiℴremus. ℌratio.

ℴ ℕipotens sempiternus deus: qui primos parentes nostros Adam ⁊ ℰuam sua virtute creauit, ⁊ in societate sancta copulauit: ipse corda ⁊ corpora vestra sancti ✝ ficet, ⁊ bene ✝ dicat: atque in societate ⁊ amore verę dilectionis coniugat. ℣per ℭhristum dominum nostrum. ℟. Amen.

ℴremus. ℌratio.

ℬene ✝ dicat vos deus: ⁊ custo ✝ diat vos Jesus ℭhristus: ostendat faciem suam in vobis: ⁊ misereatur vestri. ℭ̃uertat dominus vultum suum ad vos: ⁊ det vobis pacem ⁊ sanitatem corporis ⁊ animę. Amen.

ℐ ℴpleat vos ℭhristus omni benedictione spirituali in remissionem peccatorum: vt habeatis vitam ęternam, ⁊ viuatis in secula seculorum. ℟. Amen.

ℭ t benedictio dei omnipotentis, pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti, descendat super vos: ⁊ maneat semper. Amen.

℄ ℳissa, p Sponso ⁊ Sponsa ⁊ eor benedictio etĩ in ℳissali reformato habet, tĩ ne qd ptermitteremus de his q̃ sunt in veteri Sacerdotali, hęc ẽt quę sequuntur hic ponenda curauimus. ℣ostea dicatur missa: ⁊ in missali vsque ad ℣ater noster inclusiue. ℰt post ℣ater noster. dicto ℣er omnia secula seculor. ℰt rñso Amen, anteq̃ dicatur ℣ax dñi, Sacerdos collocata hostia cõsecrata sup patenã posita super calicem, ⁊ cooperta corporali, vertit se ad Spõsũ ⁊ Spõsaz coraz altari genuflexos, ita q̃ Spõsa sit a sinistris Spõsi: ⁊ vbi cõsueuit, cooperit spatulas viri ⁊ caput mulieris cũ eo dẽ velo

ad

ad exẽplũ rebeccę que viso Jsaac cooperuit se ℌen. 24. ℰt de hoc habet. 30. q. 5. cap. Femine. ⁊ cap. Nec illud. ℰt dicit ℐn nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti. Amen. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. ℍeus meus sperãtes i te. ℣. ℴstende eis dñe misericordiã tuam. ℟. ℰt salutare tuũ da eis. ℣. ℴsit te eis dñe auxiliuz de sancto. ℟. ℰt de sion tuere eos. ℣. Dñe exaudi. ℟. ℰt clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. ℰt cum spiritu tuo. ℴremus. ℌratio.

℘ ropitiare domine supplicationibus nostris, ⁊ institutis tuis, qbus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te authore iungitur, te auxiliante seruetur. ℣per dominum nostrum Jesum ℭhristum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti ℍeus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

placuiſſet inſtitui, nũquã licere diſiungi. Deus q tã excellenti myſterio

cõiugalez copulã cõſecraſti: vt Chriſti z eccleſię ſacramentũ pſignares

in fędere nuptiarũ: Deus p quẽ mulier iũgitur viro: z ſocietaz principa/

liter ordinata bene✝ dictione donatur, q̃ ſola nec p originalis peccati

pęnã, nec p diluuij eſt ablata ſententiã. Reſpice ppitiuz ſuper bãc famu

lã tuã: q̃ maritali iungẽda cõſortio, tua ſe expetit ꝓtectione muniri. Sit

iſta iugũ dilectionis z pacis: fidelis z caſta nubat in Chriſto: imitatrixq3

ſanctarum permaneat fęminarum. Sit amabilis vt Rachel viro ſuo:

ſapiens vt Rebecca: longęua z fidelis vt Sarra. Nihil in e a ex acti/

bus ſuis ille author prędaricationis vſurpet: nexa fide mandatiſque

per

ꝑmaneat: vni thoro iuncta cõtactus illicitos fugiat: muniat infirmitatẽ

ſuã r obore diſcipliną. Sit verecũdia grauis: pudore venerabilis: doctri

nis cęleſtibus erudita. Sit fecũda in ſobole: fit ꝓbata z innocens: z ad

beatorũ requiẽ, atq3 ad cęleſtia regna ꝓueniat. Et videat filios filiorum

ſuorũ vſq3 ad tertiã z quartã generationẽ z ad optatã ꝓueniat ſenectutẽ.

℣. Dic ſacerdos mutet vocẽ, ſi ꝓfationẽ cãtauit, z dicat plane ita q̃ ab aſtã
tibus audiri poſſit. Per eũdẽ dñm nr̃m Jeſũ Chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit
z regnat in vnitate ſpũs ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

℣. Poſtea dicat in tono lectionis.

ORemus omnipotentem Deum, qui ad multiplicandam humani gene
ris prolem bene✝ dictionis ſuę gratiã largiri dignatus eſt, fratreꝫ cha
riſſimi, z deprecemur, vt hos famulos ſuos N. z N. quos ad cõiugalez co/
pulam ipſe prędelegit, ipſe cuſtodiat. ℟. Amen. ℣. et eis ſenſus pacificos, pa/
res animos, mores mutuos charitate coniunctos. ℟. Amen.

HAbeãt quoq3 optatas ſuo munere ſoboles: quas ſicut donũ ipſius tri/
buit, ita bene✝ dictionẽ cõſequãtur: vt bi famuli tui in oi eidẽ cordis
humilitatet deſeruiã, a quo ſe redẽptos ac dicatos eſſe nõ dubitãt. Per eũdẽ
Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amẽ. Quibus dictis ſacerdos ad altare ꝓuerſus
dicit Pax dñi ꝛc. Poſtea dat pax Spõſo: z ipſe dat eã Spõſę: z miſſa ter/
minat. Cõpleta miſſa ſacerdos, vbi cõſueuit, benedicit panẽ z vinũ, dicẽs. ℣.
Adiutorium nr̃m in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlũ z terrã. ℣. Oremus. Bñ/

BEne✝ dic dñe creaturam iſtã panis z vini, ſicut bene✝ dixiſti q̃nque
panes in deſerto: vt oẽs guſtantes ex ea, tam animę quã corporis recipi
ant ſanitatẽ. Per Chr̃m dñm noſtrũ. ℟. Am̃. Deinde in altari frãgat pa/
nẽ, z det vnã partẽ Spõſo, z aliã Spõſę, z hc et de vino: z poſtea aſpergant
aqua benedicta. Deinde ſacerdos ponit manus ſuper capita amborum pri/
mo viri, z poſtea mulieris dicẽs. In noĩe patris, z filij, z ſpiritus ſancti. Am̃.

Et

Et eleuatis manibus ꝛ extensis super capita eorum dicit.

DEus Abrahã, Deus Isaac, deus Jacob, ipse sit vobiscum: ꝛ ipse vos cõiungat, impleatq; bñ ✝ dictianẽ suã in vobis. Amẽ. Bene ✝ dicat vos omnipotẽs Deus oris sui eloquio: ꝛ cor vestrũ synceri amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amen. ℍ loreatis rerũ pręsentium copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen. Tribuat dominus vobis parentibus dona perennia: pręsentia tempora fęliciter dilatet: ꝛ sentiatis gaudia sempiterna. ℟. Amẽ. Ipse qui vnũ trinũq; possidet nomen, ꝛ gloriatur Deus, benedicat vos in secula seculorum. ℟. Amen. Quod ipse vobis pręstare dignetur, cui est honor ꝛ imperium in secula seculorum, Amen. Oremus. Oratio.

DOminus Deus ops bñ ✝ dicat vos: ipse vos coniungat, impleatq; bñ ✝ dictionẽ suã in vobis: vt videatis filios filiorũ vestrorũ vsq; in tertiam ꝛ quartã generationem ꝛ progeniem: ꝛ ad optatam perueniatis senectutem. Per dominum nostrum. Tunc sacerdos iterum tangat capita vtriusque, primo viri ꝛ postea mulieris, ꝛ dicat.

DEus Abrahæ, Deus Isaac, Deus Jacob, emitte bene ✝ dictionem tuam super nubentes istos: ꝛ semina semẽ vitę ętern ę in mẽtibus eor: vt quicquid de vtilitate sua didicerint, hoc facere cupiãt. Per Jesum Christum recuperatorem oĩum fideliũ: qui cũ te ęterno patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat Deus: per oia secula seculor. ℟. Amen. Et benedictio Dei oipotentis, pa ✝ tris, ꝛ fi ✝ lij, ꝛ spũs sci descendat ꝛ maneat super vos: ꝛ angelus Domini bonus custodiat vos semper. ℟. Amen. Postea sacerdos dicit Euangelium sancti Johannis. In principio. fol. 20. Quo dicto aufert velum ab eis, ꝛ dicit **Ambulate in pacę.** Suprascripta benedictio non est facienda, qñ alter cõtrahentiũ in alio matrimonio fuit benedictus, imo sacerdos bñdicens, secundas nuptias est suspensus, ꝛ ad Papã mittendus, extra de secũ. nu p. c. **Capellanus.** Scũs tñ Thomas tenet q; qñ virgo contrahit cũ viro, q aliã habuerat vxorẽ, q; benedici debet, ꝛ est cõis doctorum opinio hoc esse seruãdũ vbi ea est consuetudo, q vero in locis, in qbus id fieri nõ consueuit, hoc faceret, incurreret pęnam dicti Cap. **Capellanus.** Cum aũt hę nuptię benedicendę fiunt, seruatur hic ritus. Benedicuntur Arrę, ꝛ veniunt ambo, ꝛ genuflectunt ante altare. ꝛ missa dicitur vsq; ad Pax domini exclusiue, ꝛ velantur ambo vt sup. ꝛ sacerdos dicit. In nomine patris, ꝛc. vt sup. ꝛ ℣. vt sup. in singulari numero, ꝛ genere femminino. Oratio. Propitiare cum pręfatione prędicta, ꝛ oratio. Oremus omnipotentem Deum, qui ad multiplicandam, dicitur in singulari numero, ꝛ in genere femminino. Postea finita missa dicat orationes, vt su. ponendo manum solum super caput Sponsę, ꝛ faciat reliqua omnia, vt sup.

¶ De ingressu sponsę in ecclesiam octauo die post benedictionem faciendo, vbi consuetum. **Cap. 5.**

IN aliquibus ecclesiis consueuit octauo die post benedictionẽ spõsa ingredi

gredi ecclesiam quod vulgo dicitur Intrare in sancta. Et tunc sacerdos indutus superpelliceo ꝛ stola, sit in ostio ecclesię: ꝛ adueniente sponsa dicat. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Deus misereatur. totum cum Gloria pat. fo. 28. ꝛ postea subiungat ps. Beati omnes. totum similiter cum Gloria pa. fo. 28. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pr nr. Et ne nos. Sed libe. ℣. Saluã fac ancillã tuam. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spir. Oremus. Oratio.

OOmnipotẽs sempiterne Deus, creator cęli ꝛ terrę: qui omnia de nihilo creasti: quique Adã protoplastũ de limo terrę formasti, ꝛ Euam illi in adiutorium dedisti, ꝛ benedixisti eis, dicens. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terras, ne respicias ad peccata nostra, sed ad fidẽ ecclesię tuę, ꝛ benedicere digneris hanc famulã tuam vna cum marito suo, ꝛ da ei fęcunditatẽ sobolis, ꝛ de rore cęli, atque de pinguedine terrę abundantiam, ꝛ benedic eis tam in domibus, quam in agris, ꝛ vbiq; in iumentis, ꝛ pecoribus, omnique possessioni eorum benedic, ꝛ perduc eos in omni pietate, ꝛ castitate, ꝛ morum honestate, ꝛ timore Dei ad vitam ęternam. Per Christum dominum nostr. Tunc sacerdos tradat caput stolę Sponsę, ꝛ ducens eam in ecclesiã, dicat.

INgredere in domum dei, ꝛ adora filium virginis: qui tibi fęcunditatem prolis tribuere dignetur, ipsum inquã dominum nostrũ Jesũ Christum mediatorem Dei ꝛ hominum, qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Postea sacerdos celebret, ꝛ Sponsa audiat missam cum candela accensa in manibus. Et finita missa sacerdos benedicat eam hoc modo. Benedictio Dei omnipotẽtis, pa ✝ tris ꝛ fi ✝ lij, ꝛ spiritus ✝ sancti descendat super te, ꝛ maneat semper. Et aspergatur aqua benedicta, quę surgẽs offerat sacerdoti, quod sibi placuerit, ꝛ domũ reuertatur in pace. ¶ Pro fuganda sterilitate mulieris oratio. **Cap. 6.**

MUlier sterilis ꝛ infecunda veniens ad ecclesiam accedat ad sacerdotẽ habentem superpelliceum ꝛ stolam, ꝛ se eius orationibus commendet. Qui faciat orationem super eam in hunc modum. In nomine patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti. Amen. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ps. Beati omnes qui. totus cum Gloria pa. f. 28. Ańa. Benedicat tibi dominus ex sion, ꝛ videas filios filiorum tuorum vsq; in tertiam ꝛ quartam generationem. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie elei. Pater nr. Aue Maria. Credo in Deũ. Quibus dictis sacerdos subiungat. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. Deus meus sperãtẽ in te. ℣. Sint filij tui sicut nouellę oliuarũ. ℟. In circuitu mẽsę tuę. ℣. Dñe exaudi oratiõnẽ meã. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cũ spũ tuo. Orem. Deus, qui emortuam vuluam Sarrę ita per Abrahę semen fęcundare dignatus es: vt ei contra spem sobolis filius nasceretur, pręsta famulę tuę N. pro tua sterilitate deprecanti: vt merorem infecũditatis ab ea submoueas

ueas: ⁊ ad concipiendam ſobolem ei fecunditatem tribuas: ⁊ filium, quez dō naueris, clementer benedicas. Per Chriſtum. O remus. Oratio.

QUieſtatis tuę clementiam, Deus pater omnipotens, ſuppliciter exora mus: vt preces noſtras pro ſterilitate famulę tuę ℣ benignus aſſu/mas: ⁊ ei prolē tibi ⁊ hominibus gratioſaz cōcedere digneris. Per Chriſtū. Poſt hec aſpergit eam aqua bñdicta: ⁊ imponit q̄ ſepe dicat, vel dici faciat ꝑdictū pſalmum. Beati oēs q timēt dñm. ⁊ Pr nr. ⁊ Aue Maria. ⁊ Cre/do in Deū. Et qō honeſte cū viro ſuo, ⁊ pudice actū mr̄imonialē exerceat.

¶ Oratio ꝑ impeditis in matrimonio a dęmone, vel maleficijs. Cap. 7.

SAcerdos cū ſuperpelliceo ⁊ ſtola ſuꝑ virū ⁊ mulierē impeditos ſequē/tē oꝛonē dicit. ℣ Adiutorium nr̄m in noīe Dñi. ℟ Qui fecit cęluz ⁊ terrā. ℣. Saluos fac ſeruos tuos, ⁊ ancillaz tuas. ℟. Deus meus ſperātez in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de ſctō. ℟. Et de ſiō tuere eos. ℣. Nihil ꝓfi ciat inimicus i eis. ℟ Et filiꝰ iniquitatis nō apponat nocere eis. ℣ Eſto eis dñe turris foꝛtitudinis. ℟ A facie inimici. ℣ Dñs vo. ℟ Et cū. O re. Oratio.

OOmine Jeſu Chriſte, Dei ⁊ beatę Marię virginis filius, q̄ in Para/diſo Terreſtri matrimoniū inſtituiſti in officium, ſiue conſeruationez ⁊ multiplicationēm humanę nature: ⁊ ipſum matrimonium mirabiliter ho/noraſti in aduentu tuo primordijs miraculoꝛ tuoꝛ: tu ꝑ merita ⁊ preces ipſius beatiſſimę virginis Marię matris tuę, B. Vincentij confeſſoris tui, ⁊ oium ſanctoꝛ ⁊ ſanctarū tuarū, digneris hos famulos tuos, quos matrimonialiter coniunxiſti, bñ ✝ dicere, ac plene liberare ab oī ligamēto, faſcinamēto, ⁊ ma/leficio ſatanę, ⁊ dare eis fecunditatē ⁊ gratiā: vt libere poſſint vti matrimo/nio ſuo ad generandū, concipiendū, portandū, pariendū ⁊ nutriendus ꝓles gratas Deo ⁊ hoībus. Jn noīe pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ ſpiritus ✝ ſcti. Amen. Jeſus Marię filius, mūdi ſalus ⁊ dñs, ſit nobis clemēs ⁊ ꝓpitius. ℟. Aſſ. ps. Beati oēs. 26. ꝑs. Qui habitat in. ꝑs. Dñe q̄d multiplicati. Oēs inte gri dicant cū ℣ lia pa. B yrie elei. X. briſte ele. B yrie eleiſ. Pr̄ nr̄. Et ne nos inducas in tenta. ℣. Saluū fac ſeruū tuū ⁊ ancillā tuā. ℟. Deus meus ſperātes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de ſancto. ℟. Et de ſiō tuere eos. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus in eis, ℟. Et filius iniquitatis nō apponat noce re eis. ℣ Eſto eis dñe turris foꝛtitudinis. ℟. A facie inimici. ℣ Dñe exau. ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. O remus. Oratio.

OOmine Jeſu Chriſte, fili Dei viui, q̄ vterum beatę virginis Marię mi rabiliter fecundaſti, vt de ſpiritu ſancto cōciperet, portaret, pareret, ac nutriret: te deum ⁊ hominem ſaluatoꝛem inuocamus ꝑ clemētiam tuā: vt bis famulis tuis ℣ ⁊ ℣ ſemoto omni dęmonis impedimento ⁊ maleficio, fecunditatem donare digneris: vt generare, ⁊ concipere, ⁊ portare, parere, ac nutrire tibi valeant, plenin vitā ęternam. Amen. Jn nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ ſpūs ✝ ſancti. Amen. ꝑs. Beatus vir q̄ nō abijt in cōſilio impioꝝum. cum quatuoꝛ ſequētibus verſibus vſq; ꝓperabunt. ℣ loria pat. Tūc ſa/cerdos imponens manus ſuper capita, primo viri, poſtea mulieris dicat.

Jeſus

JEſus Marię filius, mundi ſalus ⁊ dñs, qui beatiſſimę virgini Marię matri ſuę fęlicem partū tribuit, ipſe tibi concedat, vt poſſis in vtero por tare, fouere, parere, ⁊ bene nutrire prolem Deo ⁊ hominibus gratam. Jn no mine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ ſpiritus ✝ ſancti. Amen.

¶ De benedictione fętus in vtero matris, de cuius piculo dubitat. Ca. 8.

SAcerdos cum ſuperpelliceo ⁊ ſtola hoc modo: benedicit fętū in vtero matris. Adueniens mulier pręgnans coraz altari, ⁊ genuflexa tenet fa cie contra altare, ⁊ ſacerdos ſuper eam orat, dicens. ℣. Adiutorium noſtruz in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlū ⁊ terram. ℣. Saluā fac ancillam tuā. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Eſto ei dñe turris foꝛtitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil ꝓficiat inimicꝰ in ea. ℟. Et filius iniquitatis non appo/nat nocere ei. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſancto. ℟. Et de ſion tuere eā. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dñs vob. ℟. Et cuz. O remus. Oratio.

OOmnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſio/ne verę fidei ętern̄ę trinitatis gloriam agnoſcere, ⁊ in potentia maieſta tis adorare vnitatem: quęſumus, vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſem per muniamur aduerſis. Per dominum noſtrum Je. O remus. Oratio.

OOmine deus omnium creatoꝛ, foꝛtis, ⁊ terribilis, iuſtus atque miſeri/coꝛs: qui ſolus bonus ⁊ pius es: ſolus pręſtans, ſolus iuſtus, omnipo/tens ⁊ ętern̄us: qui de omni malo liberas Iſrael: q̄ feciſti patres electos quo ſlibet, ⁊ ſanctificaſti eos munere ſpiritus ſancti: videlicet, virginem glorioſiſ/ſimam Mariam, in vtero poſt conceptum abſque omni decurſu temporis: Jobannem baptiſtam, ⁊ alios ſecundum gradus varios, antequam more ſo/lito naſcerentur: accipe ſacrificium coꝛdis contriti, quęſumus, ac feruens deſi derium famulę tuę ℣. bumiliter ſupplicantis ꝓ conſeruatione prolis debilis, quam dediſti eā concipere: ⁊ cuſtodi partem tuam, atque ſanctifica immen/ſa benedictione tuę gratię: ⁊ defende ab omni dolo ⁊ iniuria diri boſtis, nec/non a quibuſlibet aduerſitatibus crudelibus ⁊ iniquis: vt ad lucem prę ſentis vitę iucundiſſimam obſtetricante manu tua veniat incolumis, tibique in om/nibus iugiter deſeruiat, ⁊ vitam conſequi ſempiternā finaliter mereat. Per. Poſtea aſpergatur aqua benedicta dicendo ꝑs. Deus miſereatur noſtri totum cum Gloria pa. fo. 28. Deinde. ℣. Benedicamus patrē ⁊ filiū cū ſcō ſpiritu. ℟. Laudemus ⁊ ſuperexaltemus eū in ſecula. ℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟. Ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Domine exau di. ℟ Et clamoꝛ. Dominus vobiſcum. ℟ Et cum. O remus. Oratio.

AJſita, quęſumus domine, cunctam habitationem iſtam: ⁊ omnes inſi/dias inimici ab ea, ⁊ a prę ſenti famula tua longe repelle: ⁊ angeli tui ſā cti habitēt in ea, qui eam ⁊ eius prolem in pace cuſtodiant: ⁊ bene ✝ dictio tua ſit ſuper eam ſemper: ſalua eos omnipotens Deus, ⁊ lucem tuam eis cō cede perpetuam. Per dominum noſt. ℟. Amen. Benedictio Dei omni/potentis, pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ ſpiritus ✝ ſancti deſcendat ⁊ ſit ſuper te ⁊ ſu/per prolem tuam, ⁊ maneat ſemper. ℟. Amen.

ORDO

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORDO BENEDICTIONIS mulieris post partum in domo. Cap. 9.

¶ Sacerdos ingrediens domum mulieris, que peperit, dicat in ingressu.

PAx huic domui, ⁊ omnibus habitantibus in ea. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Dñi. ℟. Qui fecit ⁊ celum ⁊ terrã. Psals. LAudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi. Sit nomẽ dñi benedictũ ex hoc, nunc ⁊ vsqz in seculum. A solis ortu vsqz ad occasũ, laudabile nomen dñi. Excelsus super oẽs gẽtes dñs, ⁊ super celos gloria eius. Quis sicut Dñs deus noster, qui in altis habitat, ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra: Suscitans a terra inopem, ⁊ de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cũ principibus populi sui. Qui habitare facit sterilẽ in domo: matrẽ filiorũ lętãtẽ, Gloria pa. ps. BEati oẽs, qui timent dñm, qui ambulant in vijs eius. Labores manuũ tuarũ, quia manducabis: beatus es, ⁊ bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuę. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mensę tuę. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex sion, ⁊ videas bona Jerusalem omnibus diebus vitę tuę. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Jsrael. Gloria patri. Psalmus. DEus misereat nr̃i, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos, ⁊ misereatur nr̃i. Vt cognoscamus in terra viã tuã, in oibus gẽtibus salutare tuũ. Cõfiteant tibi populi Deus, cõfiteant tibi populi oẽs. Lętent ⁊ exultent gentes: qm̃ iudicas populos in equitate: ⁊ gentes in terra dirigis. Cõfiteant tibi populi Deus, cõfiteant tibi populi oẽs: terra dedit fructũ suũ. Benedicat nos Deus Deus nr̃: bñdicat nos Deus: ⁊ metuant eũ oẽs fines terrę. Gloria pa. Anna. Anima mea illi viuet: ⁊ semẽ meũ seruiet ipsi. Kyrie el. Xpe elei. Kyrie ele. Pr̃ nr̃, qui es. Et ne nos inducas in tẽtationẽ, Sed libera nos a malo. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. ℟. Et de sion tuere eã. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi oronẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Dio. ODomine sancte, pr̃ oms, eterne Deus, qui benedictionis tuę gram egris infundẽdo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationẽ tui nominis sancti benignus assiste: vt hanc famulã tuam dextera tuę virtutis tuearis, potestate cõfirmes, signaculo sanctę crucis bene✝dicas: atqz tuę ecclesię ⁊ sanctis altaribus eã felĩciter restituas. Per dominũ.

¶ Et

¶ Et tunc aspergatur aqua benedicta.

¶ Ordo quando mulier post partum primo ecclesiam ingreditur, expletis diebus sue purificationis. Cap. 10.

SAcerdos cum superpelliceo ⁊ stola, facta cõfessione ante portã ecclesię aspergit mulierẽ aqua bñdicta, ⁊ dicit Añam Asperges me dñe hyssopo, ⁊ mũdabor: lauabis me, ⁊ sup niuẽ dealbabor. ps. Miserere mei Deus sm magnã misericordiã tuã. Gloria pa. Et repetitur Aña. Asperges. Postea dicitur Aña. Hęc accipiet bñdictionẽ a dño, ⁊ misericordiam a deo salutari suo: quia hec est generatio querentium dominum. Postea dicat ps. DOmini est terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarũ, ⁊ vniuersi q habitãt in eo. Quia ipse sup maria fundauit eũ: ⁊ sup flumina pparauit eũ. Quis ascendet in montẽ Dñi? aut qs stabit in loco sancto eius. Innocẽs manib⁹, ⁊ mũdo corde: q nõ accepit in vano aiam suã: nec iurauit in dolo, proximo tuo. Hic accipiet bñdictionẽ a Dño, ⁊ misericordiã a deo salutari suo. Hec est generatio qrẽtiũ eũ, qrentiũ faciẽ Dei Jacob. Attollite portas principes vestras, ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glię. Quis est iste rex glię? dñs fortis, ⁊ potẽs, dñs potẽs in plio. Attollite portas principes vias, ⁊ eleuamini portę eternales, ⁊ introibit rex glię. Quis est iste rex glę? dñs virtutũ ipse est rex glię. Gloria pa. &c. ps. Deus misereat nr̃i, ⁊ bñdicat no. fo. 28. Psal. QRedidi pp qđ locutus sum: ego aũt humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omis homo mẽdax. Quid retribuã dño, p oibus, q̃ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiã, ⁊ nomẽ dñi inuocabo. Vota mea dño reddã coram oi populo eius: pciosa in ꝓspectu dñi mors sctorũ eius. O dñe, ga ego seruus tuus, ego seruꝰ tuꝰ, ⁊ filius ancille tuę. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis, ⁊ nomẽ dñi inuocabo. Vota mea dño reddã, in ꝓspectu ois populi eius: in atrijs domus dñi: in medio tui Jerusalẽ. Gloria pa. ps. LAudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, ⁊ veritas domini manet in eternum. Gloria patri, &c. Psalmus. LEuaui oculos meos in mõtes, vñ veniet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ a dño, q fecit cęlũ ⁊ terrã. Dõ det in cõmotionẽ pedẽ tuũ: neqz dormitet, q custodit te. Ecce nõ dormitabit, neqz dormiet, q custodit Jsrael. Dñs custodit te, dñs ptectio tua sup manũ dexterã tuã. Per diẽ sol nõ vret te: neque luna p noctẽ. Dñs custodit te ab omni: malo custodiat aiam tuã dñs. Dñs custodiat introitũ tuũ, ⁊ exitũ tuũ, ex hoc, nunc, ⁊ vsqz in sęculũ. Gloria pa. ps. Ad te leuaui oculos meos. fol. Et post singulos psalmos dicatur Gloria pa. Aña. Exaudi nos dñe: qm̃ benigna est misericordia tua: ⁊ sm multitudinẽ miserationum tuarꝫ respice nos dñe. Kyrie eleis. Xpe elei. Kyrie ele. Pr̃ nr̃. Et ne nos inducas. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. ℟. Sana aiam meã: qa peccaui tibi. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. Deus meus sperãtẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sctõ. ℟. Et de sion tuere eã. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Esto

Universidad de Deusto
Biblioteca

℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dñs vobiscuꝫ. ℟. Et cū spir. Orem. Deus q̄ p Moysen famulum tuū Israeliticę plebi mandasti, vt mulier, quę filiū peperisset, ab ingressu tēpli sequestraretur: quęsumus, vt hāc famulā tuā N. ab omni inquinamento peccati mundare digneris: quatenus mente ⁊ corpore mundata sinum sanctę matris ecclesię valeat penetrare, ⁊ tibi pro suis delictis acceptabile munus offerre. Per dñm. Oremus. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, pī Dñi nostri Jesu Christi, Deus sabaoth, q̄ tuū vnigenitū vna cum matre sua post quadraginta dierū spatium in templo presentasti, benedicere digneris hanc famulam tuā N. Quā ad templum tuū tibi Dño Deo nostro purificandi gratia presentamus, ⁊ cōcede ꝓpitius, vt sicut eam per nostrum officium in templum istud introduci mus, sic post finem vitę presentis templum celeste mereatur introire. Per eundem dominum nostr. ℟. Amen. Tunc mulier habens candelā accensā in manib⁹, accipit a sacerdote caput stolę, ⁊ ecclesiā ingredit, dicēte sacerdote. Famula Dei. N. ingredere in templū Dei, ⁊ adora filiū beatę Marię virginis, qui tibi tribuit fecunditatem prolis. Deinde sacerdos celebret missā si est hora conueniens: ⁊ ipsa aliquid offerat sacerdoti. Postea dicat sacerdos euangelium sancti Joannis. In principio erat. folio 20. ⁊ euangelium sequens. Secundum Lucam.

In illo tpe: Postquaꝫ impleti sunt dies purgationis Marię, ꝟm legem Moysi: tulerūt Jesuꝫ in Jerusalē: vt sisterent eū dño: sicut scriptū est in lege dñi. Quia omne masculinū adaperiens vuluam, sanctū dño vocabitur. Et vt darent hostiā, ꝟm quod dictū est in lege dñi, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Jerusalē, cui nomen Simeon: ⁊ homo iste iustus, ⁊ timoratus: expectās cōsolationē Israel, ⁊ spūs sctūs erat in eo. Et rēsponsum acceperat a spiritu sctō: non visurū se mortē, nisi prius videret Christū dñi. Et venit in spiritu in tēplū. Et cū inducerēt puerū Jesuꝫ parentes eius: vt facerent ꝟm consuetudinem legis ꝓ eo, ⁊ ipse accepit eū in vlnas suas, ⁊ bñdixit deū, ⁊ dixit. Nūc dimittis seruū tuū dñe, ꝟm verbū tuū in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Qđ parasti ante faciē oiuꝫ ppl'oꝝ. Lumē ad reuelationē gentiū: ⁊ gloriā plebis tuę Israel. Postea dicat oratōnē seq.

Absolue, quęsumus domine, delicta famulę tuę N. ⁊ a peccatoꝝ suoꝝ nexibus, q̄ ꝓ sua fragilitate contraxit, tua benignitate liberet. Oratio. Deus qui salutis ęternę, Beatę, Marię virginitate fecunda, humano generi premia prestitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus autorē vitę suscipere dominum nostrū Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit. vel Concede nos famulos tuos. folio. Et benedictio Dei pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti descendat super te, ⁊ maneat semper. Amen,

¶ Finit tractatus tertius prime partis libri Sacerdotalis.

SACER-

SACERDOTALIS
PRIMÆ PARTIS
Tractatus Quartus, De Sacramento Pœnitentiæ:

¶ Penitentia quid sit, ⁊ quotuplex, ⁊ de tribus verę penitentię partibus. Cap. 1.

Secundum beati Hieronymi sententiam, secunda tabula post naufragium est Penitentia. De Pen. dist. 2. cap. Secunda: vt hi qui humana fragilitate, vel suadente diabolo, seu ppria iniquitate peccauerunt, per ipsam ad salutis portū deducantur. Quę quidem a beato Ambrosio sic diffinitur: Poenitētia est pterita mala plangere, ⁊ plāgenda iterū non cōmittere. De Pen. dist. 3. c. Penitētia. Hoc est, quod ille, q̄ vere cupit pēnitere, fit bene ꝓtritus, idest dolorē habeat de peccatis cōmissis ⁊ pteritis, ⁊ firmiter disponat ⁊ ꝓponat deinceps illa vel alia, idest nullū peccatū mortale cōmittere. ¶ Est aūt triplex Penitentia, scilicet solēnis, publica, ⁊ secreta. Solēnis Penitētia est, q̄ per episcopū soleniter in 4. feria cinerum indicit, ppter peccata enormia ⁊ publica. 50. dist. c. In capite. Et hęc solū ab episcopo, ⁊ non a sacerdote indicēda est: nisi de speciali mādato epi. Et de hac in Pōtificali agit. ¶ Alia est Penitentia publica, sicut peregrinatio cū baculo cubitali, vel huiusmodi: q̄ a sacerdote parochiali, ⁊ a quolibet ꝓfessore potest imponi. 33. q. 1. c. Siquis. q̄ nō est ꝟm Augustinū imponēda iuuenib⁹, ⁊ maxime mulierib⁹. 50. dist. Penitētes. ¶ Tertia est Penitentia priuata, q̄ quotidie imponit, dū qs peccata sua sacerdoti sacramentaliter cōfitetur. 26. q. 6. c. Pbyteri. 2. q. 1. Si peccauerit. ¶ Omnis aūt vera Penitentia habet tres partes. Prima est, Cordis cōtritio, q̄ cōsistit in dolore peccatorū pteritorum, ⁊ dispositione ꝓ posse, diuina adiuuāte gratia, amplius nō peccādi. Secūda est: Oris cōfessio, q̄ cōsistit in integra, ⁊ lacrymabili oris cōfessione oīum peccatorum corā sacerdote. Tertia est, Satisfactio ꝓ peccatis, ad arbitrū sacerdotis imponēda iuxta ipsius discretionē, ⁊ cōfitētis opportunā correctionem: quę fit in oratione, eleemosinis ⁊ ieiunio, omnia enim alia afflictionis, misericordię, ac spiritualia opera ad hęc tria reducuntur. Et hęc tria sunt huius sacramenti materia. ¶ Ex cōcilio Florentino. Quartū sacramētū est Penitentia: cuius quasi materia sunt

actus

actus ℙenitentię:q̄ in tres distinguit partes. Quarū prima est cordis cōtritio:ad quā ptinet, vt doleat de peccato cōmisso,cū ꝓposito non peccandi de cętero. Secunda est, Oris cōfessio:ad quam ptinet vt peccator oia peccata, quorū memoriā habet,suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est, Satisfactio pro peccatis ꝑm arbitriū sacerdotis:q̄ quidez ꝑcipue fit per oratiōnem,ieiuniū,ꝛ eleemosynā. ¶ Forma aūt huius sacramenti est absolutio a peccatis,scilicet. Ego te absoluo a peccatis tuis:quę debet ab ore sacerdotis ꝓferri. Unde ibidē legitur. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis:quę sacerdos profert cū dicit: Ego te absoluo. Omnia aūt alia sunt ad solēnitatē:q̄ tn̄ nō sunt prętermittēda. ¶ Minister aūt huius sacramēti est Sacerdos rite ordinat⁹, ordinarius, vel delegatus habens cōmissionē papę, vel ab episcopo. Unde legitur. Minister huius sacramenti est Sacerdos habēs authoritatē absoluendi,vel ordinariā, vel ex commissione superioris. ¶ Effectus vero huius sacramēti est absolutio a peccatis. Unde legitur. Effectus sacramenti ℙenitentię est absolutio a peccatis. hęc ibi. Est etiam liberatio a ℙenis inferni,ꝛ restitutio diuinę gratię.

¶ De triplici confessione: ꝛ quod auricularis cōfessio de iure diuino fuit a Deo fuit instituta,ꝛ de peccatorum circunstantijs confitendis. Cap. 2.

Ubi notandum ꝙ triplex est confessio. Una mentalis, q̄ est recognitio peccati corā deo i corde,ꝛ hęc fuit tpe legis naturę,scilicet statiz post peccatū Adę. Secōa est cęremonialis cōfessio,scilicet ꝙ peccās ꝓ tali peccato offerat tale sacrificium:ꝛ peccās in alio peccato offerat aliud. Et hęc fuit in lege mosaica. Tertia est confessio sacramentalis,q̄ fit sacerdoti:q̄ est de necessitate salutis cūctis pęnitētibus triplici ratione. ¶ Primo ex Christi institutione:qui eā instituit implicite ꝛ explicite. Implicite in figura, dū dixit leproso Matth.8. Uade,ostēde te sacerdoti. Explicite,cuz Jo.20. dixit Apostolis,ꝛ per eos omnibus sacerdotibus: Accipite spiritum sanctum: quorum rem seritis peccata,remittunt eis ꝛc. Ubi enim datur sacerdotibus potestas iudicādi ꝛ remittendi:q̄ requirit manifestationem de ipsis peccatis,q̄ est cōfessio. Quibus autē datur potestas iudicādi de aliqua causa, dat ei potestas cognoscendi de illa. Nullus enim potest iudicare, ꝛ esse bonus iudex de bis q̄ ignorat. Sacerdos autem nō potest cognoscere sufficienter facta cōscientię peccatoris, nisi peccator ei per cōfessionem cōsciētiā aperiat: ꝛ sic Christus cōfessionem oris instituit. ¶ Secundo,ex doctorum ꝛ scripturarū testificatione cōfessio sacramentalis est necessaria. Ambrosius in libro de ℙaradiso:ꝛ habet de pęni. dist. 1. c. nō potest. Nō potest quisquā iustificari a peccato,nisi peccatū fuerit ante cōfessus. Et ibidē Johannes Chrysostomus. Nō potest quisquā gratiā vitę cęlestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati ꝑ pęnitentię cōfessionē. Et Augustinus in libro de pęnitentia. Agite pęnitentiā,qualis in ecclesia agitur: vt ozet ꝓ vobis ecclesia. Nemo sibi blādiatur,ꝛ dicat: Occulte ego apud Deū ago: nouit Deus,q mihi ignoscit,q̄ in corde ago. Ergo sine causa dictū est, Quęcūq; solueritis sup terram

ram,erūt soluta ꝛ in cęlo. Ergo sine causa datę sūt ecclesię Dei claues:quasi dicat,non. Et de pęni. dist. 1. c. multiplex. Leo papa. Non remanet in iudicio ꝺdemnandū qđ fuerit cōfessione purgatuz. ¶ Tertio, ex ecclesię ꝓceptione cōfessio sacramentalis est necessaria:quia ecclesia ꝓcepit ꝙ semel in anno qlibet postquam ad annos discretionis puenerit,debeat sacerdoti omnia peccata sua cōfiteri. De pęn. ꝛ re. c. Dis vtriusq; sexus. ꝛ dicit omnia peccata,scilicet cogitationis,locutionis,operationis ꝛ omissionis,secreta, ꝛ manifesta,cum eorum circunstātijs agrauantibus vel in aliam peccati speciem trabētib⁹:q̄ sunt istę,scilicet. ¶ Prima,ꝑsonę,cū qua peccauit, nōie ei⁹ tacito:sed si cū nupta, vel moniali,ꝛc. peccauit. ¶ Secūda, loci, si in loco sacro peccauit. ¶ Tertia,tēporis:si in die festo. ¶ Quarta numeri,scilicet quoties idē peccatū cōmisit,quantū recordari potest. ¶ Quinta, modi: vt figs cū muliere peccaret cōtra naturam. ¶ Sexta, qualitatis:si fit publicū, vel occultū: ꝛ hoc propter scādalū. ¶ Septima Inductionis: si ipse peccauit ꝛ alium induxit ad peccandum. ¶ Octaua, Consequentia: quando in vno peccato multa consequuntur:puta in ludo mendacia,periuria, blasphemię.

¶ Qui,ꝛ quando teneantur ad Confessionem:casus item nonnul i ponūtur,quando quis statim tenetur confiteri. Cap. 3.

Omnes autem adulti postquam ad annos discretionis puenerint, tenētur ꝓfiteri semel in anno, i. in quadragesima:ꝛ qui hoc nō fecerit, viuēs ab ingressu ecclesię arceatur,ꝛ moriēs ecclesiastica careat sepultura, vt in concilio generali, extra de ℙęn. ꝛ re. ca. Omnis vtriusque sexus. ¶ Tenet tamen homo peccatum cōmissum statim confiteri. i. dolere de cōmisso:ꝛ ꝓponere de cętero nō peccare,cum intentione in futura proxima quadragesima cōfiteri:ꝛ sufficit pro tunc ad acquirendum statum gratię. ¶ Sunt autez aliqui casus,in quibus homo tenetur statim confiteri. ¶ Primus est,infirmitas grauis. ¶ Secundus,quando imminet periculum mortis: sicut mare transire,longā peregrinationem seu periculosam viam agere. ¶ Tertius est,qñ habet aliqd agere,qđ existens in peccato mortali non potest facere sine peccato mortali,sicut dicere missaz ꝛc. huiusmodi. ¶ Quartus,qñ habet copiam confessoris,qui potest eum absoluere a peccatis:a quibus suus confessor non potest,ꝛ verisimile est quod in Quadragesima talem copiam non habebit. ¶ Quintus est,quando habet conscientiam, quod statim debeat confiteri, quia tenetur aut talem conscientiam deponere, aut confiteri. Et licet hoc possit differri, vt prędictum est:melius tamen ꝛ tutius est quam primum confiteri post peccatum commissum propter multa mala ꝛ pericula, quę euenire possunt, ꝛ multa bona,quę inde sequuntur.

Statutū cōfiteri ꝑtus est a dominica⁹ i ramis palmarū vsqs ad octauam paschę inclusiue.

¶ Qualiter sacerdos se habere debet erga pęnitentes ꝛ subditos suos,in Sacramento ℙenitentię. Cap. 4.

Et quia officium sacerdotis parochialis ꝛ curati est aiarum sibi cōmēdatarum saluti pro viribus intendere,diligenter ꝛ vigilanter debet studere ꝛ procurare, vt animas sibi commissas a peccatis eruat,ꝛ ad confes-

Sacerd. E sionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

His a pœnitente habitis ꝛ promissis, interroget eũ de articulis fidei distincte, ꝛ secundum eius conditionem ꝛ statum formet interrogationes ꝛ diligenter inuestiget peccata, ꝛ eorũ species ꝛ circunstãtias. ℔m hũc versum.

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

Quis, scilicet clericus vel laicus, senex vel iuuenis.

Quid, idest clare exprimat speciem illius peccati, ꝛ si sit occultum vel manifestum, enorme vel paruum, nouum vel antiquum.

Vbi, idest in loco sacro vel profano.

Per quos: idest, quibus mediantibus.

Quoties, scilicet, reiterauit tale peccatum.

Cur, ſ. si pœnit tentationẽ: vel ab ea fuit pœtus: vel qua occasione id fecit.

Quomodo, i per quem modum, ꝛ qualiter id fecerit.

Quando, ſ. si tempore sacro, festiuo, vel tempore ieiunij.

¶ Ante omnia aũt sacerdos debet peccatores inducere ad veram confessionem: ꝛ integram ꝛ puram suorum peccatorum expressionem: proponens eis spẽ diuinę misericordię, q̃ nullũ ad se reuertentem abijcit, sed oẽs misericordię suę sinu suscipit ad se confugientes. Et ad hoc exponat ei exempla magnorum peccatorꝝ. ſ. sancti Petri, qui Christum negauit: Latronis qui in cruce cum Christo pependit: sanctę Marię Magdalenę, quę fuerat in ciuitate peccatrix: ꝛ aliorum qui fuerunt clementissime a Domino recepti, ꝛ quam plurimum magnificati. Aduertat aũt sacerdos ẽt, vt peccata, maxime puerorum ꝛ mulierum, caute inuestiget: ꝛ eis fiduciam ea dicendi tribuat, ne aliqd ex verecundia dimittant. Debet etiam ostendere eis magnaꝫ compassionẽ, ꝛ eorum casibus compati, ꝛ condolere se ostendat, vt cum tali dulcedine eos ad confessionem integram attrahat ꝛ inducat. Quo facto, in nomine domini incipiat eum interrogare de decem legis præceptis, ꝛ septem peccatis mortalibus: ꝛ formet interrogationes, prout in sequentibus versibus continetur.

¶ Forma breuis interrogandi confessiones pœnitentium. In versibus nonnullis comprehensa.

¶ Decem præcepta legis. Cap. 18.

Vnum cole Deum: nec iures vana per ipsum:
Sabbata sanctifices: habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.
Nec sponsam alterius, nec rem cupias alienam.

¶ Cõtinent in his versibus peccata, q̃ cõmitti possunt ꝓtra singula præcepta.

¶ Contra primum præceptum.

Qui colit extra Deum, aut sanctos quodcunque creatum.
Articulos fidei negans: si spemque reliquit:
Voti transgressor: vel qui mortalia vouit,
Et tardans nimium nolens implere promissum:
Fine malo vouens: ac per se vota refringens:

Incantans

Incantans, faciens fieri breuia, ꝛ malefactor,
Inuenienſque, docens, addiſcens, medius extans:
Aut orans obſeruat ſomnia, ſortibus vtens:
Blaſphemanſque Deum, qui murmurat, ac maledicit,
Vel non poſſe refert, ſeu deſpicit: accipit ipſe
Libans, vt faciat mala: prauus præterit iſte
Vnum cole Deum: ſi ſcit, mortaliter egit.

¶ Contra secundum præceptum.

Qui cantans, fabulans, truſans, vel turpia dicens,
Deſpiciendo Deum nominat ſanctos, ſacra ſpernens,
Judicio iurans mendax, inductor ad illud:
Periurans, dubium iurans, mortalia iurans:
Jurans (cumque tamen nolit ſeruare promiſſum.)
Perque crucem, ſanctamque fidem, animamque, Deumque.
Adiurans, dicens, mendaciter, atque iocoſe,
Et per verba Dei ſanctorum euangeliorum,
Inducens falſum iurantem: quiſque ſcienter
Aduertens frangit ne iures vana per ipſum.

¶ Contra tertium præceptum.

Qui non confeſſus: dimittens ꝛ ſacramentum:
In feſtis miſſam ſine cauſa: inductor ad illud:
Qui manuale facit, vendens, emit aut non edenda:
Jeiunium frangit, aut qui tertia comedit hora:
Qui facit in feſto mala, prauus grauior extat:
Aſſumens chriſma, ſacramentum, vel mulierem,
Qui peccator erat mortali fune ligatus:
Eccleſię vetito qui contrabit tempore ſacro.
Chorizans, ludens veneri, mortaliter egit
Sabbata ſanctifices violat reus, atque ſuperbus.

¶ Contra quartum præceptum.

Qui præcepta Dei contemnit, iuſſaque legis:
Vel qui noluerit parere parentibus, atque
Alere ſi poſſit miſeros, inopes, ꝛ egenos:
Irridenſque patrem, vel matrem, vel maledicens:
Verberat, opprobrians, blaſphemans, aſpere turbans:
Moritur aſpernens habeas in honore parentes.

¶ Contra quintum præceptum.

Occiſor corde, verbo, factoque ſuaſor:
Incitat, ꝛ cauſans, cupienſque, procurat abortum:
Verberat, ꝛ mandans, facienſue torneamenta:
Si iudex ceperit ꝛ ſacro limite paruum:
Sacrilegus factus, ac lędens, vel mutilator:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non fis occisor frangens mortaliter egit.

¶ Contra sextum preceptum.

¶ Siquis furatur, raptor, vel participator.
Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus non obstans, non manifestans,
Reddere cuncta debet, si causa hec prima fuisset
Excipitur mutus, non obstans non manifestans.
Reddere nec debent qui nisi sint officiales,
Ac non in causa, primus pro parte tenetur.
Fortune lusor, cupiens spoliare sodalem,
Ac fraudans ludum, retinens, inductor ad illum,
Dic dare perdenti censebitur, alter egenis:
Et fraudans iusta pedagia, sicque gabellas:
Ledens mensuras, monetas, fur malus extat.

¶ Contra septimum preceptum.

¶ Quisquis non nuptus miscebitur, ac polluetur
Per se, mollis erit: si nuptus, fiet adulter:
Atque solutus, fornicator: extra sodomita:
Incestumque parens facit: & cum virgine stuprum:
Cumque moniali scelus magnum: sacrilegusque
Exigit in sacro, & qui semine polluit illud:
Et rapiens raptor: cum brutis bestia fiet:
Qui clam contraxit, vel sponsam preuenit actu,
Spondens contrabere mendax: vt misceat illi:
Et qui contraxit, maiori fune ligatus:
Quinque modis peccat vxore maritus abutens,
Actibus illicitis, semen cum seminat extra
Vas operans, prolem deuitans, semen emittens:
Exercens aliam cupit, arcens firme petentem:
Inuitans, tangens, inductor, medius extans.
Lubrica verba refert, iactans se mechus habetur.

¶ Contra octauum preceptum.

¶ Qui mendax fuerit in damnum proximitatis:
Vel mala qui dicit bona, narrans vel bona praue
Accusans falso iurans, est testis iniquus:
Accusans ceteros odiosus, vt mala fumant.
Detractor odio, mendaxque, relator occulti
Vel diffamator: diuulgans & manifestans:
Cedula si fiat detractrix: cautio ledens,
Atque secreta, ratumque sigillum: aut litera clausa:
Proditor & laudans, inducens ad supradicta:
Illa reportari gaudens, est testis iniquus.

¶ Contra

¶ Contra nonum preceptum.

¶ Qui cupit alterius sponsam, noscatur adulter:
Vel qui desiderat affines, vel moniales,
Incestum, scelus, sacrilegusq; cum virgine stuprum
Et cupiens fornicator si sit, sitq; solutus:
Et cupiens marem sodomita, at bestia bruta:
Ac quoties cupies, vel si fuit & philocaptus:
Qui delectatur cogitando lubrica, vel qui
De somno polluit causans: vel postea gaudens.
Omans vt ametur: vel amari que gloriatur,
Absque viro proprio, cui hoc facit, vt sic ametur:
Vel si perpendat ruinam, vel prouocando.
Alterius sponsam cupiens moritur lubricando.

¶ Contra decimum preceptum.

¶ Qui cupit alterius rem in damnum proximitatis:
Si per vim raptor, per occultum fur malus extat:
Si per auaritiam cupiat, dicetur auarus,
In rapiendo male & fallere quisque paratus,
Hec cupiens contra mandata cetera frangit.
Denum mandatum, nec rem cupias alienam.

¶ Alij versus de septem vitijs capitalibus, & eorum speciebus.

¶ De peccato Superbie versus.

Ambit superbus: ridet, presumptio, iudex,
Curius, ingratus, blanditur, scandala reddit,
Blasphemat, dubius, non fidus, schisma, prophanus:
Inanis iactat, contentio, non obedire:
Hypocrisis, discors, durus, se diligit, audax.

¶ De peccato Auaritie versus.

Auarus fallit, perquirit turpia lucra,
Usuras torquet, proditio, vel simonia,
Periurus, sequitur furtum, nec mente quiescit.

De peccato Luxurie versus.

Luxuriam sequitur fur, stuprum, raptor, adulter,
Incestus, sacrum, mollis, sodo, contra, iumenta:
Est cecus, est audax, nimium inconstans amator:
Incautus, preceps, contemnit iusta diuina,
Atq; simul ventura bona: presentia prefert:
His qui seruierint, perpetua damna subibunt:
Et qui suppeditant, celestia regna triumphant.

De peccato Inuidie versus.

Inuidus affligitur bonis, letatur inique:
Detrahit, exultat, susurrat, murmurat, odit.

Sacerd.

¶ De peccato Gule versus.

Gula nimis laute, prepropere, vel studiose.
Leta nimis, & inepta loquax, scurrilia fouet:
Ebrietas, bebes, mentis pollutio fęda.

¶ De peccato Ire versus.

Iratus tumet, clamat conuicia, rixat,
Blasphemat, prelium parat, indignatio surgit.

De peccato Accidie versus.

Tristis malitiam parit, blasphemat, & odit.
Desperat, torpet, piget, & pusillanimis extat.
Undique vagatur, pertratans mollia mente.

Nulla absolutior interrogãdi forma ea, legitur, quæ in summa Caie. exponit.

Hæ interrogationes breues in verbis sunt: sed tamen magnã habent latitudinem si recte considerantur. Si quis autem ampliores velit habere interrogationes, seu interrogatorium diffusius, legat libellum q intitulat, Defecerũt. B. Antonini Archiepi Florẽtini: vel pfessionale fratris Hieronymi de Ferraria, & alia ad libitũ: & ibi inueniet plene de hac materia tractari. Isti aũt versus hic cã breuitatis ponunt, q tñ si bñ intelligantur, satis sufficiũt ad cõfessionẽ audiendã cuiuslibet peccatoris, quatumcũque scelerati.

¶ Qualiter se habere debeat sacerdos cum penitente, audita eius confessione. Cap. 19.

Audita confessione, eum de his, quę commisit redarguat, & increpet ꝑm conditionem personarum, & qualitatem delicti plus & minus: & ostẽdat ei quanta mala fecerit: & quid meruit ꝓp illa peccata. s. gehennam inferni in perpetuum: nisi misericordia dei ipsum eripuisset, & ei in cor misisset accedẽdi ad confessionem. Postea eum certificet de venia ꝓp clementissimam & copiosissimam misericordiam dei: si tñ de cętero cauerit a peccatis, & ab eorum occasione. Postea moneat eum secundum statum suum, s. si est rex, vel dux, vel comes, vel iudex, q̃ iuste iudicet, & subditos suos indebite nõ grauet, & q̃ puniat delinquentes. Si est clericus, vel religiosus, quod seruet quę promisit. Si est vxoratus, q̃ debitum reddat vxori tpibus cõgruis non prohibitis, q̃ honeste matrimonij actũ exerceat, & cum dei timore, & honore sacramenti matrimonij, & sic de alijs, prout videri poterit in predictis confessionalibus. Item quod caueant ab occasione peccandi, qui sunt fragiles, scilicet vt deuitent loca periculosa, & personas suspectas. ¶ Confessione peracta, si fuerit excommunicatus, si potest, prius eum absoluat ab ea: vel si nõ ꝓtest, remittat eum ad superiorem cum cedula huius tenoris. Reuerendissime domine mitto ad dominationem vestram Reuerendissimam presentium latorem mihi confessum: quatenus. d. v. Reuerendissima eũ absoluat a vinculo excommunicationis, quam incurrit propter talem rem N. rogans eandem, vt eum ad me remittat, vt eum absoluere possim a peccatis. Et si fuerit casus reseruatus sine censura, ita scribat. Reuerendissima. d. v. ipsum absoluat a tali casu: & si fuerint plures casus, similiter scribat a tali, N. a tali N.

¶ Absoluto

¶ Absoluto igitur a sacerdote, si potest: vel ab episcopo, a vinculo excõicationis, sacerdos iniungat penitentiam, secundum quod cõdõni ipsius personę viderit expedire, & ꝑm qualitatẽ peccatorum, videlicet in ieiunijs, orationibus, & eleemosynis. In iniungenda aũt penitentia caueat sacerdos ne eum scandalizet, imponendo penitentias pecuniariam, vel sibi dandam, vel locis minus indigentibus, sed potius imponat pauperibus dispensandam: & postea eum absoluat: & caueat ne aliquem excommunicatum prius a peccatis, quam ab excõicatione absoluat, quia nil faceret. ¶ Et quia in preambulis huius operis dictum fuit ex sententia beati Augustini, Qui canones penitẽtiales nescit, non est dignus nomine sacerdotis: Ideo hic breuiter subijcientur, ad eorum sacerdotum informationem.

¶ Canones pœnitentiales antiqui.

¶ Dominus Gulielmus Durantis in suo repertorio, rubrica de penitentijs a canonibus constitutis, ita dicit. Cap. 20.

Sciendum est, quod mensurã penis in agenda pnia satis ꝑspiciũt canones pro vnoquoq; crimine: sed magis in arbitrio sacerdotis statuunt relinquendũ: dũ ꝑ quibusdã culpis modi pnię sunt imposite: quos inferius supponem⁹. & hęc legunt. De pœni. dis. 1. c. Mensurã. & facit. 26. q. 7. ca. Tpa. Ubi ergo certa pnia statuta est a canone, illa est indicenda: alioquin falsa dicitur penitentia, quę non datur secundum canones, si est a canonibus distincta. De pœni. distin. 5. capit. falsas. quod si distincta non sit, arbitrio relinquitur imponentis, vt predictis capi. & extra de pœn. & remis. cap. quęsitum. & cap. sequenti. de offic. deleg. capit. In causis. de Accusa. capit. Super his. Et hoc est quod in canone dicitur. Ponderare delictorum existimando, sacerdotum est existimare, vt attendat ad confessionem penitentis, & ad fletus, & lacrymas corrigentis. De pœnitentibus sic tantum moderetur, ne ecclesię vilescat authoritas, & se grauet. 50. dist. cap. Absit. & cap. sequen. de pœni. dist. 1. cap. Quem pœnitet. Sed & ipsos canones pœnitentiales, quicquid alij solennizent, possunt sacerdotes, & prelati moderari abreuiando, vel protelando tempus pœnitentię, prout delicti monet qualitas, & circumstantię requirunt, vt in predicto capitu. mensuram. & 50. distinctio. de his clericis qui. & capitu. Di qui alias. & expresse extra eodem. Deus. vbi pro homicidio, adulterio, & fornicatione mandatur ad arbitrium

bitrium sacerdotis imponi, cum tamen sit a canonibus diffinita, vt inferius apparebit. Nec obst. prædict. c. falsas. quia intelligitur illud, nisi ex causa moderetur. 29. dis. c. 1. Et sic illud secundum prædicta iura determinatur. ff. de legiti. sed & posteriores. Breuiter ergo commemoremus canones certas pœnitétias iungentes. Qui autem vult scire modum pœnitentiæ imponendæ pro homicidio & alijs criminibus, videat extra de homi. sicut dignum. & ca. 2. & 3. de pœni. dist. 5. c. 1. ¶ Debet ergo pœnitere sacerdos committens fornicationem decem annis. 82. dist. c. Presbyter. Ibi etiam habetur qualiter hoc tpe pœnitebit. ¶ Accipiens sponsam de præsenti septem annis. & 40. diebus in pane & aqua, extra de sponsa duorum. c. 2. ¶ Deuota, seu monialis: quæ fornicatur, seu matrimonium contrahit, & cognoscens eam, vel contrahens cum ea, decem annis pœniteat. 27. q. 1. Deuotam. & ca. seq. ¶ Cantans missam & nõ communicans, vno anno pœniteat, nec interim celebret. De consec. dist. 2. relatum. ¶ Sacerdos mortuum pallijs altaris inuoluens, 10. annis, & 5. mensibus: diaconus tribus annis cum dimidio. De conse. dist. 1. Nemo. ¶ Presbyter incaute verberans, quomodo punitur. 15. q. 1. c. siquis nõ ira. 23. q. 4. c. quæ peccat. ¶ Falsarius, quandiu viuit in pane & aqua pœniteat. De ver. sig. nouissimus. ¶ Sciẽter ptrahens, vel coiens cum duab⁹ sororibus vel cõmatribus, vel sorore, cõmatre & filia: vel vna cum patre & filio, vel duobus fratribus, & sic de alijs. octo annis pœniteat. 30. q. 4. Si pater. & c. fi. 32. q. 7. c. siquis viduam, & c. seq. ¶ Ignoranter cognoscens duas sorores, vel matrem & filiam: vel amitam & neptam: quarum vna ignorat de altera, vterque 7. annis pœniteat: si vero scienter, perpetuo careat coniugio. 33. q. fin. 35. q. 3. c. Si quis cum matre. & ca. seq. ¶ Quomodo sit iniungenda pœnitentia mulieri partum supponenti, vel de alio viro cõcipienti: extra de pœni. & remis. ca. Officij. ¶ Sacrilegus chrisma vel calicem sacrum polluens, 7. annis pœniteat. In duobus non intrabit ecclesiam, & vsque ad quartum non offeret: & singulis septimanis tribus diebus a carnibus & vino ieiunabit, & alia quædam. 12. q. 2. De viro. ¶ Celans se cognouisse mulierem, quæ contrahit cum fratre eius, septem annis pœniteat. 35. q. 3. Si huomo fornicatus. ¶ Solenniter pœnitens, postea ad vomitum rediens, 10. annis pœniteat. De pœniten. distin. 5. siqui vero. ¶ Frangentes sponsalia filiorum: & filij si consenserint, si post dissenserint, 3. annis communione priuantur. 31. q. 3. ca. vnico. ¶ Contrahens cũ ea, quã polluit p adulterium, 5. annis pœniteat. 33. 1. q. 1. c. ficta. ¶ Cognoscens vxorẽ adulteratam pœnitentem, ante pœnitẽtiã peractam, duobus annis pœniteat. 32. q. 1. c. Siquis. 1. ¶ Cognoscens vxorẽ adulteratam, anteq̃ pœniteat, tribus annis pœniteat. 32. q. 1. c. Siquis. ¶ Sacerdos qui interest clandestinis desponsationibus, triennio suspẽdit. de clã. desp. c. vult. ¶ Latro si vult confiteri, vel confitetur, in cœmeterio sepelit, & oratur, p eo: & dat ei corpus Chri. 13. q. fi. c. fi. ¶ Qui in dicendo horas canonicas & alia officia, discrepat a sua Metropolitana ecclia ex cõtemptu. c. de his. 12. di. per sex menses cõione priuatur. ¶ Interfector dñi, vel vxoris

vxoris, nunquam equitet: nec vehiculo vehatur: nec cõtrahat matrimonium: vsq; ad 10. annos carnes non comedat, & vinũ non bibat, & alia q̃ hñr. 33. q. 2. admonere. & c. quinq;. De viuo. c. 1. ¶ Matris interfector armis depositis. 10. annis pœniteat. 32. q. 2. c. Latorẽ. Et cũ dĩ, q⁹ maior pœna imponitur interfectori vxoris, quam matris: dĩ qa maius pctũ est. 24. q. 1. Nõ offeramus. ¶ Violans votũ simplex, 3. annis pœniteat. 27. dist. c. Si vir. ¶ Dicẽs blasphemiam in Deũ, & beatam Virginẽ, & sanctos, septẽ annis pœniteat vbi formã, q̃ est extra. de maledicis. c. fi. ¶ Eps inuitum ordinans in clericum sine iusta cã, per annum suspenditur. 64. dist. c. 1. ¶ Pro quolibet mortali peccato debet pœnitere septẽ annis. 33. q. 2. c. hoc ipsum. §. Hoc quamquam. nisi plus & minus a canone imponatur, vt in præscripto §. ¶ Domum vel areas incẽdens. 3. annis pœniteat. de inu. & dam. da. c. siquis contra. versi. incendiarius. ¶ Comburens ecclesiam, 15. annis pœniteat: & eam restituat, & pretium det pauperibus. 17. q. 4. & palea est. ¶ Celebrans excõicatus, tribus annis pœniteat. 2. 4. & 6. ferijs a vino & carnibus abstineat. 11. q. 3. De illis. ¶ Degradatus celebrans, priuatur communione corporis & sanguinis Christi vsque ad vltimũ diẽ: & in excõicatione maneat, & viaticum tñ in fine sumat. 50. dist. ca. Accedens. ¶ Eps dissimulans corrigere venditionẽ ministeriorũ, duobus mensibus: sacerdos bocagens, quatuor: diaconus, tribus: subdiaconus, & alij inferiores, iudicij arbitrio. 1. q. 1. c. quicquid inuisibilis. ¶ Iniuste excommunicans, vno mense suspensus est. de sen. exc. c. Sacro. ¶ Sacerdos accedens ad sibi confessam: vel quã fecit cõfirmari, 12. annis pœniteat, & post retrudatur in monasterium. episcopus annis 15. mulier vero tradatur monasterio. 30. q. 1. Siquis sacerdos. &c. Non debet. ¶ Scienter rebaptizatus, si pro hæresi hoc facit, 7. annis pœniteat. 4. & 6. ferijs. & 3. quadragesimas in pane & aqua. Si vero propter infirmitatẽ, tribus annis pœniteat. Si vero ignoranter, nõ peccat: sed ideo non pmouet, licet sit excellens. de Consecrat. dist. 4. Qui bis. extra de apostat. c. 2. & talis fit monachus, & de foro ecclesiæ. De cons. dist. 5. c. Dictũ. ¶ Si eps, pbyter, vel diaconus volens est rebaptizatus, pœniteat quãdiu viuit, alij vero clerici, monachi & moniales ab hæreticis volẽtes rebaptizati, 12. annis pœniteant: & tribus erunt inter catheumenos, septem inter pœnitentes: & annis duobus eor oblationes non recipiuntur: pueri vero post reconciliationem cõioni restituentur. De cõsec. dis. 4. c. eos quoq;. ¶ Dicens coactus falsum testimonium, nec sequitur mors, duobus annis pœniteat: si sponte, 5. annis. In cõcil. Liberitano: qõ est in antiqua decretali. De Fal. c. 1. §. 1. ¶ Proprium filiũ opprimens, tribus annis, & vno in pane & aqua pœniteat, si sit baptizatus. De ijs q fi. occi. c. fi. ¶ Pro homine adultero, vel fornicatore, 9. annis: sed nunc nõ ita aspere. 21. q. 1. prædicandum. & 33. q. 2. Hoc ipsum. & c. seq. ¶ Iniuste alium accusans ad mortẽ, 40. diebus in pane & aqua ieiunabit cõtinue, siue interpollate, & per septẽ annos pœnitebit, non tamen in pane & aqua, sed ad arbitrium sacerdotis. Si vero per talẽ accusationẽ quis accusatus mẽbrũ pdiderit, accusans trib⁹ quadragesimis

dragesimis ieiunabit:prima ante natale Domini,secunda ante Pascha, tertia ante festum S. Johannis:quas quadragesimas S. Petrus instituit:7 hęc probatur 22.q. 5.cap. 1.7 3.6.q.1.Quicunque. ¶ Sortilegus,quadraginta dies. De sortil.capit.1.7 in antiqua decretali. eo. tit. cap. Reliquisti. ¶ Respiciens furta in astrolabio,duobus annis pęniteat. De sortileg.cap. 2. ¶ Parochus res ecclesię dilapidans,vno anno excommunicatur. 16. questio.7.Finis. ¶ Lustrans domum cum magicis vel incantationibus, vel aliud faciens,7 qui ei consentit,7 consulit,5. annis pęniteat.26. questio. 5.cap.qui diuinationes. 7c.nisi liceret.1. questio. 1.cap.1. ¶ Jurans non redire ad pacem, vno anno pęniteat. 22. questio. 4. cap. Qui sacramento. ¶ Incendiarius vno anno erit vltra mare,vel in Hispania:7 qui hanc pęnitentiam relaxat,vno anno suspenditur.23.q.finali. cap. Pęstimam. Hodie a solo Papa absoluuntur,De senten.excommunica. cap. Tua. ¶ Filiam vel sororem spiritualem cognoscens matrimonialiter,7 ei consentiens, septem annis pęniteat.30. questio. 3.non oportet. ¶ Si gutta sanguinis Christi cadit in terram,sacerdos quinquaginta diebus pęniteat:si super altare,7 transit ad vnum pannum,duobus diebus,si vsque ad 2. quatuor diebus:si vsque 3.9.diebus:si vsque ad 4.20. diebus. De conse.di.2. Qui bene. ¶ Si incaute dimisit,quamuis nil nefandi acciderit, tribus mensibus ab officio suspenditur.extra de custo. eucha.cap.1. ¶ Occidens iudęum, vel paganum,quadraginta diebus. ¶ Occidens per insaniam non imputatur.3.questio.9.Judicas.15.questio.1. aliquos.7 cap. Illa.7 cap. siquis. ¶ Homicida episcopus, 15. annis pęniteat, 7 deponatur,7 semper peregrinetur.presbyter 12. annis,7 tribus ex his in pane 7 aqua, 7 deponatur,7 diaconus decem annis,7 tribus in pane,7 aqua. 50.dist. Siquis homicidiū. Palea est. ¶ In necessitate inevitabili, nihil quo ad peccatum. 50. distinc. cap.Quia te:sed quo ad munditiam ecclesię ostendendam fic.34. questio.2. cap. In lectum.7 ad cautelam cum eo dispensandum est. ¶ Pro incestu, vel coitu contra naturam, vel cum brutis, plusquam 7. annis: quia clericus deponitur,laicus excommunicatur.33.questio.2.§. Hoc quicquam.7c.precedenti. De excess.prelat.cap. Clerici. ¶ Pro casuali homicidio. 5.annis pęniteat.58. dist.Eos qui.7 cap.sequen. ¶ Pro voluntario,sine spe restitutionis deponitur:7 septem annis pęniteat. 50.distinc.capitu. maior. ¶ Occidens clericum,aut monachum,diaconum,vel subdiaconum,semper erit in monasterio, nunquam ad seculum reuersurus:7 septem annis pęnitentiam publicam agat,7 arma relinquat.17.questio.4.cap.Qui occiderit. ¶ Contrahens contra interdictum ecclesię,pęniteat vno mense, vel ad arbitrium. extra de matrimo.contra interd.ecclę.contra.capitu.1. ¶ Sacerdos se defendendo latronem interficiens,duobus annis.de homic.capitu.2.nunc per clemen.aliter ordinatur. De homicid.capitu.In clemen. ¶ Reuelans peccatum pęnitentis deponitur,7 ad agendam pęnitentiam in monasterium retruditur.de pęni.dis.6.capitu.sacerdos. De pęniten.7 remissio. capitu. omnis.

nis. ¶ Homens eucharistiam per ebrietatem, si laicus est, quadraginta diebus: si clericus, sexaginta: si episcopus, nonaginta diebus: si infirmus, septem diebus.de consecra. distinctio.7 capitu. Siquis per ebrietatem. ¶ Pro periurio,quadraginta diebus in pane 7 aqua per septem annos: 7 semper erit in pęnitentia.scilicet interiori.6. questione.1. capitu. Quicunque.22.questione.1. Prędicandum. ¶ Compulsus conditionaliter deiurans,si est liber,10.dies:7 7. sequentibus annis:si seruus, tres quadragesimas,7 legitimas ferias.22.questio.5.cap.1. ¶ Periurans in manu episcopi:vel in cruce sacrata:tribus annis:in non sacrata, vno anno: ignoranter 7 coactus, tres quadragesimas.22.questio. 5. capitu. 2. ¶ Scienter falsum iurans,vel alium iurare compellens,40.dies in pane 7 aqua,7 septem annos pęniteat.22.questio.5.capitu. Siquis coniunctus. ¶ Deiurans pro persona 7 rebus,vel pro aliqua necessitate,tres quadragesimas, vel tres annos:7 vnum ex illis in pane 7 aqua. 22.questio.5.Siquis coactus.

¶ Qui contra suum iuramentum in domini mortem machinatur, vel in eius regnum,seculum 7 arma relinquat,7 in monasterium detrudatur,7 toto tempore vitę suę pęniteat,7 in fine tantum communionem accipiat:si vero fuerit episcopus, presbyter, aut diaconus, degradetur. 22.questio. 5.cap. siquis laicus:palea est. ¶ Pro falsa mensura, 30. diebus in pane 7 aqua ieiunet.extra de emptio.7 venditio.capitu.1. ¶ Presbyterum interficiens. 12.annis pęniteat.extra de pęniten.7 remissio.capitu.2. ¶ Communicans heretico inscius,7 ex negligentia recipiendo, vel dando communionem, vno anno.Si vero scienter,quinque annis:quod si nesciens permittat eum in ecclesia celebrare,40.diebus,si vero propter reuerentiam,vnum annum: si ad subuersionem fidei,decem annos: si autem fuerit hęreticus, duodecim annos pęniteat.24.capitu.1.Siquis dederit.

¶ Raptor seu fur seu direptor reddet in quadruplum ecclesię ornamenta, alterius, duplum.7 septem annis pęniteat,tres in pane 7 aqua.17. questio. 4. palea est. ¶ Clericus fur, vel effractor, septem annis: laicus, quinque: sed si vilis erat res, vel bis furatus est, reddat,7 anno pęniteat in pane 7 aqua 17. questio.5.capitu.Siquis clericus. palea est.

¶ Danum in episcopum vel presbyterum mittens,7 ecclesiam vastans, aut impugnans,vel incendens,omnibus bonis proscribitur:7 semper in monasterio inclusus pęniteat.24. questio.3.capitu.Quisquis per dolum.palea est. ¶ Hoc autem adnotatione dignum est, quod vbi ponitur pęnitentia septem,trium,vel pauciorum annorum, vel quadragesimarum a iure, 7 non adiungitur qualiter illo tempore debeat quis pęnitere,hoc relinquitur arbitrio sacerdotis: cum pęnitentię sint arbitrarię: vt prędixi in principio huius tractatus de pęnitentijs a iure impositis. Ipse vero sacerdos arbitrabitur eam per legitimas ferias faciendam,secundum canones, vnde circa questione tertia. de illis. 50. distinctio. De his clericis. 82. distinctio.capitulo Presbyter.1. extra de homi. capitulo secundo,7 in alijs multis.

tis.ꝛ sic intelligo.extra de accus. de his qui fil. cap. fi. de sponsa, duorum.ca. 2.22.q.5.cap.1. ¶ Hec dominus Guilelmus durantis speculator.

¶ De forma absoluendi ab excommunicatione maiori. Cap.21.

SAcerdos absoluturus excõmunicatũ maiori excommunicatione, primo exigat ab eo iuramentum de stando mandatis ecclesię,q̃ scilicet fient ei pro hac causa.Quo iuramẽto prestito, iniũgatur ei qui est excommunicatus, qđ de cętero talia non committat,ꝛ si alicui lęsionem vel damnũ intulit, quod ei satisfaciat, ꝛ ad hoc cautionem tribuat. Hoc facto denudatis humeris a cõfessore virga leuiter percutiatur, ad quemlibet versum vnius psalmi penitentialis semel. Dicto psalmo, sacerdos subiungat. ℟ yrie eleison. ℚ hriste eleison. ℟ yrie elei. ℙ ater nr̃. ℭ t ne nos inducas in tentationẽ. ℣. Saluum fac seruũ tuũ. ℟. Deus meus sperãtem in te. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℚ remus. Deus.

DEus,cui proprium est misereri semper ꝛ parcere, suscipe deprecationem nostram, ꝛ famulum tuum, quem excommunicationis sententia ligat, miseratio tuę pietatis absoluat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea subiungat absolutionem.

¶ Hec est necessaria manus impositio super caput confessi, quando fit absolutio, quia Christus de tali manus impositione non fecit mentionem, quando dixit Petro, ꝛ Apostolis, Quęcunque solueritis ꝛc. Ideo verba absolutionis operantur diuina virtute. Absolutio.

DOminus noster Jesus Christus,q̃ beato Petro Apostolo, colatis clauibus regni cęlestis:dedit potestatẽ ligãdi,atq; soluẽdi:ipse per suã pięsimã misericordiã te absoluat,ꝛ authoritate ipsius,ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli apostolorũ eius,ꝛ sanctissimi dñi nostri dñi N. diuina prouidẽtia Papę N. Si fit casus, vel centura Papalis, vel reuerendissimi dñi dñi N. episcopi N. Si fit casus, vel censura episcopalis, tibi concessa , ꝛ mihi commissa:in quãtũ possũ,debeo,ꝛ valeo,ego absoluo te a vinculo excommunicationis,suspẽsionis,ꝛ interdicti,quod incurristi ꝓpter talẽ casũ N. Et si fint plures ꝓpter tales casus N. ꝛ N. illũ,vel illos nominãdo. Toties quoties illud, vel illa incurristi,ꝛ restituo te sãctis sacramẽtis ecclesię,ꝛ cõmunioni ꝛ vnitati fidelium.

In noie pa ✠ tris,ꝛ fi ✠ lij,ꝛ spũs ✠ sancti. Amn. Absolutio a pctis.

MIsereatur tui omnipotens Deus,ꝛ donet tibi veniam , ꝛ indulgẽtiam, ꝛ remissionem omnium peccatorum tuorum:liberet te ab omni malo, soluat,ꝛ confirmet in omni opere bono: ꝛ perducat te Christus filius Dei viui in vitam ętternam. Amen.

PEr istam verã ꝛ purã confessionẽ,quã modo mihi, quãuis peccatori,sacerdoti fecisti,absoluat te ops Deus ab oibus iudicijs , q̃ tibi ꝓ peccatis tuis debentur , secundum magnã misericordiam suam,ꝛ parcat,ac remittat , ꝛ deleat omnia peccata tua, ꝛ perducat te in vitam ętternam. Amen.

FIlius Dei per suã pięsimã misericordiã te absoluat,ꝛ authoritate eius qua fungor,ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis mihi modo confessis,ꝛ ab omnibus alijs,quor memoriã nõ habes,vt sis absolutus hic ꝛ ante tribunal eiusdem Dei ꝛ dñi nostri Jesu Christi,habeasq; vitã ętternã,ꝛ viuas in secula seculor. Amn. In nomine pa ✠ tris,ꝛ fi ✠ lij,ꝛ spũs ✠ sci. Amn.

PAssio eiusdẽ Dei,ꝛ dñi nostri Jesu Christi, ꝛ merita beatę Marię semper virginis,ꝛ beator apostolor Petri, ꝛ Pauli,ꝛ omniũ sanctorũ ꝛ sanctarũ Dei,ꝛ quicquid boni feceris, ꝛ intendis facere,ꝛ mala q̃ pateris, ꝛ patienter sustinebis , sint tibi in remissionẽ peccator tuor,in augmentum gratię,ꝛ in prẽmiũ vitę ętern̄ę. In nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij,ꝛ spũs ✠ scti. Amen. Vade ꝛ amplius noli peccare. ¶ Hec etiam absolutior forma est.

DOminus nr̃ Jesus Christus ꝓ suã pięsimã misericordiã te absoluat,ꝛ ego authoritate ipsius absoluo te ab oibus peccatis tuis,q̃ mihi modo cõfessus es,ꝛ quor memoriã nõ habes: vt sis absolutus hic, ꝛ ante tribunal dñi nostri Jesu Christi,ꝛ habeas vitã ętternam,ꝛ viuas in secula seculorum. Amen.

¶ Prescripta forma absoluendi ab excommunicatione dicitur,quãdo aliquis est excommunicatus excommunicatione maiori,ꝛ debet fieri ab eo,qui habet talem authoritatem absoluendi ordinariam, vel delegatam.

¶ De communi forma absoluendi ab excommunicatione minori: saltem ad cautelam: ꝛ etiam a peccatis. Cap.22.

SAcerdos absoluturus peccatorẽ a peccatis, prius debet ipsum absoluere ab excommunicatione minori,saltẽ ad cautelã sub hac forma videlicet. Si teneris aliquo vinculo excõicationis,vel participationis,a quo possim te absoluere,ego absoluo te, ꝛ restituo te sanctis sacramentis ecclesię, cõmunioni,ꝛ vnitati fidelium. In noie pa ✠ tris,ꝛ fi ✠ lij,ꝛ spũs ✠ sãcti. Amẽ.

MIsereatur tui omnipotens Deus,ꝛ dimissis omnibus peccatis tais, perducat te cum sanctis suis in vitam ętternam. Amen.

FIlius Dei per suam pięsimam misericordiam te absoluat,ꝛc

Passio Domini nostri Jesu Christi. ꝛc. vt supra in precedenti capitulo.

¶ Forma absolutionis plenarię in mortis articulo facienda illi , qui habet gratiam a sanctissimo domino nostro Papa. Cap.23.

SAcerdos visa gratia eius, qui habet a sanctissimo Domino Papa, vt in mortis articulo plenarie possit absolui, primo dicat.

MIsereatur

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus. &c. vt ſupra.

Indulgentiã & abſolutionẽ & remiſſionem omnium peccatorum tuorũ tribuat tibi omps & miſericors Dñs. Amen. Tunc ſubiungat, & dicat.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus per ſuã pſſimaz miſericordiã te abſoluat: & authoritate ipſius, & beatiſimorũ apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctiſſimi Patris, & Domini noſtri domini N. diuina Prouidentia Papę N. & ſanctę Romanę eccleſię in hac parte tibi conceſſa, & mihi cõmiſſa, in quantum poſſum, & valeo, & debeo, & mihi permittitur, ego abſoluo te ab omni ſententia excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, & interdicti, & a participatione cum excommunicatis, & reſtituo te ſacroſanctis ſacramentis eccleſię, communioni, & vnitati fidelium.

Item eadem authoritate ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis confeſſis pariter & oblitis, & a pęnis omnibus tibi in purgatorio debitis, propter culpas & offenſas, quas contra Deum, teipſum, & proximũ tuum commiſiſti, claudendo tibi portas inferni, & aperiendo portas paradiſi, reſtituo te illi innocentię, in qua eras quãdo baptizatus fuiſti. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Et hoc, ſi hac qua egrotas infirmitate moriaris: ſin autem, ſalua tibi ſit donec fueris in mortis articulo conſtitutus. In nomine pa✠tris, & fi✠lij, & ſpiritus ✠ ſancti. Amen.

De forma abſolutionis pleniſſima. Cap. 24.

Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florẽtinus in Tertia parte Summę ſuę ita ſcribit: Volet Dominus Papa, aliquando quibuſdam tantam gratiam facere, vt ſimpliciter ab omnibus cenſuris, & penis iuris, & hominis poſſint abſolui in foro ſaltem conſcientię. Et tunc confeſſor poteſt iſta forma vti: quam a curia Romana habui, & vſus ſum.

De plenitudine poteſtatis apoſtolicę, cuius authoritatem pro præſenti gero, abſoluo te ab omnibus cẽſuris eccleſiaſticis, ſententijs, & vinculis excõmunicationũ, & ſuſpenſionũ, & interdicti, tã ab hoie, quã a iure latis, nec nõ ab omnibus negligẽtijs & defectibus cõmiſſis in ſacramẽtorũ adminiſtratione, officijs, & actibus tuis, vel nomine tuo factis, ſupplendo de ſolita apoſtolicę ſedis clementia omnes defectus eorundem. Aboleo etiam omnem maculam infamię & inhabilitatis vndequaque contractam: diſpenſoque tecum ſuper omni irregularitate, ſimonia in ordine & beneficio actiue, vel paſſiue, quacunque occaſione, vel cauſa, etiam contracta in collatione ordinum, & aliorum ſacramentorum, vel contractis, ſeu commiſſis. Reſtituo te, & habilito te ad ſtatum, famam, & honorem, & executionem officiorum eccleſiaſticorum quorumcunque: ac ad omnes gradus dignitatum & bonorum: ad beneficia eccleſiaſtica habita & habenda, & tibi de bis, quę habes, de nouo prouideo, relaxando tibi fructus quos male percepiſti, ſeu lęſa conſcientia ex eiſdem, ac alia quę in ludo ex ſucceſſione, ac alias ad te prouenerunt, quę ſubiacent reſtitutioni vagę in forma pleniſſima. In nomine pa✠tris, & fi✠lij, & ſpiritus✠ ſancti. Amen.

Ordo

ORDO QVALITER SE habere debet ſacerdos in ſuſcipienda confeſſione infirmi. Cap. 25.

Sacerdos accedens ad infirmum: primum dicat ſecũdũ Saluatoris mandatũ, Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. Poſtmodum accedens ad infirmum, eum conſoletur ad bonam patientiam. Deinde incipiat & dicat pſalmos ſequentes, videlicet.

Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo? Conuertere domine & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valde velociter.

Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quoniam ſagittę tuę infixę ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea a facie irę tuę, non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meę ſupergreſſę ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices meę: a facie inſipientię meę. Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus a te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt, & vim faciebant qui quęrebant

animam

Universidad de Deusto Biblioteca

animam meam. Et qui inquirebant mala mihi ,locuti sunt vanitates,ꝛ dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam,ꝛ sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, ꝛ non habens in ore suo redargutiones. Quoniã in te dñe speraui:tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi ne quando supergaudeant mihi inimici mei,ꝛ dum cõmouentur pedes mei,super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum,ꝛ dolor meus in conspectu meo semper. Quã iniquitatem meam annunciabo,ꝛ cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt,ꝛ confirmati sunt super me,ꝛ multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuũt mala pro bonis detrahebãt mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus,ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum,Dñe Deus salutis meę. Psalm.

Beatus vir qui intelligit super egenum ꝛ pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum,ꝛ viuificet eum,ꝛ beatum faciat eũ in terra,ꝛ non trãdat eum in animam inimicorum eius. Dñs opẽ ferat illi super lectum doloris eius:vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi domine miserere mei:sana animam meã,qa peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi:quando morietur ꝛ peribit nomen eius? Et si ingrediebatur vt videret,vana loquebatur :cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras,ꝛ loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant oẽs inimici mei,aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat? Etenim homo pacis meę in quo speraui,q edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei, ꝛ resuscita me,ꝛ retribuam eis. In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: ꝛ confirmasti me in conspectu tuo in ęternum. Benedictus dominus Deus Israel a sęculo ꝛ in sęculum,fiat fiat. Psalmus.

Miserere mei deus ꝑm magnam misericordiam tuam. Et ꝑm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius lauame ab iniquitate mea:ꝛ a peccato meo munda me. Quã iniquitatẽ meã ego cognosco,ꝛ peccatũ meum contra me est semper. Tibi soli peccaui,ꝛ malũ coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis,ꝛ vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: ꝛ in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti,incerta ꝛ occulta sapiẽtię tuę manifestasti mihi. Asperges me domine hysopo ꝛ mundabor:lauabis me,ꝛ super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium ꝛ lętitiam ,ꝛ exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis, ꝛ omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus,ꝛ spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua,ꝛ spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lętitiam salutaris tui: ꝛ spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te conuertentur.

Libera

Libera me dẽ sanguinibus Deus,deus salutis meę:ꝛ exaltabit lingua mea iustitiam tuam. Dñe labia mea aperies:ꝛ os meum annunciabit laudẽ tuã. Quã si voluisses sacrificium,dedissem vtique:holocaustis non delectaberis. Sacrificiũ deo spiritus contribulatus: cor cõtritũ ꝛ humiliatũ deus non despicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion,vt ędificentur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitię oblationes ꝛ holocausta:tunc imponent super altare tuum vitulos. Psalmus.

Inclina Domine aurem tuam,ꝛ exaudi me:quã inops ꝛ pauper sum ego. Custodi animam meam,quoniam sanctus sum:saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in me. Miserere mei dñe,quã ad te clamaui tota die: lętifica animam serui tui,quã ad te dñe animã meã leuaui. Quã tu suauis ꝛ mitis:ꝛ multę misericordię oĩbus inuocantibus te. Auribus percipe orationem meam:intende voci deprecationis meę. In die tribulationis meę clamaui ad te,quia exaudisti me. Non est similis tibi in dijs Dñe,ꝛ non est ꝑm opera tua. Oẽs gentes quascunque fecisti venient,ꝛ adorabunt cora te Dñe: ꝛ glorificabunt nomen tuum. Quã magnus es tu,ꝛ faciens mirabilia:tu es Deus solus. Deduc me Dñe in via tua,ꝛ ingrediar in veritate tua:lętetur cor meũ:vt timeat nomen tuum. Confitebor tibi Domine deus meus in toto corde meo:ꝛ glorificabo nomen tuum in ęternũ. Quia misericordia tua magna est super me,ꝛ eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me:ꝛ synagoga potentium quęsierunt animas meã, ꝛ non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator ꝛ misericors:patiens ꝛ multę misericordię ꝛ verax. Respice in me ꝛ miserere mei: da imperium tuum puero tuo: ꝛ saluum fac filium ancillę tuę. Fac mecum signum in bonum:vt videant qui oderunt me,ꝛ confundantur: quoniã tu domine adiuuisti me,ꝛ consolatus es me. Psalmus.

Qui habitat in adiutorio altissimi:in protectione Dei cęli commorabitur. Dicet domino,susceptor meus es tu ꝛ refugium meũ,Deus meus sperabo in eũ. Quã ipse liberabit me de laqueo venãtiũ,ꝛ a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi:ꝛ sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius : non timebis a timore nocturno. Sagitta volante in die:a negotio perambulante in tenebris:ab incursu ꝛ dęmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille ꝛ decem millia a dextris tuis,ad te autem non appropinquabit. Cerntamen oculis tuis considerabis: ꝛ retributionem peccatorum videbis. Quã tu es dñe spes mea,altissimum posuisti refugium tuũ. Non accedet ad te malum:ꝛ flagellũ nõ appropinquabit taberna culo tuo. Quã angelis suis mandauit de te,vt custodiant te in oĩbus vijs tuis. In manibus portabunt te,ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidẽ ꝛ basiliscum ambulabis,ꝛ conculcabis leonem ꝛ draconem. Quoniã in me sperauit,liberabo eũ:protegas eum,quã cognouit nomen meum. Clamauit ad me,ꝛ ego exaudiã eũ,cũ ipso sum i tribulatione, eripiã eũ,ꝛ glorificabo eũ. Longitudine dierum replebo eum,ꝛ ostendam illi salutare meum. Psalm.

Sacerdot. Benedic

BEnedic anima mea dño: ⁊ oia quę intra me sunt nomini sancto eius.
BEnedic anima mea dño, ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuam, qui coronat te in misericordia ⁊ miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilę iuuentus tua. Faciens misericordias dñs, ⁊ iudiciū omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel volūtates suas. Miserator ⁊ misericors dñs: longanimis ⁊ multum misericors. Nō in perpetuū irascetur: neqz in ęternū cōminabitur. Nō ꝑm peccata nostra fecit nobis: neqz ꝑz iniquitates nostras retribuit nobis. Qm̄ ꝑm altitudinē cęli a terra: corroborauit misericordiā suā super timētes se. Quantū distat ortus ab occidēte: lōge fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorū, misertus est dñs timētibus se: qm̄ ipse cognouit figmentum nostrū. Recordatus est qm̄ pulvis sumus, homo sicut fęnū: dies eius tāquā flos agri, sic efflorebit. Qm̄ spiritus pertransibit in illo, ⁊ non subsistet: ⁊ nō cognoscet amplius locū suū. Misericordia autē dñi ab ęterno ⁊ vsqz in ęternū, super timētes eū. Et iustitia illius in filios filiorū: bis qui seruant testamentū eius. Et memores sunt mandatorū ipsius ad faciendum ea. Dns in cęlo parauit sedem suā: ⁊ regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite dño oēs angeli eius: potentes virtute, facientes verbū illius ad audiēdā vocē sermonū eius. Benedicite dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius i omni loco dominationis eius, benedic anima mea dño. Et dicantur omnes ex integro. Postea sequatur litanias. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pr nr. Et ne nos inducas in tenta. ℣. Saluum fac seruum tuū: ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣ Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dns conseruet eum, ⁊ viuificet eum, ⁊ beatus faciat eum in terra. ℟. Et non tradat eum in animam inimicorū eius. ℣. Dns opē ferat illi super lectū doloris eius. ℟. Uniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dns vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OOmnipotens sempiterne Deus, quęsumus immensam pietatem tuā: vt ad introitum in tuo nomine humilitatis nostrę, hunc famulum tuum in hoc habitaculo iacentem fessum, saluifere visitare digneris: sicut visitasti Domine Thobiam, ⁊ Sarram, ⁊ socrum Petri, puerumque Centurionis: ita ⁊ iste pristina sanitate animę corporisque recepta, gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per Christū dñm nostrū. Oremus. Oratio.

OEus, qui facturę tuę semper pio dominaris affectu: inclina aurem tuam supplicationibus nostris: ⁊ famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: ⁊ visita in salutari tuo, ⁊ cęlestis

stis gratię prępsta ei medicinā. Per Christum dñm nr̄m. Oremus. Oratio.

ODomine sancte, pater omnipotēs, ęterne Deus, q̄ per Jesum Christum filium tuum, Dñm nr̄m, vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus ⁊ petimus nos humiles tui sacerdotes: vt precibus nostris aurem tuę pietatis accommodare digneris: vt ad huius pęnitentis confessionem mouearis: remittasque ei omnia crimina, ⁊ peccata vniuersa condones.

OA, q̄s, huic famulo tuo dñe ꝑ supplicijs veniā, pro merore lętitiam, pro morte vitā: vt q̄ suadēte diabolo cecidit in ruinā: te reuocante retrahat ad misericordiā, ⁊ ad ęternā vitā puenire mereatur. Per Christum dñm nr̄m

Tūc interrogat eū sacerdos. Tenes siue scis Orationē dñicā, ⁊ symbolum? Respondet infirmus. Teneo. Tūc sacerdos. Vis dare tuā confessionem? Respōdet infirmus. Volo. Et sacerdos. Fuisti iam confessus? Respondet infirmus. Ita pater Sacerdos. Credis in Deū patrē omnipotētē, creatorē cęli ⁊ terrę, ⁊ in Jesum Christū filiū eius, ⁊ in spiritū sanctū paraclitū ex patre filioq̄z procedentē? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis q̄ istę tres personę. s. pater, filius, ⁊ spiritus sanctus, sint tres personę, ⁊ vnus Deus? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis quod filius Dei pro salute nostra sit incarnatus de Spū sancto, natus ex Maria Virgine, passus, mortuus, ⁊ sepultus: ⁊ quod ad inferos descendit, ⁊ tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad cęlos, ⁊ venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis vnā sanctā ecclesiā catholicā sanctorū cōmunionē, remissionē peccatorū, carnis resurrectionē, ⁊ vitā ęternā. Respōdet. Credo. Sacerdos. Credis quod in ipsa carne, in qua nūc es, in ipsa habes resurgere in die iudicij, ⁊ recipere, siue bonū, siue malū quod egisti? Respondet. Credo. Sacerdos. Habes plenā voluntatē emendandi quicquid contra Deum egisti? Respondet. Habeo. Sacerdos. Habes fidem quod possit tibi dimittere Deus omnia peccata tua, si confessus, ⁊ in toto corde tuo conuersus ad eum fueris? Respondet. Habeo. Sacerdos. Vis dimittere omnibus hominibus, qui in te peccauerunt, dicente Deo, Si dimiseritis homini bus peccata eorum, ⁊ pater vester qui in cęlis est, dimittet vobis peccata vestra? Respondet. Volo. Si non vult dimittere: nec tu debes eum auscultare. Si autem vult ea dimittere, ⁊ iudicium pęnitētię recipere, ⁊ peccata sua pleniter cōfiteri: eaqz ieiunijs atqz orationibus ⁊ eleemosynis redimere: tunc iuxta has promissiones offerat manus suas in manibus sacerdotis dicens. In manus tuas dñe commendo spiritum meum. Et sacerdos sequitur. Suscepimus deus misericordiā tuam in medio templi tui, ꝑm nomen tuum deus, ita ⁊ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. Gloria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. ℣. Exaudiat te dns in die tribulationis. ℟. Protegat te nomē Dei Jacob. ℣. Mittat tibi auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tueatur te. ℣. Tribuat tibi ꝑm cor tuū. ℟. Et oē cōsiliū tuū cōfirmet. ℣ Impleat dns oēs petitiones tuas. ℟. Nūc cognoui qm̄ saluū fecit dns Christum suum.

suum. ℣. Dominus custodit te ab omni malo. ℟. Custodiat animam tuã dominus. ℣. Benedicat te dominus ex Sion. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, q es iustor gloria, ⁊ misericordia peccatorꝝ, pietatẽ tuã humiliter deposcimus, vt hũc famulum tuũ benigne recipias, ⁊ pietatis tuę custodiam ei impendas: vt ex tota mente tibi deseruiat, ⁊ sub tua semper protectionę cõsistat: ⁊ qñ ei extrema dies venerit, societatem sanctorum percipiat: cum quibus inenarrabilem gloriam sine fine possideat. Per dominum.

Tunc sacerdos diligenter eius confessionem audiat, ⁊ si etiam ab exordio natiuitatis suę ⁊ baptismi confiteretur, bonum esset. Et siquid inuenerit qõ obligatus sit satisfacere, si potest, satisfaciat. Et si primo ei non fecit absolutionem, tunc absoluat eum a vinculo excommunicationis si tenet: vel saltem ad cautelam: postea dicat. Misereatur tui ops Deus, ⁊ donet tibi veniam ⁊ indulgentiam, ⁊ remissionem omnium peccatorum tuorum: liberet te ab omni malo, conseruet ⁊ confirmet te in oi opere bono, ⁊ perducat te Xps filius Dei viui in vitam ęternam. Amen. Per istam veram ⁊ puram confessionẽ quam modo mihi, quamuis peccatori sacerdoti, fecisti, absoluat te omnipotens Deus ab omnibus iudicijs, quę tibi pro peccatis tuis debentur, secundum magnam misericordiam suam, ⁊ parcat, ac remittat, ⁊ deleat oia peccata tua: ⁊ perducat te in vitam eternaz. Amen. Dñs Jesus Xps, qui beato Petro Apo. fol. 46. ℣. Deus tu conuersus vivificabis nos. ℟. Et plebs tua lętabit in te. ℣. Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Nõ intres in iudiciũ cuz seruo tuo dñe. ℟. Quia nõ iustificabit in ꝓspectu tuo ois viuens. ℣. Dñe exaudi orationem meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

OEũ oipotentẽ, ac miseri cordẽ, q nõ vult mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur ⁊ viuat, deprecor, vt cõuerso ad viam rectam huic famulo suo N. misericordię suę veniã, ꝓpitiatus indulgeat: ⁊ oium culpaꝝ suaꝝ vulnera, quę post sacri lauacri veniã ꝓtraxit, ita in hac confessione sanentur: vt nulla in eo vltra cicatricum signa remaneant: Prestante dño nostro Jesu Xpisto, qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

BEnedictio Dei omnipotentis, pa ✠tris, ⁊ fi ✠lij, ⁊ spiritus ✠ sancti descendat super te, ⁊ maneat semper. Amen.

¶ De pęnitentia imponenda infirmo. Cap. 26. ¶ Beatus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in suo confessionali defecerunt ita dicit.

ADuertendum est autem, quod aut infirmus est in periculo mortis, aut non. Dico autem periculum mortis, non solum, quia in extremis constitutus, sed quia frequenter contingit homines mori ex illa infirmitate: ⁊ medici dubitãt. In tali casu potest qlibet absolui a quolibet sacerdote de quolibet peccato, ⁊ a qualibet sententia absque alia licentia, cum periculum est in mora. Talis enim infirmus aut iam amisit loquelam, vel vsum rationis, puta

puta quia phreneticus, aut non. In primo casu, si bene viuebat, ⁊ vt bonus fidelis frequentabat confessionem ⁊ communionem ⁊ huiusmodi, quamuis non petierit sacramenta, quia ex insperato talia acciderunt: Vel etiam si malus ⁊ obstinatus diu perseuerans in peccatis est, ⁊ diu non confessus, si petijt sacerdotem vt confiteretur, ⁊ ostendit se velle facere omnia, q̃ debet, ⁊ interea factus est mut⁹ vel phreneticus, ⁊ periculum est in mora, debet presupponi cõtritus, ⁊ faciẽte aliquo cõfessionem generalem pro eo, sicut fit in populo, sacerdos faciat absolutionem ab omni sententia ⁊ peccato: ⁊ potest iungere circunstantibus aliquid pro eo faciendum, vel heredibus, aut consanguineis pro eius anima, si volũt acceptare. Deinde debet dari ei eucharistia a proprio sacerdote seculari, quamuis non fit confessus, quia nõ potuit, vel ab alio sacerdote seculari, non autem religioso, si non habuit licentiam a proprio sacerdote vel episcopo: alias ipse religiosus incideret in excõicationẽ Papalẽ in hoc casu. Et hoc verum est, nisi timeret de expuitione, vel vomitu eius: quia tũc nõ deberet sibi dari eucharistia, sed extrema vnctio tantũ. Imo etiã si nõ potuit cõmunicare, si propter phrenesim nõ pmitteret se iniũgi, potest ligari, ⁊ sibi violẽter dari. Astãtibus autẽ infirmo debet credi, si phibẽt testimoniũ, q̃ petierit cõfessionẽ, ⁊ ostenderit signa contritionis.

¶ Si autẽ nõ est diu confessus: vel quia notorius peccator, incurrit subito amentiam, ⁊ mutitatem, vel infirmitatem, nec prius nec post ostendit signa contritionis, nil ei dari debet, nec sacramenta, nec ecclesiastica sepultura. Si vero nec loquelam amisit, nec amentiam incurrit, debet ab eo exigi pura confessio peccatorum, plus vel minus, secundum quod patitur tempus. Nam si est in extremis, de principalibus est interrogandum: maxime inducendo eum ad contritionem cum spe venię. Sed si non est ita in extremis, ⁊ vellet facere generalem confessionem de tota vita sua, sicut multi infirmi sancti fecerunt: quamuis non sit necessarium de his, quę rite alias confessus est iterare confessionem, admittenda est, ⁊ tandem absolutio impendenda ab omni sententia excommunicationis, ⁊ ab omni peccato, modo supradicto in capitulo precedenti, ita tamen, quod si ligatus esset aliqua excommunicatione, a qua confessor extra illud periculum non potuisset absoluere, debet ei iniungi, quod si euadat infirmitatem, quam citius commode potest presentet se ei, ad quem ordinarie spectabat absolutio illius excommunicationis: Alias si faceret reincideret in eandem excommunicationem. extra de sententi. excommunicat. capit. eos lib. 6. Sed si erat detentus aliquo peccato, de casibus episcopo reseruatis, nõ oportet quod iniungat ei quod post sanitatẽ ad episcopuz vadat pro absolutione, quia ad illud non tenetur, sed sufficit sibi prima absolutio. ¶ Nota tamen, quod si talis esset vsurarius publicus, non potest talis admitti ad confessionem, communionem, ⁊ ad alia sacramenta, nisi facta prius cautione de restitutione vsurarum vel promissione ab heredibus de huiusmodi, in casu quo amisisset ipse loquelam, vel vsũ rationis post signa contritionis, secundum formam iuris: quę habetur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.quanquam.de vsu.lib.6. ¶Dis peractis non est pœnitentia infirmo iniungenda,quia eam facere non posset,sed innotescenda, vt dicitur.20.q.7. capi. Ab infirmis.declarando sic:Talem tibi darem pœnitentiam, si esses sanus, quamuis deberes facere multo maiorem,secundum regulas ecclesie: sed quia non potes modo,cum eris sanus facies hoc,vel illud, vel venies ad me,& tibi dabo. ℂ Istud tamen vltimus non videtur securum,quia raro reuertuntur pro pœnitentia. ℂ Si vero Deus aliter de te disponeret,dimittas pro anima tua tantum pro pœnitentia. ¶Potest etiam iniungi amicis, vel consanguineis aliquid pro pœnitentia si vtrique acceptant,& si credatur, quod satisfaciens pro eo sit in statu gratie. Super omnia enim admonendus est, vt si debet aliquid alicui,vel ratione maleficij,vel contractus, vel depositi, vel aliter,declaret bene,vt non discedat cū alieno ab hoc seculo,ne in ꝑternus damnetur:Et de restitutione & legatis ad pias causas, pro anima sua ita disponat,quod cito cogantur executores expedire,& non prolongare: sicut sepe & quotidie faciunt.Quod si nollet sufficienter disponere de restitutione facienda,non est absoluendus. ℂ Exhortandus est autem ad contritionez simul, & confidentiam diuine misericordie exemplo latronis,meritis passionis Christi. ℂ Si autem haberi non possit copia sacerdotis:quamuis bonum sit in huiusmodi periculis,in mari videlicet,bello,vel infirmitate,vel morte violēta,laico confiteri:tamen non est necessarius.Quod si fiat,& euadit: tenetur talis iterum de illis peccatis confiteri:quia non habebat ille claues ecclesie.

ℂ Si vero infirmus non est in periculo mortis,& habet casum excommunicationis, vel peccata reseruata episcopo,debet confessor ire vel mittere ad episcopum,si potest,pro authoritate huiusmodi,tamen modo tali, quod non prodat peccatorem, nisi prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. ¶Hec ille.

ℂ Finit tractatus quartus prime partis libri Sacerdotalis.

SACERDOTALIS
PRIMÆ PARTIS
Tractatus Quintus de sacramento Eucharistiæ.

ℂ Que contineantur in hoc tractatu. Cap. 1.

SAcramentum Eucharistie, que bona gratia dicitur.j.q. 1.c.Multi. In quo veraciter continentur corpus,sanguis, anima & diuinitas Dñi nostri Jesu Christi sub speciebus panis & vini, qō ab eo institutum est, ob memoriaz sue sacratissime passionis,a solis sacerdotibus summa cum diligentia est consecrandum,pari reuerentia Christicolis dispensanduz, & fideli custodia seruandum . Et quia primum & maximum sacerdotis officium est,corpus & sanguinem Christi in hoc sacramēto ꝓficrare:qō fit in misse celebratione,ideo primū de ipsa dicemuz:postmodū de aliꝭ ꝑm hunc ordinem, videlicet, quia videbimuz primo,

¶Materiam huius sacramenti.
¶Formam huius sacramenti.
¶Ministrum huius sacramenti.
¶Effectus huius sacramenti.
¶Locum idoneum ad celebrandum.
¶Quoties in die quis possit celebrare.
¶Ordinem & ritum celebrandi.
¶Tempus conueniens celebrandi.
¶Quibus hoc sacramentum sit dandum:& quibus non.
¶Ordinem communicandi populum in ecclesia.
¶Ordinem communicandi infirmum.
¶Quod diligenter sit custodiendum hoc sacramentum.
¶Pœnitentiam male custodientis.&
¶Casus concessos,& prohibitos tempore interdicti ecclesiastici.

ℂ Que sit materia huius sacramenti. Cap. 2.

¶Materia huius sacramenti est panis triticeus ex farina frumenti, cum aqua elementari & naturali confectus.De conse.dis.2.c.In sacramento.Et debet esse azymus:quia Christus in azymo sacramentū confecit & cōsecrauit.Et ēt vsus sancte Romane Eccle,q̄ initiū & instōnē a beato Petro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolo habuit,sic obseruat,ꝛ sic mandat obseruari. Siquis in fermentato pane cōsecraret in ecclesia Latina debet deponi. De celebra. miss.c. Literas. Rationabiliter autē sacramentū ex pane triticeo.i. frumenti, conficitur quia Christus,qui in eo sacramentaliter continetur, appellat se granum frumenti. Joā.12. Nisi granum frumenti.ꝛc. De celebra,miss. ca. vltim. ꝛ supradicto capitu. In sacramento. ¶ Materia calicis est vinū de vite: quia sanguis Christi confici non potest nisi de vino vitis.eo.cap. In sacramento. De consec.dist.2.capi. In sacramentorum, ibidem. De summa trinita. capit.1.de celebra.miss.c.cū Marthę.ꝛ cap.vlti. Et conuenienter cōficitur sāguis Christi ex vino vitis,quia Christus se verā vitē appellauit. Joan.15.

Ex cōcilio Carthaginē si.] ¶ Cap.27. In sacrificijs corporis ꝛ sanguinis dñi nihil amplius offeratur quā qꝫ ipse dñs dicit,hoc est panis, ꝛ vinū cū aqua mistū. Nec amplius in primitijs offerat Deo vino,ꝛ frumēto. De cōsecr.dist.2. In sacramēto.ꝛ capitu.in summa.de celebra.miss.c.vlt.ꝛ c.cū Marthę.de sum.trin.cap.1. Dicitur ergo,qꝫ materia panis debet esse ex tritico.i.ex frumēto: nō autē in pane de spelta,siligine,millio,hordeo,vel alio quocunqꝫ grano: nec etiam ex pasta,sed pane cocto. Similiter materia vini non pōt esse ex aceto, vel agresta, aut vino corrupto,vel nimis acetoso:aut ex vino granatorū,seu quorunclibꝫ pomorū,sed solum de vino vitis. In musto potest confici si est depuratum.

Ex cōcilio Florētino sub dño Eugenio papa.] Tertium est eucharistię sacramentū:cuius materia est panis triticeus, ꝛ vinum de vite. Cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet ꝛc. Aqua vero,q̄ in calice vino miscetur,debet esse in modica quātitate:quia eam in vinum cōuerti oportet. Et hęc aqua vino miscetur ,ppter significationē,qa vinū Chm̄ significat:ꝛ aqua populū. Apponit autē aqua vino,tuꝫ qa Chs̄ sacramentū suū in vino aqua misto consecrauit:vt dicit Damascenus lib.4.ꝛ qa ex latere eius exiuit sanguis ꝛ aqua:ꝛ etiā qa ecclesia id statuit ꝛ pcepit. De cōse.dist.2.cū c. oē ꝛ ca.1. Et licet nouerit sacerdos aquā fuisse in doliū positā,tñ ,ppter significationē debet aquā in calicem mittere. Et quāuis aqua nō sit de necessitate sacramēti:qa si cōsecraretur vinū sine aqua, esset sacramētum:tñ omittēs peccat grauiter si scienter omittit. De consecr. dist.2.calix. De celebr.miss.c. Cum Marthę.ꝛ c scriptura. De consec.dist.2.

Tertia parte,Et quarto sententiarum.] Potest autē sacerdos omnē quātitatē panis ꝛ vini ante se positam in altari cōsecrare. Hęc oia ex sācto Tho.ꝛ ceteris theologis excerpta sūt ex.4.sent.

¶ Forma sacramenti eucharistię quę sit. Cap.3.

Forma huius sacramēti sunt verba Christi a sacerdote cū intentione consecrandi rite prolata,quę sunt. Hoc est enim corpus meū,in consecratione panis,ꝛ Hic est enim calix sanguinis mei noui ꝛ eterni testamenti, mysterium fidei,qui pro vobis ꝛ pro multis effundetur in remissionē peccatorum,in consecratione vini. Matth.26. Mar.13. Lucę.22. ꝛ de consecra. distinctio.2.cap. Quia corpus.ꝛ cap. vtrum.ꝛ cap.accipite.

Ex cōcilio Florētino p̄dicto.] Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris,quibus hoc confecit sacramentū. Nā ipsorū verborū virtute substātia panis in corpus Chī, ꝛ substan-

ꝛ substantia vini in sanguinē conuertuntur:ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis:ꝛ totus sub specie vini. ꝛc. Et licet ista dictio, enim,non sit de necessitate formę sacramenti, tamen scienter eam omittens, peccat mortaliter. Unde tota forma prędicta tam panis, quam vini, integre proferenda est,non obstante opinione aliquorū Doctorū, qui dicunt, quod forma consecrationis sanguinis est ista sola: Hic est enim calix sanguinis mei. Sed securius est secūdū sanctū Thomā ꝛ Scotū totā dicere. Habuit enim ecclesia Romana,quę vtitur tota hac forma,eam a beato Petro Apostolo:qui creditur eā docuisse,sicut Christus eam protulit. Et licet Euangelistę nō ponāt eā sic formaliter,sicut dicitur in missa, nō est multū cōtrariū: qm̄ ipsi non intendebant tradere formā consecrationis,sed solū narrare rez gestā. Quia vero Christus multa dixit ꝛ fecit,quę nullus Euāgelista scripsit, ecclesia declarauit hāc formā a Christo fuisse traditam, quam nullus euangelista integram tradidit. Non solum verba formę non sunt prętermittēda, sed nec etiam alia verba canonis missę:quia ecclesia ea connexuit in toto canone, alias omittens ea grauiter peccaret. Dicit sanctus Thomas, quod forma prędicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit quod materia cōsecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos, qui est in domo, non potest consecrare panem vel vinum,qui est in altari, aut in foro, aut totum vinū,quod est in cellario. Si prędictę formę in aliquo mutarētur, aut si sub alijs verbis proferrentur,quę idem significarent:aut aliquid de eis diminueretur,nihil fieret. Similiter siquid adderetur bona intentione, sicut. Hoc est enim corpus meus sanctissimum,grauiter peccaret in singulis prędictis.

¶ De ministro huius sacramenti. Cap.4.

Minister huius sacramenti est solus sacerdos rite ordinatus,habens intentionem consecrandi,sicut Christus consecrauit, indutus omnibus sacris vestibus sacerdotalibus,ꝛ cui non est prohibitum celebrare, potest ꝛ debet celebrare,ꝛ hoc sacramentum cōficere ꝛ consecrare. ¶ Et notanter ponitur,potest ꝛ debet,quia hęreticus,schismaticus, excommunicatus, interdictus,ꝛ degradatus,non debet celebrare missā:tamen si celebrāt cōficiūt veraciter corpus Christi. ¶ Et dicitur rite ordinatus ille,q̄ in ordinatione sua habuit omnia substantialia ad suam ordinationem statuta: puta vnctionē manuū,acceptionem calicis cum patena,cum hostia ꝛ vino:ꝛ alia quę sūt de substātia ordinis.25.dist.c.perlectis ꝛ de Summa trini. cap. firmiter §. Una. ¶ Habens intentionem cōsecrandi,sicut Christus consecrauit. Ubi notandum,quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, qui intendat facere in consecratione,quod Christus fecit. Et non est necessaria intentio actualis,sed sufficit virtualis:puta,si accedens ad altare habet intentionem celebrandi ꝛ consecrandi, sed postea suspenditur eius intentio per aliam superuenientem cogitationem, tunc virtute primę intentionis vere conficit. Hęc S. Thom. ꝛ Scotus. ¶ Sine peccato mortali, Ille dicitur sine peccato mortali,qui non est notorius peccator:puta hęreticus,

ticus,schismaticus,cõcubinarius,ꝛ excõicatus:qa talis implicitus est in peccato mortali:ideo nõ debet celebrare:ꝛ nõ solũ ipse,sed ẽt oẽs,qui audiũt scienter missas eius,si est cõuictus vel condẽnatus,peccant ẽm Theo.31.di.c.nullus. de cohabita.cle.ꝛ mul.c.vestra.ẽm gl.ꝛ c.quæsitus.Si aũt commisit aliquod peccatum mortale,de quo non recordatur,aut non habet copiam confessoris, ꝛ imminet sibi necessitas celebrandi:puta quia est Curatus, vel est dies festus,vel necessitas infirmi communicandi,quia non habebat hostiam consecratam,ꝛ habet propositum,si recordaretur illius peccati,quod ipsum confiteretur,si haberet copiam confessoris,ꝛ interim conteritur ꝛ pœnitet,ꝛ est in proposito confitendi,absoluitur per summum Pontificem Christum: ꝛ potest celebrare,ꝛ postea debet confiteri sacerdoti,quando habebit copiã eius. Qui quidem sacerdos ante celebrationeꝫ semper debet esse ieiunus.7.q.1.c. Nihil.De cõse.di.2.c.Sigdẽ.Hæc oĩa ex sacris Theologis sunt excerpta.

Vide de hoc Cõstitutionẽ cõcilij Floréti sub Eugenio Papa.4.q̃ incipit. Exultate Deo.

¶ Sacerdos mutilatus,vel notabiliter mõstruosus,aut horribili infirmitate detentus,puta lepra,vel morbo gallico deformabiliter corrosus,pp scandalum pusillorum non debet celebrare:leprosus tamen inter leprosos in loco priuato potest celebrare:secundum S.Thomã. ¶ Epilepticus ẽt durãte infirmitate,ꝛ per annum post,non potest celebrare.33.dist.ca.cõiter.ꝛ Gl. ¶ Dæmoniacus ẽt ante plenã liberationem celebrare non potest: eodem c. cõiter. Sacerdotes ẽt ordinati,tã curati quã nõ curati, si tribꝰ debitis,ꝛ habita oportunitate nõ celebrant,peccant:qa ipsis indistincte præceptũ est: Hoc facite in meam commemorationem. ¶ Nullus etiam præsumat celebrare, nisi duobus præsentibus ꝛ respondentibus.Alij autem dicunt quod vnus sufficit.7.q.1.Illud.extra.de fil.presbyt.proposuit De vi.ꝛ hone.cle.ca. Unusquisque.ꝛ ita communiter in ecclesia seruatur. ¶ Inclusus vbi nõ est copia clericorum,solus celebrare potest:ꝛ non alias. De verbo.signifi. cap. quæsiuit.Nulla mulier ad altare præsumat accedere,aut pbytero ministrare. De coha.cler.ꝛ mulie.ca.1.§.vlt. ¶ Non debet etiaꝫ sacerdos celebrare sine luminarijs cereis. De cele.missarum.c. vlt.vt impleatur figura Leuit.6.Ignis in altari meo semper ardebit.

De minis trovi de alia inferius in ca.de dispensatione sacramẽti faciendа per Curatũ.

¶ De effectu huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacramenti est multiplex ipsum digne sumentibus. Nam fortificat mentem contra vitia:vitutes auget:delet venialia,confert gratiam:ꝛ fortius vnit membra capiti, idest bonos Christianos Christo:ꝛ futuræ gloriæ nobis pignus dat.Unde versus.

Inflammat,memorat,sustentat,roborat,auget,
Hostia spem,purgat,reficit,vitam dat,ꝛ vnit:
Confirmatqꝫ fidem,minuit fomitem,atqꝫ remittit.
Roborat,augmentat hoc sacrum:delet ꝛ vnit.

Ex cõcilio Florentino ꝑdicto.

¶ Huius sacramẽti effectus,quẽ in aĩa operatur digne sumẽtis,est adunatio hominis ad Chim.Et qa ꝑ gratiã homo Chõ incorporat,ꝛ membris eius vnitur,consequens est,quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratiã

tia augeatur:omnemque effectum, quem materialis cibus ꝛ potus quo ad vitam agunt corporalem sustentandam,augendo,reparando, ꝛ delectando, sacramentum hoc quo ad vitam operatur spiritualem. In quo (vt inquit Urbanus Papa) gratam Saluatoris nostri recensemus memoriaꝫ,a malo retrabimur,confortamur in bono,ꝛ ad virtutum ꝛ gratiarum proficimus incrementum. Hæc ibi. Et præclarissimus doctor S.Tho. Corpus Christi est medicina ægrotis,dieta peregrinantibus, debiles confortat, valentes delectat,languorem sanat,sanitatem seruat,fit homo mãsuetior ad correctionem,patientior ad laborem,ad amorem ardentior,sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior,ad gratiarum actionẽ deuotior. Et dicitur hoc sacramentum viaticum:quia sicut viator sine cibo ambulare non potest, ita sine hoc sacramento homo adultus non potest rite ambulare ad paradisum. De pœnit.ꝛ remiss.c.quod ante.26.quæstio.5.ca.Siquis de corpore.ꝛ ca.qui recedunt.

¶ Quis locus idoneus sit ad missæ celebrationem. Cap. 6.

Locus,in quo missa est celebrãda,debet esse sanctificatus, vt est ecclesia regulariter:nisi occurrerit casus necessitatis. De consec.dist.1.nullus. Missarum solennia non vbiq̃, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit celebranda esse censemus. Concedimus etiam, ꝛ ficubi (quod nostris peccatis exigentibus per plurimum est factum a Romanis, ꝛ a Sclauis,ꝛ ab Ungaris,ꝛ a malis Christianis,seu alio qualicunque modo) ecclesiæ fuerint incensæ,ꝛ combustæ,in capellis cum tabula consecrata missas interim celebrare permittimus,donec ipsæ ecclesiæ restaurari queant. In itinere vero positis,si ecclesia defuerit,vt sub diuo,siue in tentorijs (si tabula altaris consecrata,ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia affuerint) missarum solennia celebrare possint concedimus. Aliter omnino interdicimus. Hæc ibi. Et his casibus exceptis,non licet nisi ex speciali priuilegio celebrare in loco non sacro,sine licentia episcopi loci illius. De consecr. distin.1.capitu.missarum. Qui tamen hoc concedere non debet,nisi adsit rationabilis ꝛ legitima causa. Potest etiam missa celebrari extra ecclesiam: vbi aliquibus temporibus magna populi confluit multitudo: vel propter aliquod festum, vel missam nouam, vel prædicatorem insignem: quem magnus populus sequitur: ꝛ ecclesia est parua: in platea munda ꝛ honesta super altari portatili:prouiso quod pulueꝫ,aut flatus ad altare non possint peruenire. Idem dicendus est de camera,vel aula,aut alio loco honesto ꝛ apto, in quo ex priuilegio domini Papæ,vel de licentia episcopi potest celebrari, de consec.dist.1.c.missarum. Et debet esse sacerdos paratus cum omnibus paramentis requisitis,ab episcopo vel ab alio banc potestatem habente benedictis,nec debet celebrari nisi in altari consecrato saltem portatili tribus mappis cooperto, cum calice consecrato: ꝛ patena competenti, cuius cuppa debet esse aurea,argentea, vel stannea,non autem vitrea,aut erea, cum purificatorio, parua palla,ꝛ corporali de puro lino,omnia candida ꝛ munda,nullum

Ex cõcilio Tiburiensi. Cap. 4.

lū q̄ fericū ornamentū habere debēt corporale,ꝛ palla,cū velo etiā lineo aut ſerico,q̄ oia debēt eſſe ab epiſcopo,aut ab alio hanc poteſtatē habente bene/dicta. Sine Miſſali ſacerdos nullo modo celebret,de cōſec.diſt.1. cōſulo.ꝛ c.veſtimēta. Nec in mari, vel in eccleſia polluta ſanguine, vel ſemine, donec fuerit recōciliata:nec etiā in cęmeterio eccleſię violatę cōſūcto,annexo,ꝛ pti/guo:nec tpe interdicti eccleſiaſtici:niſi ianuis clauſis,excōicatis ꝛ interdictis ex/cluſis. Et q̄ ꝓtrariū fecerit, efficit irregularis ꝛ ineligibilis,nec ipſe pōt eligere, vel eligi ſine papę diſpēſatione. De ſēt.excō.c.Alma.lib.6.ꝛ c.Iſq, vt ſit.

¶ Quoties in die quis possit celebrare. Cap.7.

Excepto die natiuitatis Dñi,niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat, nō debet ſacerdos niſi ſemel in die miſſas celebrare.de celeb.miſſa ca. Cō ſuluiſti. Et in die p̄dicto natiuitatis licet cuilibet ſacerdoti treſ miſſas celebrare. De cōſe.di.1.c.nocte. In alijs vero diebus pōt ſacerdos ī caſu neceſſitatis duas miſſas ꝛ nō pluręs celebrare. ¶ Primo q̄ celebrauit miſſā de ſācto pp ſolēnitatē,ꝛ oportet aliā miſſā celebrare de tpe,vel p defūctis,ſiue ſit p̄ſēs defūct⁹ ſiue ſit anniuerſariū:aut p deuotione:qa canō nō diſtinguit. De cōſec.di.2. cap. Sufficit,dummodo nō ſit corrupta intentione: nec hoc fiat cōtra conſuetudinē in loco approbatā,ſecundū glo. ¶ Secundo,propter neceſſitatē peregrinorū,vel perſonę inſignis aduenientis. ¶ Tertio propter neceſſitatē nuptiarū,vbi tp̄s laberetur. ¶ Quarto,ꝓpter cōmunionē infirmi in periculo mortis exiſtētis,ſi nō hēt hoſtiam conſecratam. ¶ Quinto, quando idem ſacerdos habet duas eccleſias, vel propter pauptatem eccleſiarum, q̄ duobus ſacerdotibus alēdis nō ſufficerēt:vel ꝓpter raritatē ſacerdotū:ꝛ oportet ipſū vtriq; ſeruire:pōt ſucceſſiue primo vni ꝛ poſtmodum alteri celebrādo ſatisfacere. Itē in die reſurrectionis dñi: vbi vnic⁹ eſt ſacerdos in eccleſia,ꝛ tanta ppli multitudo,quod oēs nō poſſint intereſſe vni miſſę,poteſt iterū celebrare. Itē ſi ſacerdos vniuſ eccleſię infirmaretur,poteſt ſacerdos vicinę eccleſię diebus feſtis pro eo miſſā celebrare:ꝛ etiā eccleſię ſuę nō deficere. Et vidētur iſti duo vltimi caſus neceſſitatis:ideo a pluribus ꝓcedūtur:ſed qa nihil de his authēticū inuenitur,maiorꝫ iudicio eſt relinquēdū. Quocunq; aūt caſu ſacerdos pluries in die celebrauerit,in qualibet miſſa debet corpuſ ꝛ ſanguinē dñi ſumere:ꝛ oēs pfuſiones calicis vſq; in finē vltimę miſſę in alio calice,ſeu vaſe mūdo ꝛ honeſto ponere,ꝛ in fine vltimę miſſę recipere. De celeb.miſſa.cap. conſuliſti. in gloſ.ꝛ cap. Ex parte. Item ſacerdos debet oī tempore poſtquam ſanguinem domini ſuſceperit, calicem vino perfundere ꝛ ſumere.in eo capitu. Ex parte. ¶ Omni die, excepta paraſceue, miſſa celebratur:ꝛ tunc non,quia eo die Chriſtus ſeipſum immolauit. Et cum miſſa ſit figura paſſionis Chriſti,aduemente veritate figura debet ceſſare. Quod autem dicitur. De cōſe.2.c. Sabbatho.biduo.ſ,paraſceue ꝛ ſabbato ſācto,nō debent pēnitus ſacra celebrari , ꝟm Archidiaconum dicitur, eo quod miſſa,quę in ſabbato ſancto dicitur,eſt miſſa noctis dñicę ſequentis, ꝛ non ſabbathi:ꝛ ideo antiquitus ante horā veſperarū nō ſolebat celebrari.

Notādū

¶ Quę

¶ Quę conſiderationes Sacerdoti celebraturo,ſi digne celebrare intendit, ſint habendę. Cap. 8.

De Sacrificio Miſſę vide in cōcilio Tridētino. ſeſſ.xxij. & de obſeruādis & euitā tis in celebratione miſſę.

Intentionis diſcuſſio. Ne { Propter vanam gloriam, Propter auaritiam, Propter verecundiam, Propter timorem, Propter conſuetudinem } Celebret.

Generaliſ cōtritio Super { Omiſſis,quę fieri oportuit, Cōmiſſis, q̄ fieri non licuit, Conſuetis ꝛ ſępe confeſſis } Corde, ore, ꝛ opere.

Pura ꝛ vera confeſſio.ſ. { Notabilium, Communium, Ignoratorum. } Criminum.

Quid intendat cōſequi principaliter. An { Augmentum dilectionis, Inſeparabilitatem vnionis, Accelerationem viſionis } Dei.

Quid intendat facere in miſſa. An { Deum per lachrimas placare, Mortē Chr̄i ꝛ charitatē memorare, Totam eccleſiam adunare } Velit.

In canone hęc tria ſeruāda ſunt,ſcilicet { Diligentia ad conficiendum, Reuerentia ad tangendum, Deuotio ad ſumendum } Corpus Chriſti.

Quia ſunt ibi. { Magna ſignis, Maiora verbis, Maxima intentione } Miſſę.

Propter continētiaꝫ Tam { Excellentis corporis, Excellentioris animę, Excellentiſſimę diuinitatis } Chriſti.

℣. ¶ Si quis ad altare digne cupias celebrare,
Cor prius abſterge:ſic mundior ad ſacra perge.
In Domini menſa quid tractes,ſedulo penſa,
Viuere ſiue mori confert,quod porrigis ori.
Aegris ꝛ ſanis bona eſt refectio panis:
Sed Chriſti panis non eſt ſanus niſi ſanis:
Indigne ſumis,ſi non ſumis reuerenter,
Vel non catholice,aut habens mortale ſcienter.

¶ Alij verſus pulcherrimi ad idem.

Iram,odium,rixas,rancorem pelle ſacerdos.
Pelle inimicitias,pelleque defidiam
Caſta placent ſuperius.tu caſto corpore,caſta
Mente Deum tractes,ſit procul atra lues.
Sit procul ꝛ luxus,ſanctorum ſancta ſacerdos
Dum petis:horrendum ſit procul omne malum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVBRICÆ GENERALES

DE HIS QVÆ OBSER-

uanda sunt in celebratione Missarum,

IVXTA MISSALE ROMANVM

Ex Decreto Concilij Tridentini restitutum. Cap. 9.

¶ Quę missa dicenda.

MIssa quotidie dicitur secundum ordinem Officij. De festo duplici, vel semiduplici, vel simplici, de Dominica, vel feria: de vigilia, vel de octaua, & extra ordinem Officij, Uotiua, vel pro Defunctis.

¶ De duplici.

MIssa dicitur de Duplici illis diebus quibus in Kalendario ponitur hęc nota. Duplex & in festis mobilibus, quãdocunque Officium sit duplex. In duplicibus dicitur vna tantum oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs missis assignatũ est. Quando dici debet. Gloria in excelsis, & Credo inferius dicitur in proprijs rubricis.

¶ De Semiduplici, & simplici.

MIssa de Semiduplici dr, qñ in Kalẽdario ponit hęc vox, Semidup. Præterea in Dñicis, & diebus infra Octauas. In semiduplicibus tã festis, qz Dñicis, & ifra octauas dñr plures Orones, vt dr in rubrica De orone. Infra Octauã dr missa sicut i die festi, nisi ppria missa habuerit: i Dñicis vero sicut i ppriis locis assignat. De simplici dr missa sicut ō semiduplici, vt suis locis ponitur.

¶ De Feria, & Uigilia.

MIssa de feria dr, qñ nō occurrit festũ, vel octaua, vel sabbatũ in quo fit offm beatę Marię. In ferijs tñ Quadragesimę, Quatuor Tpum, Rogationũ, & Uigiliarũ, etiã si duplex vel semiduplex festũ, vel octaua occurrat, i Ecclesijs collegiatis dñr duę missę, vna de Festo, alia de Feria. In Uigilijs autẽ, q̃ veniũt infra Octauã missa dr de Uigilia cũ Cõmemoratione Octauę. Si festũ habens vigiliã celebretur feria secũda, missa vigilię dr in Sabbato, sicut etiã fit officiũ. Missa vigilię in Aduẽtu occurrẽtis, dr cum commemoratione Aduẽtus, licet de ea non sit factũ officiũ. Si in Quadragesima,

ma, & quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur missa de feria cum cõmemoratione vigilię. Toto tẽpore Paschali non dicitur missa de vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, quę tamẽ nõ ieiunatur, sicut nec Uigilia Epiphanię.

¶ De missis votiuis Sanctę Marię, & alijs.

IN Sabbatis non impeditis festo duplici, & semiduplici, dr missa de Sãcta Maria ꝑm varietatẽ tẽporũ, vt in fine Missalis ponit. Si sabbatũ fuerit impeditũ festo duplici, semiduplici, octaua, Uigilia, Feria Quatuor Tpuz, & Quadragesimę, missa principalis dr ꝑm officiũ diei. In aduẽtu aũt licet officiũ nõ fiat de Sãcta Maria in sabbato, dr tñ missa principalis de ea cũ cõmemoratione Aduẽtus, nisi fuerint Quatuor Tpa, vt supra. alijs diebus infra Hebdomadã qñ officiũ fit de feria (exceptis Ferijs Aduẽtus, Quadragesimę, Quatuor tẽpor, Rogationũ, & Uigiliarũ) dici põt aliqua Missa Uotiua, etiam in principali missa, quę dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Quę tamen missę, & alię quęcunqz votiuę, in missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

¶ De Missis Defunctorum.

PRima die cuiuscũqz mẽsis (extra tẽpus Paschale) non impedita officio duplici & semiduplici, dr missa principalis generaliter ꝑ defũctis sacerdotibus, bñfactoribus, & alijs. In ecclesijs aũt collegiatis dicant duę missę, vna ꝑ defũctis, alia de festo simplici si occurrit vel de feria, si ꝑpriã habeat missã, vel resumẽda sit missa de Dñica ꝓcedenti, quę fuit impedita, cũ infra Hebdomadã nõ occurrit alius dies, in quo resumi possit missa de Dñica. Sed in ecclesijs nõ collegiatis dicat missa de die cũ commemoratione generaliter pro defũctis. Præterea Feria secũda cuiuslibet Hebdomadę in qua officiũ fit de feria, missa principalis dici potest pro defũctis. Si autẽ fuerit propria missa de Feria vel de festo simplici, in collegiatis Ecclesijs dicãtur duę missę, alioquin in missa de die fiat cõmemoratio, (vt dictũ est) pro defunctis. Excipit tñ totũ tẽpus Paschale, & qñ per annũ officium est duplex, vel semiduplex, quibus tẽporibus nõ dr missa principalis pro defunctis, nisi in die Depositionis defuncti, & in Anniuersario pro defũctis. Et similiter, nisi fuerit duplex quocunqz die dici possũt priuatę missę pro defũctis, præterquã in Dominicis. ¶ In die Commemorationis omniũ Defunctorũ, & in die Depositionis, & in Anniuersario defuncti, dicitur vna tantũ Oratio: in alijs missis, plures, vt in Rubrica de Cõmemorationibus, & Orationibus dicetur.

Sequentia pro defunctis dicitur in die Omnium Fidelium Defunctorum, & depositionis defuncti. In Anniuersario autem & missa communi pro defunctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

¶ De Translatione Festorum.

IN dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Trãslatione festorũ dupliciũ, & semidupliciũ, qñ maiori aliquo Festo, seu Dñica impediuntur.

In

In ecclesiis autem, vbi titulus est Ecclesię, vel concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possunt cantari duę missę, vna de die, alia de festo, aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

De Commemorationibus.

Commemorationes in missis fiunt sicut in Officio. De festo simplici fit cōmemoratio in missa, qñ de eo in officio facta est cōmemoratio in vesperis. Qñ aūt de eo fit cōmemoratio tm̄ ad laudes, in missa solenni nulla fit cōmemoratio de eo, sed in missis tantum priuatis. De Dñica fit commemoratio, quando in ea fit de festo duplici. De octaua fit cōmemoratio, qñ infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in rubrica officij de Commemorationibus. Item quando infra octauaz fit de Dominica. De Feria fit cōmemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, & Vigilijs, quando missa dicenda est de festo dupli ci vel semiduplici illis temporibus occurrente. Sed in ecclesiis Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus & vigilijs prędictis, quę habent missas proprias, dicuntur duę missę, vna de festo, alia de Feria, & Vigilia prędictis, absque vlla vtrozumqz commemoratione. Qñ infra hebdomadā dñr missę votiuę, post primam Orationē semper dicatur Oratio eius de quo fit officium. Qñ fit cōmemoratio de Feria Quatuor temporz, pro ferię commemoratione dī prima oratio quę concordat cū Officio. In faciendis commemorationibus seruet ordo vt in Breuiario, de Dominica ante festum semiduplex, quod infra octauaz celebratur, de festo semiduplici ante Octauam, de Octaua ante Ferias prędictas, de ferijs prędictis ante festum simplex, de festo simplici ante orationes votiuas. Si faciēda fit commemoratio pro Defunctis, semper ponit penultimo loco. In alijs Cōmemorationibus a p̄dictis seruet dignitas orationū, vt de Spiritu sctō, ante beatam Mariam: de Angelis ante Apostolos, & similiter in alijs. In missis defunctorum, nulla fit cōmemoratio pro Viuis, ēt si oratio esset cōis p Viuis & Defunctis. Qñ dñr plures orationes, prima tantum, & vltima cū sua conclusione terminantur, & ante primam & secundam orationem tantū dī, Oremus. ante primam dī etiam Dominus vobiscum. Cum vero dñr plures oziones, & vna ozo eadē fit cū alia ibidē dicenda, oratiō bmōi, illa scilicet, quę eadem est non alię, commutetur cum alia de Cōi vel Proprio, quę sit diuersa.

De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

Introitus semper eodem modo dicitur cum Gloria patri. vt in Breuiario, prętquam tpe passionis, & in missis Defunctorum, vt ēt ibi annotatum est. Kyrie eleison. dicitur nouies post Introitum, alternatim cum ministro, idest, ter Kyrie eleison, ter Christe eleison, ter Kyrie eleison. Gloria in excelsis, dicitur quādocunqz in Matutino dictus est Hymnus, Te Deum prętquam in missa Ferię quintę in Cęna Domini & Sabbati Sancti, in quibus Gloria in excelsis dicitur. In missis votiuis non dicitur

citur nisi in missa beatę Marię, & Angelorū: & nisi missa votiua dicenda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesię causa. Neque etiam dicitur in missis Defunctorum.

De Orationibus.

In festis duplicibus dī vna tantū Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio, vt dictū est supra. In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Pentecostes vsqz ad Aduētū, & a Purificatione vsqz ad Quadragesimā dī secūda ozo, A cūctis. tertia ad libitū. In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Epiphanię vsqz ad Purificationē, dī secūda ozo, Deus qui salutis. tertia Ecclesię, vel pro Papa. In festis semiduplicibus a feria quarta Cinerū vsqz ad Dñicā passionis: tcda, de Feria: tertia, A cunctis. In semiduplicib', a Dñica Passionis vsqz ad Dñicā Palmarū, secūda oratio de Feria, tertia, Ecclesię vel p Papa. In festis semiduplicibus ab Octaua Paschę vsqz ad Ascensionē, secūda oratio, de Sancta Maria, Concede, tertia, Ecclesię vel pro Papa. In festis semiduplicibus infra Octauas occurrētibus, secūda ozo dī de octaua: tertia, q̄ secundo loco infra octauā dī, vel pro Papa. Infra octauas Paschę, & Pentecostes, qñ missa dicitur de octaua, dicuntur duę tantū orationes, vna de die, alia Ecclesię vel pro Papa. Infra alias octauas, & in vigilijs quę ieiunātur (excepta Vigilia Natiuitatis Dñi, & Pētecostes) dñr tres, vna de die, secūda de S. Maria, tertia Ecclesię vel p Papa. Sed infra octauas S. Marię, & in vigilia & infra octauā Dium Sanctorū secunda oratio dī de Spiritu Sācto, alia Ecclesię, vel pro Papa. In Dñicis infra octauas occurrētibus dñr duę orationes, vna de Dñica, secūda de Octaua. In die octaua dī vna tantū oratio, nisi aliqua commemoratio faciēda sit. In Dñicis dicuntur tres, vt in ordinario assignantur. In festis simplicibus, & ferijs per annū, dñr tres, vt in semiduplicibus: possunt etiā dici quinqz, vel septē ad libitū. In ferijs quatuor Temporū, & vbi plures leguntur lectiones, huiusmodi plures orationes dicuntur post vltimā ozonē ante epistolā: & alię orationes cū lectionibus, vt suis locis in Proprio Missarū de tēpore. In missis Votiuis qñ dñr, p re grauī, vel p publica ecclesię causa, dī tātū vna oratio: sin aliter, dñr plures, vt in festis simplicibus. Sed in votiuis beatę Marię secunda oratio dī de Spiritu Sancto: & in votiuis de Apostolis qñ dī oratio A cūctis: eius loco dī oratio de Sancta Maria, Concede. Si qñ plures dñr orationes occurrat fieri cōmemoratio alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia oratio dī quę alias secundo loco dicēda erat. In cōclusione ozonū hic modus seruatur. Si ozo dirigat ad Patrē, cōcludit. Per dñm nr̄m. &c. si ad filiū. Qui viuis & regnas cū deo patre: si in principio orationis fiat mētio Filij, cōcluditur, Per eūdē si in fine orationis eius fiat mētio, Qui tecū viuit: si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur. In vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus &c. Alia quoque in dicendis orationibus seruentur quę superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ De epistola, Graduali, Allelaia, ꝛ Tractu, ac de Euangelio.

POst vltimã orationem dicitur Epistola: qua finita, a ministro dicitur. Deo gratias: Post epistolã dicitur Graduale quod semper dicitur prꝫterquã Tpe paschali, cuiꝰ loco tũc dñr duo versus, vt dr in rubrica Sabbati in Albis. Post Graduale dñr duo. Alle. deinde. Uersus, ꝛ post versũ vnũ Alle. Tpe paschali qñ nõ dr, Graduale dicitur aliud Alleluia post secundũ Uersum: ꝛ qñ dicitur Sequentia non dicit post vltimũ Uersum, sed post Sequẽtiã: A septuagesima vsqꝫ ad Sabbatũ sanctũ, nõ dr Alleluia. neqꝫ dicitur in missis de Feria in Aduentu, Quatuor Tẽporibus, ꝛ Uigilijs quę ieiunãtur, exceptis Uigilia Natiuitatis Dñi si venerit in Dñica, ꝛ Uigilia Paschę, ꝛ Pẽtecostes, ac quatuor Tẽporibus Pentecostes, Nec dr in festo Innocentiũ, nisi venerit in Dñica. A Septuagesima vsqꝫ ad Pascha eius loco dicitur Tractus, q Tractus prędicto tẽpore in aliquibus Ferijs nõ dr, neqꝫ etiã in Ferijs a Septuagesima vsqꝫ ad Quadragesimã qñ repetitur missa Dñicę. Dicto, Graduali seu, Alle. seu, Tractu, dr, Euangeliũ, Et in principio Euãgelij dr, Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo, deinde, Sequẽtia Sancti Euãgelij ꝟm N. ℟. Gloria tibi dñe. in fine Euangelij a ministris dr, Laus tibi Christe. Postea, si dicendum est, dicitur, Credo.

¶ De Symbolo.

SYmbolũ dr post Euãgelium in omnibus Dñicis per annum, etiam si in illis fiat de festo, in quo alias non diceretur. In tribus missis de Natiuitate Domini, ꝛ deinceps vsque ad octauam beati Joannis Apostoli inclusiue. In Epipbania, ꝛ per octauam. Feria quinta in Cęna Domini. In Paschate Resurrectionis, ꝛ per octauam. In Ascensione Domini, ꝛ per octauam. In pentecoste, ꝛ per octauam. In festo Corporis Christi, ꝛ per octauam. In omnibus festis beatę Marię, ꝛ per octauas. In omnibus festis Apostolorum, ꝛ Euangelistarum, ꝛ per octauas. In festis. Quatuor Doctorum. videlicet, Gregorij, Ambrosii, Augustini, ꝛ Hieronymi, addito festo sancti Thomę de Aquino. Item in festis Doctorum Basilij, Athanasii, Gregorij Nazianzeni, ꝛ Joannis Chrysostomi: In vtraque Cathedra sancti Petri: ꝛ in festo sancti Petri ad Uincula. In festis Conuersionis, ꝛ Commemorationis sancti Pauli Apostoli. In festo sancti Joannis ante portam Latinam. In festis Inuentionis, ꝛ Exaltationis sanctę Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabę Apostoli. In festo sanctę Marię Magdalenę. In transfiguratione Domini. In die octauarum sancti Joannis Baptistę, ꝛ sancti Laurentij. In festo omnium sanctorum, ꝛ per octauam. In Dedicationibus Sancti Saluatoris, ꝛ Sanctorum Apostolorum Petri ꝛ Pauli. In Anniuersario Dedicationis proprię Ecclesię, ꝛ per octauam. In die consecrationis Ecclesię, vel altaris. In festis sanctorum quibus dedicata est ecclesia, ꝛ vbi habetur corpus vel insignis reliquia sancti de quo agitur. In die Creationis, ꝛ Coronationis summi Pontificis; ꝛ in Anniuersario eiusdem diei. Item in omnibus festis,

stis, quę in Dominicis, ꝛ per octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicę, ꝛ octauę dici debet. Item in festo patroni alicuius loci vel tituli Ecclesię, ꝛ in festis principalibus ordinum ꝛ per eorum octauas, in Ecclesijs tantum illius ordinis. Item dicitur Credo, In Missis votiuis, quę solenniter pro re grauj, vel pro publica Ecclesię causa celebrantur.

¶ De Offertorio, Secretis, Prefationibus, ꝛ Canone.

POst Symbolum, vel si non sit dicendum, post euangelium dicitur, Dominus vobiscum, deinde Offertorium postea fit oblatio cum orationibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta dicuntur orationes secrętę, secundum numerum orationum quę palam dictę sunt: sed ante primam orationem non dicitur, Dominus vobiscum nec aliquid aliud, sed dicto, Suscipiat Dominus sacrificium, absolute dicentur: neque etiam ante secundam orationem dicitur, Oremus: Terminatur autem prima, ꝛ vltima oratio, vt dictum est supra in rubrica de orationibus: ꝛ secreto dicuntur vsque ad illa verba in conclusione, Per omnia secula seculorum, quę clara voce proferuntur, ꝛ incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatum est: ꝛ quę in Quadragesima, Tempore Paschali, ꝛ infra octauas proprię assignantur, dicuntur etiam in Dominicis, ꝛ festis quę illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam prefationem habeant. In missis votiuis dicitur etiam Prefatio propria, si propriam habeant. Et quando aliqua missa votiua pro publica causa solenniter celebratur, dicitur in cantu solenni, vt in duplicibus. Post prefationem incipitur Canon Missę secreto, in quo seruẽtur oia, vt in ordinario, vbi vero Communicates, Infra actionem, vel alia variari cõtingit, suo loco in propijs missis adnotat.

¶ De Communione, Post Communionem, Ite missa est, vel Benedicamus domino, de Benedictione, ꝛ Euangelio Sancti Joannis.

EXacto Canone, ꝛ alijs omnibus vsque ad communionem, ea peracta dicitur communio, ꝛ orationes post communionem, eodem modo, ꝛ ordine vt in principio missę, ꝛ repetito, Dominus vobiscum dicitur, Ite missa est, vel Benedicamus domino, pro temporis ratione. Ite missa est, dicitur, quandocunque dicitur Gloria in excelsis: Cum non dicitur, eius loco dicitur, Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. In missis Defunctorum, dicitur, Requiescant in pace. ℟. Amen.

¶ Dicto Placeat, datur Benedictio, quę a celebrante semper datur in missa, prꝫterquam in missis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium sancti Joannis, In principio quod nunquam prꝫtermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria quę habet Euangelium proprium, tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Dñi dicitur Euangeliũ de Epipbania, Cũ natus esset Jesus.

¶ De ordinanda Missa ex supradictis rubricis.

SUpradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare missam diei, recurrat ad ordinariũ missarũ de Tempore, vel de Sanctis secundũ qualitatem

litatem Officij. Si propriam non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, & propria missa non fuerit de Feria, Dicatur missa precedentis Dominice, omissis. Gloria in excelsis, & Symbolo, preterquam tempore Paschali, in quo semper dicitur, Gloria in excelsis, vt supra, excepta missa Rogationum. Si dicenda sit missa Votiua, requiratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures Orationes dicende sint, requirantur post Missas Votiuas, suo loco de singulis rebus singule. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post missas Votiuas, cū collectis diuersis, circa finē missalis. Ordinariū totius misse, cū Prefationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur suo loco, cū proprio missarū de Tēpore.

¶ Preparatio Sacerdotis missam celebraturi orationes dicende & alique ad eius accendendam deuotionem. Cap. 10.

SAcerdos missam celebraturus, si in peccato mortali constitutum se cognouerit, ante confessionem sacramentalem, dicat hanc orationem.

SUscipe confessionem meam pijssime, ac clementissime Domine Jesu Christe, vnica spes salutis anime mee: & da mihi obsecro contritionem cordis, & lachrymas oculis meis, vt defleam diebus ac noctibus omnes negligētias meas, cum humilitate & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quæram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento mei dñe, qui Chananeam & publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti: domine Deus meus suscipe preces meas saluator mūdi Jesu bone, qui te crucis morti dedisti, vt peccatores saluares, respice me miserum inuocantem nomen tuum: & noli sic attēdere malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. Et si commisi, vnde me dānare potes, tu non amisisti vnde saluare me soles. Parce ergo mihi, qui es saluator meus: & miserere peccatrici anime mee: Solue vincula eius: sana vulnera eius. Domine Jesu te desidero, te quæro, te volo: ostende mihi faciem tuam, & saluus ero. Sit te igitur pijssime domine, meritis purissime & immaculate semper virginis Marie, lucem tuam & veritatem tuam in animam meam, que oēs defectus meos in veritate mihi ostendat, quos confiteri me oportet: atq; iuuet & doceat ipsos plene & cum debita contritione explicare. Qui viuis &c.

Qua dicta, coram alio sacerdote absolue di eum iurisdictionem seu potestatem habente genuflexus, capite discooperto, confiteatur eidem cooperto capite in conuenienti loco sedenti, omnia peccata sua, & ab eodem absolutionem, & pœnitentiam salutarem pro commissis criminibus recipiat.

¶ Peracta pœnitentia per confessorem imposita, dicat sequentes orationē.

SIt tibi dñe obsecro meritis sanctissime matris tue semper virginis Marie grata & accepta ista confessio mea: & quicquid mibi defuit nūc, & alias de sufficientia contritionis, & de puritate, & integritate confessionis, supleat pietas & misericordia tua: que dignetur me habere plenius, & perfectius absolutū in celo: Qui viuis & regnas, per omnia secula seculorū. Amē.

Deinde

Deinde si voluerit, poterit pro deuotione ōrationem sequentem ante altare, vel alio conuenienti loco genuflexus dicere.

Oratio sancti Ambrosij episcopi.

SUmme sacerdos & vere pontifex, qui te obtulisti Deo patri hostiā viuam, & puram, & immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus, quiq; dedisti nobis carnem tuam ad manducandū, & sanguinem tuus ad bibendus: & posuisti mysterium illud in virtute spūs sancti, dicens. Hęc quotiescunq; feceritis, in mei memoriā facietis, rogo te per sanguinem tuus preciosum, magnū salutis nostrę preciū: rogo te p hanc mirā, & inenarrabilē charitatē, qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: doce me indignū seruus tuum: quem inter cętera dona tua etiam ad officiū sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, sed sola misericordię tuę dignatione: doce me quęso per spiritus sanctum tuum, tūm tractare mysterium ea reuerentia, & honore, ea deuotione, & timore, quibus oportet & decet. Fac me (quęso) per gratiā tuā semper illud de tanto mysterio credere, & intelligere, sentire, & firmiter tenere, dicere & cogitare quod tibi placet, & expedit aię meę. Intret spūs tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono: & sine strepitu verborum loquatur veritatem tantorus mysteriorus. Profunda sunt quippe nimis: & sacro tecta velamine. Propter magnā clementiā tuā concede mihi missarum solennia puro corde & munda mente celebrare. Libera cor meū ab immundis, & nefandis, vanis & noxijs cogitationibus. Ouni me (quęso) beatorū angelorum pia & fida tutela, atque fortissima custodia: vt hostes oium bonor confusi discedant per virtutem tanti mysterij: & per manum sancti angeli tui, repelle a me & a cunctis seruis tuis spurcissimum, & nefandissimum spiritum inanis glorię, iracūdię, fornicationis, superbię, inuidię, auaritię, blasphemię, & immunditię, dubietatis, & diffidentię: vt tantum sacrificiū cū oi puritate valeam tibi offerre. Confundant qui me persequuntur. Pereant illi, qui perdere cuncta bona festinant. Rex virtutum, Deus amator castitatis & integritatis, cęlesti rore bñdictionis tuę extingue in corpore meo totum fomitem ardentis libidinis, vt maneat in me tenor totius castitatis, & integritatis animę & corporis. Mortifica in mēbris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas cōmotiones: & da mihi veram & perpetuam castitatis sanctimoniā cū cęteris donis tuis, quę tibi p'acēt in veritate, vt sacrificiū laudis tuę casto corpore, & mūdo corde tibi valeā offerre. Quanta enim cordis contritione & lachrymarum fonte? quanta reuerētia, timore, & tremore? quanta cordis castitate, & animę puritate, illud diuinum, & cęleste sacrificium est celebrandū dñe? vbi caro tua in veritate sumitur, & sanguis tuus in veritate bibitur: vbi ima summis iunguntur: vbi adest sanctorus angelorus pūtia: vbi tu es sacerdos, & sacrificiū mirabiliter & ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare potest, nisi tu ops Deus offerentem feceris dignum? Scio vere domine, & scio, ac idipsum bonitati tuę confiteor, quod non sum dignus accedere ad tantum misterium, propter nimia peccata mea, & infinitas

tas negligẽtias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore cõfiteor quia tu me potes dignum facere: qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, & de peccatoribus iustos facis & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, concede mihi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore, & tremore, cum cordis puritate & lachrymarum fonte, cum spirituali lętitia, & gaudio celesti. Sentiat mens mea domine dulcedinem beatissimę prędentię tuę, & excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim memor venerãdę passionis tuę accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi de donis tuis sacrificium, quod tu instituisti, & offerri tuę maiestati precepisti in commemorationem tuam pro nostra salute. Suscipe ergo illud quęso summe pastor pro ecclesia tua sancta, pro populo tuo, quem acquisiuisti sanguine tuo. Et quoniã me peccatorem inter te & eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis mihi credite non recuses: ne per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat precium, pro quibus victima factus, dignatus es esse redemptio salutaris. Profero ergo dñe, si digneris propitius intueri, tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiã debilium, desperationes languẽtium, defectus senũ, suspiria iuuenum, vota virginum, & lamẽta viduarum: tu enim misereris oĩum dñe, & nihil odisti eorum, quę fecisti. Memorare dñe quę sit nostra substãtia: qa tu pater noster es, tu Deus nr̃ es: ne irascaris: neq; multitudinẽ viscerũ miseri cordię tuę super nos cõtineas. Non nostris in iustificationibus prosternimus pręces ante faciẽ tuã, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nr̃as, & ignẽ sancti spũs in nobis clemẽter accende. Aufer a nobis cor lapideum de carne nr̃a: & da nobis cor carneũ, quod te timeat, te amet, te diligat, in te delectet, te perfruat, te sequat. Oramus dñe clemẽtiã tuam, vt sereno vultu familiã tuã sacri tui nois officia prędstolãtem aspicere digneris: & vt nullius sit irritũ votũ, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ip se audire ꝓpitius, & exaudire delecteris. Roganus te etiã pater sctẽ pro animabus oĩum fideliũ defunctorũ: vt sis illis salus ętерna, perpetua sanitas, gaudium & refrigerium sempiternum. Hoc magnum puritatis sacramentum Deus meus fit illius hodie magnum & plenum conuiuium de te pane viuo: qui de celo descendisti, & das vitam mundo: de carne tua sancta & bene dicta, agni videlicet qui tollis peccata mundi: quę de sctõ & glorioso vtero beatę Virginis Marię est assumpta, & de Spiritu sancto concepta, de illo prędcioso sanguine tuo, q pietatis fonte per lanceã militis ex tuo sctissimo late re fęliciter emanauit: vt inde sanati, refrigerati, refecti, & consolati, exultent in laude & gloria tua. Peto clementiam tuam pũssime redemptor: vt descendat super hunc panem & calicem istum plenitudo diuinitatis tuę. Descendat etiam domine illa sancti spiritus tui inuisibilis forma, & incomprehensibilis maiestas: sicut quondam in hostijs patrum descendebat:

quę

quę & oblationes nostras corpus, & sanguinem tuum efficiat, & me indignus sacerdotes tuum doceat tantum tractare mystrium cum cordis puritate, & lachrymarum fonte, cum reuerentia & tremore, ita vt placide & benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis, ad salutem omnium tam viuorũ quam fideliũ defunctorũ. Rogo te domine per ipsum sacrosanctus mysteriũ corporis & sanguinis tui preciosissimi: quo quotidie in ecclesia tua sancta pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atq; vnius tuę summę diuinitatis participes efficimur: vt mihi concedas virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam ita, vt hęc sacramenta celestia efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto, & bñdicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: qui manducat me viuet propter me: ipse manet in me: & ego in eo: Ego sum panis viuus, qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Panis dulcissime sana palatum cordis mei: vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana me domine ab omni languore, vt nullam prędter te sentiam dulcedinem: nullum prędter te quęram amorem: nullam prędter te amem pulchritudinem. Panis candidissime, habens oẽ delectamentum, & omnẽ saporẽ suauitatis: qui nos de te semper reficis: & in te nunquã deficis: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleãtur viscera animę meę. Mãducat te angelus pleno ore: manducet te peregrinus homo pro modulo suo: ne deficere possit in via, tali recreat⁹ viatico. Panis sctẽ, panis viue, panis pulcherrime: panis mũde, qui descendisti de celo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab oi inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam sana & sãctifica me interius & exterius. Esto tutamen & perpetua salus & protectio corporis, & animę meę. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a potentia prędentię tuę: vt tua protectione fortis, & intus munitus, recto tramite ad regnum tuum perueniam: vbi non mysterijs, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videam. Amen.

De preparatione Sacerdotis ad missam celebrandam. Cap. 11.

Sacerdos celebraturus, seruatis ijs, quę superius dicta sunt, quo ad prędiam Cõfessionem, & horas Canonicas, Matutino saltem absoluto, orationi aliquãtulum vacet, & orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locũ in Sacristia vel alibi prędparatũ, vbi paramẽta aliaque ad celebrationes necessaria habentur: accipit Missale, perquirit missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea quę dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem inferius positã. Deinde prędparat calicem, ponens super eius os purificatorium, & super illud patenam cuz hostia, quam tegit parua palla, & velo serico: super velo ponit bursam colozis paramentorum intus habens corporale plicatum. Quibus ita dispositis accedit ad paramenta, vbi calciatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talum pedis attingat, induit se sit Prędatus secularis, supra rochettũ: si sit Prędatus regularis, vel alius Sacerdos secu-

Sacerd. laris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

laris,supra superpelliceum,si commode haberi possit,alioquin sine eo supra vestes communes,dicens ad singulas orationes inferius positas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates ꝛ cordulas,osculatur in medio, ꝛ ponit super caput,ꝛ mox declinat ad collum,ꝛ eo circa vestiū collaria tegens,ducit cordulam sub brachijs, ꝛ circūducens per dorsum ad ventrem reducit,ꝛ ligat. Tum Alba induitur caput submittens,deinde manicam dextram brachio dextro,ꝛ sinistram sinistro imponēs:albam ipsam corpori adaptat,eleuat ante,ꝛ a lateribus hinc inde,ꝛ Cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto,se cingit. Minister eleuat Albā supra cingulum circumcirca, vt honeste dependeat ꝛ tegat vestes,ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinem digiti vel circa supra terram equaliter fluat. Sacerdos accipit Manipulum,osculatur crucem in medio,ꝛ imponit brachio sinistro. Deinde ambabus manibus accipiens stolam, simili modo deosculatur, ꝛ imponit mediū eius collo,ac transuersando eam ante pectus in modum crucis,ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram,ꝛ partem a dextro humero pendentem ad sinistram. Sicque vtranque partem stolę extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo coniungit. Si celebrans sit Episcopus,nō ducit stolam ante pectus in modū crucis, sed finit hinc inde vtrasq; extremitates pendere:ꝛ accipit cruciculam a collo ante pectus cordulis pendentem. Postremo Sacerdos accipit planetam. Si sit Episcopus,ꝛ solenniter celebrat,accipit paramenta,ꝛ alia vt in Pontificali.

¶ De, variis orationibus dicendis a sacerdotibus ante accessionem ad altare, ꝛ in Missa.

O Dñe sempiterne Deus:ecce accedo ad sacramentum vnigeniti filij tui Dñi nostri Jesu Christi. Accedo (inquam) infirmus ad medicum vitę:immundus ad fontem misericordię:cęcus ad lumen claritatis ęternę: pauper ꝛ egenus ad dñm cęli,ꝛ terrę:Rogo ergo immēsę largitatis tuę abūdantiam,quatenus meam curare digneris infirmitatem:lauare feditatem:illuminare cęcitatem: ditare paupertatem:vestire nuditatez:vt te panem angelorum, regem regum,ꝛ dñm dominantium tanta suscipiā reuerentia,ꝛ humilitate,tanta contritione ꝛ deuotione,tanta puritate ꝛ fide, tali proposito ꝛ intētione:sicut expedit saluti animę meę. Da (quęso) mihi dominici corporis ꝛ sanguinis non solum suscipere sacramentum,sed etiam rem,ꝛ virtutem sacramenti. O mitissime Deus,da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, ꝛ inter eius membra connumerari. O amantissime Pater,cōcede mihi dilectum filiū tuū,quē nūc velatū in via suscipere propono,reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum.

¶ Ante communionem apologia.

I Mpellit ministrandi officium hostia salutaris pro populi delicto:terret conscientia indebiti sacerdotij pro reatu. Si a me omnium sacerdotum peripsema sacrificium offeratur,pollutę conscientię crimen augetur. Si

Si tamē tuę maiestati vniuersę carnis iudici nō offertur, negligentię reatus conscribitur, Inter hęc tuę omnipotens libramen pietatis imploro, cuius vltionis diem accusante conscientia pertimesco. Ne indignum (quęso) misericordia tua iudices,quem a tempore pœnitentię non excludis. Suspende securim,donec cultor vineę admoueat cophinum stercoris infructuosę arboris ad radicem. Parce mihi Domine clementissime pœnitenti,qui Dauid post lapsum clementer ad veniam reuocasti:qui Petri misericors amare flentis lachrymas respexisti: qui latronem in patibulo tanti facinoris reum diuina gratia illustrasti. Cui mox obtinuit confessio perspicua Dei filium: fides præmium: pœna veniam:lamenta gaudia sempiterna: dum confessor in cruce possessor extitit paradisi post crucem. Sed, quia verba venia tuę pietatis indigent, quę indigni sacerdotis opera non commendant: saltem astantium vota suscipe: vt ꝛ mihi eorum apud te precibus veniam, ꝛ suis meritis sacrificia nostrorum vulnerum salubriter nobis conferant medicinam. Et quia omnipotens pro omnibus factus es hostia pro peccatis, adsis nobis sanctificatio in sacrificio pro dilectis, Christe Saluator mundi:Qui cum ęterno patre,ꝛ cum spiritu sancto viuis ꝛ regnas Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Oratio ad beatissimam Virginem Mariam.

O Mater pietatis ꝛ misericordię beatissima virgo Maria: ego miser ꝛ indignus peccator ad te confugio toto corde ꝛ affectu: ꝛ precor dulcissimam pietatem tuam, vt sicut dulcissimo filio tuo in cruce pendenti astitisti,ita ꝛ mihi misero peccatori ꝛ sacerdotibus omnibus hic ꝛ in tota sancta ecclesia ipsam hodie offerentibus clementer assistere digneris: vt tua gratia adiuti dignam ꝛ acceptabilem hostiam in conspectu summę, ꝛ indiuiduę trinitatis offerre valeamus. Amen.

¶ Ad sanctum vel sanctam cuius eo die festum celebratur. Oratio.

O Sancte N. vel sancta N. ecce ego miser peccator de tuis meritis cōfisus offero nunc sacratissimum sacramentum corporis ꝛ sanguinis Domini nostri Jesu Christi pro tuo honore ꝛ gloria: precor te humiliter ꝛ deuote, vt pro me hodie intercedere digneris, vt tantum sacrificium digne ꝛ acceptabiliter offerre valeam: ꝛ eum tecum ꝛ cum omnibus electis eius ęternaliter laudare,ꝛ cum eo regnare valeam. Amen.

¶ Hȝ deuota S. Gregorij ꝓpoicenda a sacerdote anteq̄ missaȝ incipiat.

H Acturus memoriam salutaris hostię totius mundi,cum illius dignitatem,ꝛ meam intueor feditatem,conscientia torqueor peccatorum. Verum,quia tu Deus multū misericors es,imploro vt digneris mihi dare spiritum contribulatum:quod tibi gratum sacrificium reuelasti, vt eo purificatus vitali hostię pias manus admoueam:quę omnia mea peccata abluat: ꝛ ea deinceps in perpetuum mihi vitandi cautelam infundat, omnibusque pro quibus tibi offertur,pœnitentis ꝛ futurę salutis cōmercia largiaris. Per.

Suprascriptę orationes non ex precepto,sed ex deuotione dicuntur.

PRAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRAEPARATIO AD MISSAM

FACIENDA PRO OPORTVNITATE

A Sacerdote, excerpta ex Missale nouo, ex decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restituto. Cap. 2.

Antiphona.

NE reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Que antiph. in duplicibus tñ duplicat. Deinde dñr sequẽtes psalmi. Psal.

QUam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domũ: & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Hitaria tua domine virtutum: rex meus, & Deus meus. Beati qui ambulant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion. Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat &c. Psalmus.

BEnedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatẽ Jacob. Remisisti iniquitatem plebis tuę: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti ommem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuę. Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis. Nunquid in ęternum irascĕris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem? Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Audiã quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas

tas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatę sunt. Veritas de terra orta est: & iustitia de cęlo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat. &c. Psalmus.

INclina domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: lętifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. Quoniam tu domine suauis & mitis: & multę misericordię omnibus inuocantibus te. Auribus percipe orationem meam: & intende voci deprecationis męę. In die tribulationis męę clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs domine: & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es deus solus. Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in ęternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentiũ quęsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miserator & misericors: patiens & multę misericordię & verax. Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillę tuę. Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Psalmus.

QUedidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam domino, pro omnibus quę retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

O domine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillę tuę,

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Psalmus.

DE profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meam. Fiant aures tuę intẽdẽtes: in vocẽ deprecationis męę. Si iniquitates obseruaueris domine:

mine: domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legē tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino. A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in domino. Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

¶ Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Conuertere domine aliquantulum. ℟. Et deprecare super seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iusticiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Aurem tue pietatis mitissime deus, inclina precibus nostris, & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysterijs digne ministrare, teque eterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quez nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quesumus domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.

Adsit nobis, quesumus domine, virtus Spiritus sancti: que & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quesumus domine, visitando purifica: vt veniēs Dominus noster Jesus Christus filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Orationes dicende cum Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

Da domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam: vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.

Ad

Ad Amictum, dum ponitur super caput dicat.

Impone domine capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diaboli cos incursus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Dealba me Domine, & munda cor meum: vt in sanguine Agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

Precinge me domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentie, & castitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

Merear domine portare manipulum fletus, & doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

Redde mihi domine stolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parentis: & quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur.

Domine, qui dixisti, Jugum meum suaue est, & onus meū leue: fac, vt istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

¶ De ingressu Sacerdotis ad altare.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu sinistra calicem vt supra preparatum, & bursam manu dextra super calicem tenens, capite cooperto accedit ad altare, ministro cum Missale, & alijs ad celebrādum necessarijs precedente. Procedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit eū transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectat. Si ante altare, vbi celebretur missa, in qua elevatur sacramentū, silr genuflectat, & detecto capite illud adoret. Cū perueniet ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum ministro porrigēs, & altari, seu imagini crucifixi desuper posite, profunde inclinat. Si autem in eo sit tabernaculū Sanctissimi Sacramenti, genuflectens debitā facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij fistit Calicē: extrahit corporale de bursa, quod extendit in medio altaris, & super illud calicem velo cooperтum collocat. Si in altari paramenta accepit: hoc idem facit antequā descendat ab altari Missam inchoaturus. Si est consecraturus plures hostias pro Communione facienda, que ob quantitatem super patena manere non possint: licet eas sup Corporale ante Calicē, aut in aliquo Calice vel vase mundo consecrato eas ponit retro post Calicē, & alia paterna cooperit. Collocato Calice in altari, accedit ad cornu epistole, Missale sup cussino aperit, reperit missam, & signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum Cruci reuerentia, descendit ad gradum infimus altaris pro missa inchoanda. In missa solenni calix, mistale, & alia necessaria

prepa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

preparantur, antequam sacerdos veniat ad altare. Ipse autem procedit cum ministris: & cum peruenerit ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, Subdiaconum a sinistris, antequam ascendat ad altare, facit cum ipsis (vt infra) Confessionem. In missa pontificali omnia seruentur vt in Pontificali, & Ceremoniali Romano ordinatur, cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam pretermittat quandocunque cum Diacono, & Subdiacono paratis celebrat.

De principio missę, & Confessione facienda.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsum altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerentia, erectus incipit missam. Si autem celebraturus sit coram summo Pontifice, fistit se in infimo gradu altaris a cornu euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, & stans versus altare incipit Missã. Si autem sit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentijs, vel loco iurisdictionis, stans in infimo gradu a cornu euangelij vt supra expectat, dato signo facit profundam reuerentiam prelato, & versus ad altare incipit Missam. Si autem solenniter celebrat coram summo Pontifice, aut alio ex prelatis predictis, stans a sinistris prelati, facit cum eo Confessionem, & alia seruat vt in Ceremoniali Romano, & in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris vt supra, producens manu dextera a fronte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen. Et postquam id dixerit, nõ debet aduertere quemcumque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continuate prosequi missam suam vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistram ponit infra pectus, in alijs benedictionibus cum est ad altare & seipsum non benedicit, ponit eam super altari. Seipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextrę, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, a fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis & extensis: quod in omni benedictione obseruatur. Postquam dixerit. In nomine patris &c. vt supra, iungit manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad altare dei. Minister retro post eum ad sinistram genuflexus, & in missa solenni ministri hinc inde stantes respondent. Ad Deum qui lętificat iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodem modo stans incipit, & prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum. Judica me deus, vsque ad finem, cui Gloria patri. Quo finito repetit Antiphonam. Introibo, cum ministris vt supra. Qui Psalmus nunquam pretermittitur, nisi in missis defunctorum, & in missis de tempore a Dominica Passionis inclusiue vsque ad sabbatum sanctum

sanctum exclusiue, in quibus semel tantum dicta ańa, Introibo, cũ ministris vt supra, sacerdos statim subiungit ℣. Adiutorium nostrum &c. vt infra. Cũ in fine Psalmi dicit Gloria patri &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona. Introibo dextera manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram. Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicit. Confiteor deo vt in ordinario. Et prosequitur eodẽ modo stãs capite inclinato, donec a ministro vel ministris dictum sit Misereatur. Cum incipitur a ministris. Confiteor caput erigit. Cum dicit, mea culpa ter pectus dextra manu percutit. Si est corã Pontifice, & Cardinali in loco sui Tituli seu Cardinalatus, & corã Legato sedis Apostolicę, Patriarcha, & Archiepiscopo, & Epo in eorũ Prouincia, Ciuitate, vel diœcesi constitutis, vbi dicit, Vobis fratres, dicat tibi pater. similiter in fine, vbi dicit Vos fratres dicant Te pater. quod dicens summo Pontifici genuflectit, alijs Prelatis profunde inclinat. Cũ ministri, & q intersunt (et si ibi fuerit summus Pontifex) rndent Confiteor dicunt tibi pater & te pater Facta a circunstantibus Cõfessione, celebrãs stãs rndet. Misereatur vestri. &c. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus signum Crucis, dicit: Indulgentiã, &c. Et stans capite inclinato, prosequitur, Deus tu conuersus, & quę sequunt in Ordinario, clara voce vsque ad orationem Aufer a nobis, &c. quam dicit secreto. Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Prelatis, vt supra, celebret, facta summo Pontifici genuflexione, alijs Prelatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris, & ibi dicit, Aufer a nobis &c. vt supra.

De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

Dicto, Aufer a nobis &c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium altaris, vbi stans capite inclinato, & iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabulę seu mensę altaris tangant, residuo manuum inter altare, & se retento, pollice dextro super sinistrum in modũ crucis posito (quod semper obseruatur cum manus iunctę super altare ponuntur) secreto dicit Oramus te domine &c. Quo dicto osculatur altare in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: quod in omni deosculatione altaris seruatur: sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiunguntur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, ideſt Epistolę, vbi stans versus altare, & producens a frõte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce, Introitus (Missę, & prosequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitũ nõ signat se vt prius, sed eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad mediũ altaris, vbi stãs versus illud filr manib⁹ iunctis, dicit fili voce ter, Kyrie eleison ter, Christe eleison. & iterum ter Kyrie eleison, alternatim cum ministris. Si minister vel q intersunt celebranti non respondeant, ipse solus nouies dicit. Dicto vltimo Kyrie eleison. sacerdos ibidem vt prius stans, & manus extendens, eleuansque, & iungẽs, voce prędicta incipit, si dicendus sit, Gloria in excelsis, cũ dicit, Deo

caput

caput cruci inclinat, quo erecto stans iunctis manibus vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cum dicit: Adoramus te Gratias agimus tibi: Jesu Christe: Suscipe deprecationem nostram, & iterum Jesu Christe, caput cruci inclinat. Cum dicit in fine, Cum sancto spiritu, seipsum a fronte ad pectus signat, interiz perficiens. In gloria Dei patriz. Amen. In missa solenni sacerdos facta Confessione ascendit cũ ministris ad altare, quo p eũ osculato, ponit incensuz in thuribulo, ministrante Diacono nauiculã, & thurifera rio thuribulum: Antequam ponat incensum, illud benedicit, dicens, Ab illo benedicaris &c. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, & dat celebranti osculata prius eius manu, qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde imagines & reliquias si adsint, postea candelabra, semel singulis thuribulum ducens, primũ a cornu epistolę candelabra, & illius postremã partem inferiorẽ, deinde superiorẽ, & ꝓcedens ante crucẽ, facta ei reuerentia incensat alia candelabra in cornu euangelij, & illius postremam partem altaris inferiorem, & superiorem, deinde totam anteriorem vsque ad extremum altaris in cornu epistolę, facta cruci reuerentia cum ante eam transit, & reddito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, prosequitur Introitũ & Kyrie eleison. Cum vero intonat hymnũ, Gloria in excelsis, Diaconus & Subdiaconus, vnus post aliũ, stant a tergo celebrantis, postea ascendunt ad altare, & hinc inde cum celebrãte hymnum submissa voce prosequuntur vsque ad finem.

¶ De Oratione.

Dicto hymno Gloria in excelsis, vel si non sit dicendus, eo omisso, celebrans osculatur altare in medio, manibus hinc inde super illo vt supra extensis, tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populum, & extendens ac iungens manus ante pectus, vt prius, dicit voce prędicta, Dñs vobiscum. Respõso. Et cum spiritu tuo, iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum, vbi extendens & iungens ante pectus manus, caputque cruci inclinans, dicit Oremus, tum extẽdit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram, & digitis simul iũctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamq; non excedat, quod in omni extensione manuum ante pectus seruatur. Stans autem vt supra extẽsis manibus, dicit Orationem. Cum dicit, Per dominum, nostrum, iungit manus. Si aliter concluditur Oratio, Qui tecum, vel Qui viuis cum dicit, in vnitate, iungit manus. cum nominatur nomen Jesus caput versus crucem inclinat. Cum in Oratione nominatur nomen beatę Marię, vel Sanctorum de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, item in Oratione pro Papa quando nominatur caput inclinat. Si plures orationes sunt dicendę, idem in eis in voce, extensione manuum, & capitis inclinatione, quod supra dictum est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populum, celebrant

brans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cũ dicturus est Dñs vobiscum, Orate fratres, Ite missa est. vel daturus bñdictionez, sed osculato altari in medio, ibi expãsis & iunctis manibus vt supra, salutat populũ.

¶ In quatuor tpibus, vel alias quando dicendę sunt plures Orationes cũ prophetijs, dicto Kyrie eleison in medio Altaris, reuertitur ad cornu epistolę, vbi stans ante librum extensis & iunctis ante pectus manibus, & caput cruci inclinans, dicit Oremus, Flectamus genua, & illico manibus super altare extensis, vt se ipsum ad altare sustineat, genuflectit, & fine mora surgens, eadẽ voce dr a ministro Leuate, & manibus extensis dicit orationez vt supra, & in cõclusione iũgit. Dũ aũt legit Prophetiã, manus tenet super librũ, vel altare positas. In missa solenni cum dr Dñs vobiscũ & Dio Diaconus & Subdiaconus stant retro post celebrantez, Flectamus genua dr adiacono, a Subdiacono vero, Leuate, illum primum genuflectente, hoc primum surgente.

¶ De epistola, Graduali, & alijs vsque ad offertorium.

Dictis Orationibus celebrans positis super librum, vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit Epistolã intelligibili voce. Si celebret solenniter, legat demissa voce cũ ministris, similiter Graduale & Euangelium. Lecta Epistola respõdetur a ministris, Deo gratias, & similiter stans vt prius, prosequitur Graduale, Alleluia, & Tractum & Sequentiam, si dicenda sint. Quibus dictis celebrans si priuatiz celebret, ipsemet seu minister portat librũ Missalis ad alterã partẽ altaris in cornu euangelij, & dũ transit ante mediũ altaris caput cruci inclinet, & Missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, & nõ ad parietem, siue ad partẽ eius contra se directam. Locato Missali in altari, celebrans redit ad medium altaris, & ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatisque ad Deum oculis, secrete dicit, Munda cor meum, & Dominus sit in corde meo & Jube domne, vt in ordinario. Quibus dictis vadit ad librum Missalis, vbi stans versus illuz iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dñs vobiscuz. &c. Et cũ spiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus signo crucis signat, primo librum super principio Euangelij, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, & ore, & pectore, dicens, Sequentia vel Initium, Sancti Euangelij &c. &. Gloria tibi Domine. Tum iunctis iterum vt prius manibus, stans vt supra, prosequitur Euangelium vsque ad finem. Quo finito ministri rñdent: Laus tibi Christe, & celebrans eleuans parum per librũ, osculatur euangelium, prętequam in missis Defunctorũ, in quibus non osculat, & nisi celebret corã summo Pontifice, aut Cardinali, vel corã Patriarcha, Archiepiscopo vel Episcopo in eoz residentijs, quo casu defertur cuilibet prędictoz osculandus liber, & ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto euangelio stãs in medio Altaris versus Crucem eleuans, & iungens manus, caputq; cruci inclinãs incipit (si dicendum sit) Credo, cuz dicit in vnũ Deuz, caput cruci inclinat, quo erecto stanz ibidẽ iunctis ante pectus manibus, vt prius, ꝓsequit vsq; ad finẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum dicit, Jesum Christum, caput cruci inclinat. Cum dicit, Et incarnatus est, vsque ad Homo factus est, inclusiue, genuflectit. Cum dicit, Et vitam venturi seculi. Amen. producit sibi manu dextra signum crucis a fronte ad pectus. In missa solenni Subdiaconus circa finem vltimę Orationis accipit ambabus manibus librum epistolarum deferens illum supra pectus, et facta Altari genuflexione in medio, vadit a parte epistolę contra altare, et legit epistolā, qua lecta redit ad celebrantem, osculatur eius manum, et ab eo benedicitur, propterea in missis Defunctorū. Deinde idem subdiaconus accipit Missale celebrantis, defert ad cornu euangelij in Altare, ibi ministrās celebranti, qui lecto euangelio, et per diaconum delato libro euangeliorum ad altare, imponit incensum in thuribulum. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum, genuflexus ante altare, accepto libro euangeliorum de altari, et benedictione a celebrante, osculataque illius manu vadit cum subdiacono a sinistris ad locum euangelij contra altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acolitos tenentes candelabra accensa, dicit Dominus vobiscum, iunctis manibus. Cuius dicit, Sequentia &c. signat frontes, os, pectus, et librum. Postea ter librum incensat, hoc est in medio, a dextris, et a sinistris, et prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu epistolę versus euangelium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi delatum, et a Diacono ter incēsatur. Postea stans in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendū sit) Symbolū, stantibus post eum Diacono et Subdiacono, deinde ad altare accedētib⁹, et cum eo prosequentibus, vt dictum est ad Gloria in excelsis. Si quis celebrans cantat missam sine Diacono et Subdiacono, Epistolam cantat alius lector suppelliceo indutus, q in fine non osculatur manū celebrātis. Euāgelium autem cantat ipse celebrans ad cornu Euangelij, qui et in fine misse cantat, Ite missa est vel Benedicamus domino. Pro temporis diuersitate.

¶ De Offertorio, et alijs vsque ad Canonem.

Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto euangelio, celebrans osculatur Altare in medio, et iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dextram vertit se ad populum, et extendens ac iungens manus dicit, Dominus vobiscum, et iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendēs et iungens manus, caputq; cruci inclinās, dicit Oremus tum iunctis vt prius manibus dicit Offertorium et oīa, quę vsque ad finē misse in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Sciēdū est aūt q in multis ecclesiis inter missarum solennia fit oblatio, et generalis confessio, et ideo vbi talis est consuetudo, dicto Offertorio si qui sint volentes offerre, celebrans accedit ad cornu Epistolę: vbi stās detecto capite, latere suo sinistro altari verso, deponit manipulū de brachio sinistro, et accipiens illud in manū dextrā porrigit sumenti tē eius singulis offerentibus osculandā, dicens singulis, Acceptabile sit tuum crucium tuū oipotēti Deo vel sic Cetuplū accipias et vitā eternā possideas.

Accepta

Accepta oium oblatione, celebrās reponit manipulus in brachiū sinistrum: et reuertitur ad medium altaris: et si vult prędicare, aut populum suū de malis operibus, et negligentijs, aut de obligatione quā hēt erga ecclesiā vel pauperes arguere, conuersus ad populū faciat. Postmodum facit generalem confessionē populo omnibus genuflexis in hęc verba. Signate vos signo sanctę crucis cum contritione peccatorum vestrorum, et dicatis sicut ego dixero.

Confiteor Deo omnipotenti, et Sanctę Marię semper virgini: sancto Michaeli Archangelo, sancto Joanni Baptistę, sanctis Apostolis Petro et Paulo, et omnibus sanctis Dei, et tibi pater, me grauiter peccasse loquendo, male operando, mentiendo, periurando, cogitando, delectatione peccati: videndo, audiendo, odorando, gustando, et tangendo: multa mala feci, quę facere non debuissem, et multa bona omisi, quę facere debuissem, propter negligentiam meam: multos etiam meis malis exemplis scandalizaui: et occasionem peccādi, tribui: et ad peccandum induri, De istis oibus, et qualibuscunq; peccatis, et transgressionibus meis, quę feci, commisi, vel omisi a die et hora quibus baptizatus fui vsq; ad hanc pntē horā, doleo et pęnitet me fecisse mala q̄ feci, vel omisisse bona q̄ facere potuissem: et dico meā culpas, et meam culpam, et meas grauissimā culpā: et pcor oipotentē Deū, q̄ p suam copiosissimā misericordiā indulgeat mihi oia peccata mea: et tu pater digneris me ab ipsis auctoritate Dei, et ecclesię qua fungeris, absoluere: et salutares pęnitentiam iniungere: et rogare Deum pro me misero peccatore.

¶ Questa e vna breue confessione volgare cauata da questa latina.

Pateui il segno della santa Croce con dolore et pentimento de vostri peccati: et dite come diro io: mi confesso all' omnipotente Dio, et alla gloriosa sempre Vergine Maria, et a san Michele Archangelo, a san Giouan Battista, a santi Apostoli Pietro, et Paulo, et a tutti i Santi, et Sante di Dio, et a voi Padre spirituale dell'anima mia, che io ho peccato grauemente, et spesse volte in mal dire, in mal operare, in mal pensare, ho fatto di molti mali, che io non doueua fare, et dati di molti mali esempi, et scandalizato il prossimo mio: et di tutti questi et molti altri peccati, dalliquali mi saria potuto guardare, et non mi son guardato, ne son dolente et pētito: et ne dico a Dio mia colpa et mia graue colpa, et pgo Dio, che p sua infinita pieta et misericordia mi perdoni: et voi Padre p l'auttorita, che vi e cōcessa, mi assoluiate, et pghiate la diuina bonta, che habbia misericordia di me misero peccatore. Tunc sacerdos eleuata manu dextra super populus dicat. Parcat vobis omnipotēs Deus. Quilibet vestrum in remissionem peccatorum suorum dicat vn Pater noster, et vna Aue Maria: pro vnione, pace, et concordia sanctę matris ecclesię, et pro salute totius populi Christiani q̄libet dicat vn Pater noster, et vna Aue Maria: et pro oibus fidelibus defunctis, quorū animę sunt in purgatorio, vn Pater noster, et vna Aue Maria. Misereatur vestri omnipotens Deus: et dimissis oibus peccatis vestris, perducat vos in vitam eternam. Amen. Indulgentiā, absolutionē, et remissionē

omniū peccatorū vestrorū,emendationē vitę ꝛ obseruantiam suorū pręce/ptorum, vitā sanctam ꝛ exitum beatū tribuat vobis opꝰ ꝛ misericors Deus. Amē. Et benedictio Dei omnipotētis pa ✠ tris,ꝛ fi ✠ lij,ꝛ spiritus ✠ san cti descendat super vos:ꝛ maneat semper. Amen. ¶ La indulgentia ꝛ per/donāza,che voi hauete acquistata per venire alla chiesa,ꝛ deuotamēte vdi/re la messa ꝛ il diuino officio,ꝛ ogni altra bona operatione, cosi come io ve l'annuncio in terra, Dio ve le presenti in cielo ne beni di vita eterna. Pax ꝛ benedictio Dei omnipotentis,pa ✠ tris,ꝛfi ✠ lij,ꝛ spūs ✠ sancti descen dat super vos,ꝛ maneat semper. Amen. Et conuersus ad altare faciat oblationem. Et si non sint qui offerant, vel si non sit facienda dicta confessio, dicto offert. discooperit calicem,ꝛ ad cornu epistolę sistit,ꝛ amota parua pal/la desuper hostiam,accipit patenā cū hostia,ꝛ ambabus manibus vsqꝫ ad pectus eā eleuatā tenens, oculis eleuatis ad Deū dicit. Suscipe sancte pater ꝛc. Si fuerint alię hostię non super patenaꝫ,sed super corporale, vel in alio vase pro Communione populi consecrandę,calicē illū seu vas dextra discoperit,ꝛ intentionē suam etiam ad illas offerendas,ꝛ consecrandas dirigens, dicit vt supra. Suscipe ꝛc. vt in ordinario. Quo dicto,faciens signum crucis cū dicta patena ponit hostiam super corporale circa mediū anterioris partis corporalis ante se,ꝛ patenam ad manum dextram aliquantulum subtus corporale. Si autem adsit vas,seu calix cum alijs hostijs cooperit patena ipsa: Deinde accipit calicem,purificatorio extergit,ꝛ accipiēs ampullam vini de manu ministri,ponit vinum in calicem, Deinde producit signum crucis super ampullam aquę,ꝛ dicit, Deus qui humanę substantię, imponens parū aquę in calice prosequitur, Da nobis per huius aquę, ꝛ vini mysterium. Si vero celebrat pro defunctis,non facit signum crucis super aquam,sed impo nit absque benedictione,dicens Orationem vt supra. Impossita aqua in ca/lice,ꝛ finita Oratione prędicta,accipit calicem discoopertum, ꝛ stans ante mediū altaris ipsuꝫ ambabus manibus eleuatū tenens, videlicet,cuꝫ finistra pedē,cū dextra autē nodū infra cuppā,intentis ad Deū oculis offert,dicens: Offerimus tibi domine, ꝛc. qua oratione dicta facit signum crucis cum calice super corporale,ꝛ ipsum in medio post hostiam collocat,ꝛ palla cooperit. Deinde iunctis manibus super altare positis,capite inclinato dicit secreto. In spiritu humilitatis ꝛc. Postea eleuans oculos,manusque expandens,ꝛ statim iungens ante pectus (quod semper facit quando aliquid est benedicturus) dicit. Veni sanctificator ꝛc. cum dicit,ꝛ benedic, signat manu dextra Communiter super hostiam ꝛ calicem. Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu epistolę, vbi stans ministro aquam fundente lauat manus, idest,extremitates digitorū pollicis ꝛ indicis dicēs Psalmū Lauabo inter innocentes Cum Gloria patri ꝛc. qui versus, Gloria patri, prętermittitur in missis defunctorum, ꝛ in missis a Dominica de Passione vsque ad sabbatum sanctum exclusiue. In missa solenni dicto Oremus. Diaconus ꝛ Subdiaconus accedunt ad Altare a cornu epistolę, Diaconus amouet

calicem detegit,dat patenam cum hostia celebranti. Subdiaconus extergit calicem purificatorio, Diaconus imponit vinum, Subdiaconus interiz ampullam aquę ostendens celebranti dicit Benedicite pater reuerende, qui facto versus eam signo crucis dicit orationem, Deus qui humanę ꝛc. interim Subdiaconus infundit paulum aquę in calicem, Diaconus illum celebranti dat,ꝛ pedem calicis tangens,seu brachium dextrum celebrantis sustentans cum eo dicit Offerimus tibi domine ꝛc. postea positum in altari vt supra palla cooperit:subdiacono deinde ponit in dextra manu patenam,quaz cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis,qui vadit post celebrantez ante medium Altaris,ꝛ ibi stat in loco conuenienti. Dicto, Veni sanctificator vt supra,celebrans ponit incensum in thuribulum,ministrante Diacono nauiculam,dicens: Per intercessionem ꝛc. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incensat oblata,ter ducens thuribulum super calicem, ꝛ hostiam in modum crucis, ꝛ ter circuz calicē ꝛ hostiā,scilicet bis a dextra ad sinistram, ꝛ semel a sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet incensatione hoc modo. In prima incēsatione, Incensus istud. In secunda, a te benedictum. In tertia, ascendat ad te domine. In quarta, ꝛ descendat super nos. In quinta ꝛ sexta, misericordia tua. Deinde incensat Altare dicens, Dirigatur domine oratio mea ꝛc. vt in ordinario. Et incensatur ipse, vt supra. Postea Diaconus incensat Chorum, ꝛ postremo Subdiaconum tenentem patenam, ꝛ ipse Diaconus incensatur a thuriferario, ꝛ thuriferarius postea incensat populum. Celebrans lotis manibus eas tergit, ꝛ illis ante pectus iunctis reuertitur ad medium altaris, vbi stans,oculosque ad Deum eleuans,ꝛ statim demittens,manibus iunctis super Altare,capiteque inclinato dicit secrete. Suscipe sancta Trinitas ꝛc. Quo dicto manibus hinc inde extensis,ꝛ super altare positis,osculatur altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus,demissisque oculis ad terram, a sinistra manu ad dextram vertit se ad populum, ꝛ versus eum extendens ꝛ iungens manus,dicit voce aliquantulum eleuata. Orate fratres, ꝛ secrete prosequens, vt meum ac vestrum sacrificium ꝛc. perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium altaris. Et respondeo a ministris, vel circunstantibus, Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis ꝛc. alioquin per se ipsum,dicens Sacrificium de manibus meis ipse celebrans manibus ante pectus extensis,vt fit ad Orationem,stans in medio altaris versus librum, dicit absolute sine alia interpositione Orationē vel Orationes secretas: cum dicit Per dominum, iungit manus:cum dicit Jesum Christum, caput inclinat,quod facit in prima oratione,ꝛ in vltima,si plures sint dicendę. Peracto aūt in conclusione vltimę secretę ad verba illa, Per omnia secula seculorum, exclusiue:celebrans stans in medio altaris depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti ꝛ intelligibili voce, Prefationem: Cum dicit, Sursum corda eleuat manus hinc inde extensas vsque ad pectus. Cum dicit Gratias agamus domino,

iungit manus: cum dicit Deo nostro crucī caput inclinat. ℟. Dignum ⁊ iustum est, eleuatis ⁊ extensis vt prius manibus, prosequitur Prefationem propriam, vel communem, vt tempus requirit. Cum dicit Sanctus iunctis ante pectus manibus, ⁊ inclinatus voce mediocri prosequitur. Cum dicit Benedictus qui venit in nomine Domini ⁊c. signum crucis sibi producit a fronte ad pectus. In missa solenni cum dicitur Prefatio Diaconus ⁊ Subdiaconus stant retro post celebrantē, ⁊ paulo ante q̄ dicatur Sanctus, accedūt ad altare, vbi cū celebrāte hinc inde dicūt Sctus ⁊ q̄ sequūt vsq; ad Canonem Deinde Diaconus accedit ad sinistrā celebrantis, ei assistens dū dicit Canō, nisi alius sacerdos assistat: Subdiaconus vero tūc stat post celebrātē.

De Canone Misse, vsque ad Consecrationem.

Finita prefatione, vt supra celebrans manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deū ⁊ sine mora demissis, profunde inclinatus incipit Canonem secrete dicens Te igitur ⁊c. vt in ordinario. Cū dicit vti accepta habeas, ⁊ benedicas prius osculatur ante se altare: erigit se, ⁊ stat iunctis manibus ante pectus. Cū dicit Hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia: dextra manu ter signat communiter super hostiam, ⁊ calicem. Deinde extensis manibus ante pectus prosequitur. In primis, que tibi offerimus ⁊c. Vbi dicit vnā cum famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Papę, sede autem vacante verba predicta omittuntur: vbi dicitur, ⁊ Antistite nostro N. specificatur nomen Patriarchę, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij in ꝓpria Diecesi, qui si est vita functus, predicta verba omittuntur. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha omissis predictis verbis, eorum loco dicit. Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrās est Papa, omissis verbis, vna cū famulo tuo Papa nostro N. ⁊ Antistite nostro N. dicit, vna cu me indigno famulo tuo, quez gregi tuo prefesse voluisti. Et cōtinuāt oēs vt sequit. Et omnibus ortodoxis ⁊c. Cum dicit Memento dñe, eleuans ⁊ iungens manus vsque ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in gete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorum Christi fidelium ad suam voluntatem, quorum nomina si vult secrete commemoret, non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantum eorum memoriam habeat. Potest etiam celebrans si pro pluribus orare intendit, ne circunstantibus fit morosus, ante missam in animo proponere sibi omnes illos, tam viuos quam defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit: ⁊ hoc loco generaliter vnico contextu ipsorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa. Commemoratione viuorum facta, demissis ⁊ extensis vt prius manibus, continuat. Et omnium circunstātiū ⁊c. Similiter stans prosequitur, Communicantes Cuz dicit Jesu Christi, caput cruci inclinat, in conclusione quando dicit Per eundem iungit manus, cuz dicit Hanc igitur oblationem, extendit manus super oblata, ita vt palmę

palmę sint apertę versus ac supra calicem, ⁊ hostiam, quas sic tenet vsque ad illa verba. Per Christum dominum nostrum tunc enim iungit manus, ⁊ sic prosequitur, Quam oblationem tu Deus in omnibus quesumus ⁊ cuz dicit, benedictam, ascriptam, ratam communiter signat ter super hostiam, ⁊ calicē simul. Deinde cū dicit, vt nobis corpus separatim signat semel sup hostiam tantum, ⁊ cum dicit, ⁊ sanguis semel super calicem tantum, deinde eleuans, ⁊ iungens manus ante pectus, prosequitur, fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Jesu Christi: inclinans caput cruci, si opus fuerit extergit pollices, ⁊ indices super corporali, ⁊ dicit secrete vt prius. Qui pridie quam pateretur ⁊ accipiens pollice, ⁊ indice sinistrę manus hostiam, ⁊ eam cum illis, ac indice ⁊ pollice sinistrę manus tenens stans erectus ante mediū altaris, dicit Accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas: eleuansque ad celum oculos, ⁊ statim demittens dicit, ⁊ eleuatis oculis in celum ad te Deum patrem suum omnipotentem, caputque aliquantulum inclinans dicit tibi gratias agens ⁊ tenens hostiam inter pollicem, ⁊ indicem sinistrę manus dextra producit signum crucis super eā dicens benedixit, fregit, deditq; Discipulis suis dicens. Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes Si adsit vas cum alijs hostijs consecrandis, discooperit manu dextra calicem, seu vas aliarum hostiarum, ⁊ cubitis super Altare positis, stans capite inclinato, distincte, reuerenter, ⁊ secrete profert verba consecrationis super hostiam, ⁊ simul super omnes, si plures sint consecrandę, ⁊ hostiam suam pollicibus, ⁊ indicibus tantum tenens, attente, deuote, ⁊ continuate profert verba consecrationis. Hoc est enim corpus meum: Quibus prolatis celebrans tenens hostiam inter pollices, ⁊ indices predictos super altare, reliquis manuum digitis extensis ⁊ simul iunctis (hostijs si plures sint consecratę, in loco in quo a principio missę sunt positę super corporali, vel alio vase vel calice dimissis) genuflexus eam adorat. Tunc se erigens, quantum cōmode potest eleuat in altum hostiā, ⁊ intentis in eam oculis (quod ⁊ in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam, ⁊ mox ipsaz reuerenter super corporale reponit in eodē loco vnde eā leuauit, ⁊ deinceps pollices ⁊ indices non disiungit, nisi quando hostiaz consecrataz tangere vel tractare debet, vsque ad ablutionem digitorum post cōionem. Reposita hostia consecrata super corporali genuflexus vsque ad terram hostiam ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum patena cooperit. Interim duz celebrās eleuat hostiam, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planetę, ne ipsum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum, quod ⁊ facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato sacramento surgit, ⁊ discooperit calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat cuz aliquod fragmētum digitis adhęreat, ⁊ stans erectus dicit: Simili modo postq̄ cenatū est, ⁊ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumque eleuans, ⁊ statim deponens dicit accipiens ⁊ hunc preclarum calicem ⁊c. cum dicit benedixit, sinistra calicem infra cuppam tenens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dextra signat super eum, ꝛ prosequens deditque discipulis suis ꝛc. ambabus manibus tenens calicē, videlicet sinistra pedē, dextra nodū infra cuppam, cubitis super altare positis, ꝛ capite inclinato, profert secrete, ꝛ deuote vt supra verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix ꝛc. Quibus dictis reponit calicem super corporale, ꝛ genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tūc se erigit, ꝛ accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum, ꝛ erectum quantum commode potest ostendit populo adorandum, dicens, Hęc quotiescunque feceritis ꝛc. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum pristinum, ꝛ manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacramentum veneratur. In Missa solenni cum dicit Quam oblationem ꝛc. Diaconus accedit ad dexteram celebrantis, ꝛ ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cū sacramentū eleuatur fimbrias planetę eleuat, ꝛ quādo opus est se erigens, calicē cooperit, ꝛ discooperit, ꝛ cū celebrāte genuflectit. Reposito calice Diaconus redit ad librū, nisi alius assistat.

¶ De Canone post Consecrationem vsque ad Orationem Dominicā.

REposito calice, ꝛ adorato, celebrans stans ante altare, extensis manibus ante pectus dicit secreto, Unde ꝛ memores ꝛc. iungit manus ante pectus, ꝛ cū dicit Hostiā purā ꝛc. manu dextra signat ter cōiter super hostias ꝛ calicē, ꝛ semel sup hostiā tantū, ꝛ semel sup calicē tantum dicens, panē sanctū vitę ęternę, ꝛ calicē salutis perpetuę deinde stans vt prius, extēsis manibus, psequitur, supra q̄ propitio ꝛc. Cum dicit Supplices te rogamus ꝛc. inclinat se ante mediū altaris, manibus iunctis super illo positis, cū dicit ex hac altaris participatione osculatur altare, cū dicit, sacrosanctū filij tui iūgit manus, ꝛ dextra signat semel super hostiam tantū, ꝛ semel super calicem dicens, Corpus ꝛ sanguinem sumpserimus, ꝛ cum dicit, omni benedictione cęlesti seipsum signat a fronte ad pectus signo crucis, cum dicit, Per eundem. Jungit manus. Cum dicit, Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos prœcesserunt ꝛc. statim extensis ꝛ iunctis manibus ante pectus, vel vsque ad faciem eleuatis, ꝛ intentis oculis ad sacramentum super altare, facit commemorationem fidelium Defunctorum, de quibus sibi videtur eodem modo, vt dictum est de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta stans vt prius extensis manibus prosequitur, Ipsis Domine, ꝛ omnibus in Christo ꝛc. ꝛ in fine ad Per eundem, caput inclinat. Cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantulum eleuat, ꝛ dextra manu pectus sibi percutit, ꝛ prosequitur „ famulis tuis ꝛc. stans vt prius: cum dicit, Per Christum Dominum nostrum, per quem hęc omnia Domine semper bona creas iungit manus ante pectus. Deinde manu dextra ter signans communiter super hostiam ꝛ calicem dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis, ꝛ prœstas nobis. Postea discooperit manu dextra calicem, ꝛ genuflexus reuerentiam facit sacramento, tum se erigit ꝛ reuerenter accipit hostiam inter pollicem ꝛ indicem dextrę manus, ꝛ cum ea super calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam,

pā, signat ter a labio ad labiū, dicens, Per ipsum, ꝛ cū ipso, ꝛ in ipso. Et cum hostia bis inter se, ꝛ calicem a labio calicis incipiens signat dicens, est tibi Deo patri omnipotenti, in vnitate Spiritus sancti omnis honor ꝛ gloria. Deinde tenens manu dextra hostiam super calicem, sinistra calicem, elèuat eam aliquantulum simul cum calice dicens: Omnis honor ꝛ gloria ꝛ statim vtrumque deponens hostiam collocat super corporale, ꝛ digitos si fragmentum aliquod illis adhęreat, extergit in calice (quod semper si opus sit faciat cum hostiam sacram tetigit,) ac pollices ꝛ indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, ꝛ genuflexus vsque ad terram sacramentum veneratur. In missa solenni cum celebrans dicit, Per quem hęc omnia ꝛc. Diaconus facta sacramento genuflexione accedit ad dextram celebrantis, ꝛ quando opus est discooperit calicem, ꝛ cum celebrante adorat: similiter cooperit, ꝛ iterum genuflectit. Postea vadit retro post celebrantem, vbi stat dum dicitur oratio Dominica.

¶ De Oratione Dominica, ꝛ aliis vsque ad factam Communionem.

CElebrans cooperto adoratoque calice erigit se, ꝛ more solito manibus extensis hinc inde super altare positis, dicit intelligibili voce, Per omnia secula seculorum ꝛc. Cum dicit, Oremus, iungit manus caput sacramento inclinans. Cum incipit, Pater noster, extendit manus, ꝛ stans oculis ad sacramentum intentis prosequitur vsque ad finem. Responso a ministro, Sed libera nos a malo, ꝛ a celebrante, Amen, manu dextra, pollice ꝛ indice non disiunctis, patenam accipit inter indicem ꝛ medium digitos, quam tenens super altare erectam dicit secrete, Libera nos quęsumus ꝛc. In missa solenni cum in oratione Dominica dicitur, ꝛ dimitte nobis debita nostra, Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadit ad dextram celebrantis, ꝛ subdiaconus circa finem orationis Dominicę, reuertitur ad altare, ꝛ offert patenam Diacono, qui eam discooperit, ꝛ dat celebranti osculans eius manum, discooperitque, ꝛ cooperit calicem quando opus est simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat, Da propitius pacem in diebus nostris, eleuat manu dextra patenam de altari, ꝛ seipsum cum ea signat a fronte ad pectus, ꝛ dicens, Da propitius pacem in diebus nostris patenam ipsam osculatur, ꝛ prosequens, vt ope misericordię tuę. ꝛc. submittit patenam hostię, quaꝫ indice sinistro accommodat super patenam, discooperit calicem, genuflexus in terra sacramētum adorat, tum se erigens accipit hostiam inter pollicem, ꝛ indicem dextrę manus, ꝛ cum illis, ac pollice ꝛ indice sinistrę manus eam super calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, Per eundem dñm nostrum Jesum Christum filium tuum, mediam partem quaꝫ inter pollicem, ꝛ indicem dextrę manus tenet, ponit super patenam: de alia media quam sinistra manu tenet frangit cum pollice, ꝛ indice dextrę manus particulam prosequens, Qui tecum viuit ꝛc, quam inter ipsos dextrę manus pollicem, ꝛ indicem retinens, partem maiorem quam sinistra tenet adiungit

mediꝫ ſuper patenam poſitꝫ interim dicens, in vnitate Spiritus Sancti Deus. Et particulam hoſtiꝫ quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper calicem, quem ſiniſtra per nodum infra cuppam retinet, ⁊ intelligibili voce dicit. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ⁊ cum ipſa particula ſignans ter a labio ad labium calicis dicit. Pax Domini ſit ſemper vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. particulam quam dextra manu tenet, ponit in ſanguinem dicens ſecrete, Hec commiſtio, ⁊ conſecratio corporis ⁊c. Deinde pollices, ⁊ indices ſuper calicem aliquantulum tergit, ⁊ iungit, calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus ſacramentum adorat, ſurgit, ⁊ ſtans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato verſus ſacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ⁊ dextra percutiens ſibi pectus dicit miſerere nobis quod ⁊ tertio facit, cum dicit dona nobis pacem. Tunc manibus iunctis ſuper altare poſitis, capite inclinato oculiſque ad ſacramentum intentis dicit ſecreto. Domine Jeſu Chriſte ⁊c. Qua oratione finita, ſi eſt daturus pacem, oſculatur altare in medio, ⁊ ei ſtatim inſtrumentum pacis porrigatur a miniſtro iuxta ipſum ad dextram, hoc eſt in cornu epiſtolꝫ genuflexo, ⁊ dicit. Pax tecum. Si non adſit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam ſi illius datio miſſꝫ conueniat: nec oſculatur altare, ſed dicta premiſſa oratione ſtatim ſubiungit alias orationes vt in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei quia dicit, dona eis requiem, nec dicit primam orationem Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis ⁊c. non dat pacem, ſed dicit alias ſequentes Orationes. Domine Jeſu Chriſte fili Dei viui ⁊ per ceptio corporis tui. Quibus Orationibus dictis, genuflectens ſacramentum adorat, ⁊ ſe erigens dicit ſecrete, Panem celeſtem accipiam. Quo dicto dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hoſtiꝫ, ⁊ collocat inter pollicem, ⁊ indicem ſiniſtrꝫ manus, quibus patenam inter eundem indicem ⁊ medium digitos ſupponit, ⁊ eadem manu ſiniſtra tenens partes huiuſmodi ſuper patenam dextra tribus vicibus percutit pectus ſuum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum elevata. Domine non ſum dignus ⁊ ſecrete proſequitur, vt intres ⁊c. Quibus tertio dictis extrꝫ manus, ⁊ cum illa ſupra patenam ſignat ſeipſum ſigno crucis, dicens. Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam eternam. Amen. Deinde reuerenter eaſdem ambas partes ſumit, quibus ſumptis deponit patenam ſuper corporale, ⁊ erigens ſe iunctis indicibus, ⁊ pollicibus, ambas quoque manus ante faciē iungit, ⁊ aliquantulum quieſcit in meditatione ſanctiſſimi Sacramenti. Deinde depoſitis manibus dicit ſecreto Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. ⁊ diſcooperto calice accipit patenam, ⁊ eam diligenter cum pollice ⁊ indice dextrꝫ manus ſuper calicem extergit, ⁊ ipſos digitos ne quid fragmentorum in eis remaneat. Si vero adſint hoſtiꝫ conſecratꝫ ſuper corporale poſitꝫ pro alio

lio tempore conſeruandꝫ, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum, ⁊ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantuncunque minimum, remaneat ſuper corporale, quod ſi fuerit, acurate reponit in calicem, poſt exterſionem patenꝫ iunctis pollicibus, ⁊ indicibus iterum genuflectit ſacramēto, ſurgit, ⁊ calicem dextra manu infra nodum cuppꝫ accipit dicens Calicem ſalutaris, ⁊c. ⁊ ſignans ſe ſigno Crucis cum calice dicit Sanguis Domini noſtri ⁊c. ⁊ manu ſiniſtra ſupponēs patenā calici, ſtans reuerenter ſumit totum ſanguinem cum particula in calice poſita. Quibus ſumptis dicit ſecrete, Quod ore ſumpſimus ⁊c. poſtea ſuper altare porrigit calicem miniſtro, ad cornu Epiſtolꝫ, quo vinum fundente, ſe purificat, deinde abluit pollices ⁊ indices ſuper calicem, quos abſtergit purificatorio interim dicens. Corpus tuum domine quod ſumpſi ⁊c. ablutionem ſumit ⁊ extergit deinde os, ⁊ calicem purificatorio, quo facto purificatorium extendit ſuper calicem, ⁊ deſuper patenam, ac ſuper patena paruam pallam, ⁊ cooperit velo, plicat corporale, ⁊ reponit in burſam, quam ponit ſuper calicem, ⁊ collocat ſuper altare, vt prius.

¶ Si qui ſunt cōmunicandi in miſſa, eos communicet antequā ſumat purificationē, ⁊ antequā digitos abluat. Quibus cōmunicatis dicit, Quod ore ſumpſimus dñe ⁊c. ⁊ deinde ſe ⁊ eos, q cōmunicarūt purificans dicit. Corp⁹ tuū dñe, quod ſumpſi, ⁊ alia facit vt ſupra. In miſſa ſolenni diaconus ſtans retro poſt celebrātē, cū in oratione Dñica dicitur, Et dimitte nobis debita noſtra facta ibidē genuflexione altari vadit ad dextrā celebrātis, ⁊ patenaꝫ purificatorio abſtergens dat celebranti illius manū oſculando, ⁊ quando opus eſt, diſcooperit, ⁊ cooperit, ⁊ cuꝫ celebrāte adorat calicē. Cū dicit, Pax dñi ⁊c. ſubdiaconus retro poſt celebrantē facta altari genuflexione, vadit ad ſiniſtrā celebrantis, ⁊ ſimul dicunt, Agnus Dei: Deinde facta ibidē ſacramento genuflexione redit poſt celebrantē. Diaconus vero a dextris genuflexus expectat pacē, ⁊ cū celebrās oſculatur altare, ipſe ſe erigēs ſimul oſculatur altare, ⁊ a celebrāte cōplexus accipit pacē, reſpondens ei, Et cū ſpiritu tuo. Poſtea iterū ſacramēto in altari adorato, vertit ſe ad ſubdiaconū retro poſt celebrātē, qui ſimiliter a Diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolytho vadit ad Chorū, ⁊ dat ſimiliter pacē primo cuiuſqꝫ ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, ⁊ reuerſus ad Altare dat pacē acolytho, q ipſuꝫ comitauerat, q ⁊ alijs acolythis circa Altare dat pacem, deinde vadit ad dextrā celebrātis, ⁊ qñ opus eſt diſcooperit calicem, accipit ampullam vini, ⁊ infundit quando celebrans vult purificare.

¶ De communione, ⁊ Orationibus poſt communionem dicendis.

Celebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber Miſſalis defertur per miniſtrum ad cornu Epiſtolꝫ, ⁊ collocatur, vt in Introitu. In miſſa ſolēni Diaconuꝫ defert librū Miſſalis ad cornu Epiſtolꝫ, poſtea vadit retro poſt celebrātē, Subdiaconuꝫ vero vadit ad cornu Euāgelij, vbi calicē mūdat, aptat cū purificatorio, plicat corporalia, reponit in burſam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bursam, ꝛ illam ponit super calicem coopertum velo, quem collocat in altari vel super credentia, vt prius, postea redit ad locum suum retro post Diaconum. Dis expeditis celebrans stans legit Antiphonam, quę dicitur Communio, qua lecta iunctis manibus ante pectus vadit ad medium altaris, ꝛ eo osculato, vertit se ad populum, ꝛ dicit, Dominus vobiscum, redit ad librum, dicit orationes Post communionem eisdem modo, numero, ꝛ ordine vt supra dictę sunt Collectę. Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertitur ad medium altaris, ꝛ eo osculato vertit se ad populum, ꝛ dicit vt supra, Dominus vobiscum. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est Quo dicto per eandē viaꝫ reuertitur ad altare. Si vero non fit dicendum, dicto Dominus vobiscum, reuertitur eodem modo ꝓ eandē viā ad mediū altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicit Benedicamus dño. In missis aūt defunctorum eodem modo stās dicit, Requiescāt in pace. In missa solēni hęc oia eodē modo stans dicit diaconus, ꝛ cū dicit, Ite missa est, celebrās quoqꝫ stat versus populuꝫ. In Quadragesima aūt a feria Quarta Cinerum vsqꝫ ad feriā Quartam maioris Hebdomadę, in feriali officio postq̄ celebrās dixit orationes post cōiones cum suis solitis conclusionibus, anteq̄ dicat Dns vobiscū. stans in eodem loco ante librū dicit: Oremus. Humiliate capita vestra Deo, ꝛ extēsis manibus subiūgit eadē voce oꝛonē sup populū ibidē positā: qua finita osculat altare, ꝛ vertens se ad populum dicit Dns vobiscum ꝛ alia vt supra. In missa solenni dicto per celebrantem Oremus, Diaconus vertens se ad populū iunctis manibus dicit vt supra, Humiliate, ꝛc. quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrantis, ꝛ celebrans dicit orationem.

¶ De Benedictione in fine missę, ꝛ Euangelio Sancti Iohannis.

DIcto Ite missa est vel Benedicamus Dño vt supra, Celebrās ante mediū altaris stans iunctis manibus super altare, ꝛ capite inclinato, dicit secrete, Placeat tibi sancta Trinitas, ꝛc. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsuꝫ in medio osculat, tū erigēs se adhuc stās versus illud, extēdit, eleuat, ꝛ iūgit manuꝫ, caputqꝫ cruci inclinās, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens Deus, ꝛ iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisqꝫ digitis semel bñdicit populo, dicēs: Pater, ꝛ Filius, ꝛ Spiritus sanctus, ꝛ circuluꝫ ꝓficiens reuertitur ad cornu Euangelij, vbi dicto Dns vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo, pollice dextro signās primum signo crucis altare seu librū, deinde frontē, os, ꝛ pectus, dicit, Initium sancti euangelij ꝟm Iohannem, vel Sequentia sancti euangelij, vt dictū est in rubricis gñalibus, ꝛ ℟. Gloria tibi domine, iunctis manibus legit euangeliū. In principio. vel aliud vt ꝙuenit.

IN principio erat verbum: ꝛ verbum erat apud Deuꝫ: ꝛ Deus erat verbū. Hoc erat in principio apud Deū. Oia ꝓ ipsum facta sunt: ꝛ sine ipso factū est nihil, quod factū est. In ipso vita erat: ꝛ vita erat lux hominum, ꝛ lux in tenebris lucet: ꝛ tenebrę eam non comprehenderunt. Fuit homo missus

missus a Deo cui nomē erat Iohānes. Hic venit in testimoniū, vt testimoniū perhiberet de lumine, vt oēs crederēt per illū. Nō erat ille lux, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera, q̄ illuminat oēm hoiez veniē tē in hunc mūdū. In mūdo erat, ꝛ mūdus per ipsuꝫ factus est, ꝛ mūdus eū nō cognouit. In propria venit, ꝛ sui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatē filios Dei fieri, bis qui credūt in noīe eius. Qui nō ex sanguinibus, neq̄ ex volūtate carnis, neq̄ ex volūtate viri, sed ex Deo nati sunt. Genuflexus dicit voce prędicta, Et verbū caro factū est. Surgit: ꝛ stās vt prius, perficit euāgeliū eadē voce. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti a patre, plenū gratię, ꝛ veritatis. Si celebrās in Altari vertit faciē versus populū, nō vertit se, sed stans vt erat, benedicit populū vt supra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu euāgelij, ꝛ dicit euangeliū sancti Iohannis. Si celebrauit coraꝫ summo Pōtifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicę, Patriarca, Archiepo ꝛ Epo ī prouincia, ciuitate, vel diœcesi sua existente, celebrans dicto Placeat tibi sancta Trinitas ꝛc. dicit, Benedicat vos omnipotens Deus. ꝛ cōuertens se ad summuꝫ Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatū, vel Prelatū suum, capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens prosequitur, Pater, ꝛ Filius ꝛ Spiritus sanctus, benedicēs astantes a parte, vbi non adest Pōtifex, Cardinalis, Legatus, aut Prelatus prędicti. Si autem celebrauit coraꝫ Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum titulum, ecclesiam, prouinciam, ciuitatem vel dioecesim cōstitutis, eis absque alio respectu, vt ceteris qui intersunt more consueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi sancta Trinitas. vt supra, accedit ad cornu euangelij, ꝛ dicit euangeliū sancti Iohannis, prętermissa benedictione, quę in missis defunctorum, non datur. Finito euāgelio in fine missę, si celebrauit coraꝫ summo Pōtifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, in eorum residētijs, ecclesia, vel loco Iurisdictionis eorum, cōuertit se ad illuꝫ coraꝫ quo ex prędictis celebrauit, ꝛ facit reuerentiā conueniētē. Si non celebrauit coraꝫ aliquo prędictorū, huiusmodi reuerentiam prętermittit. Quibus omnibus absolutis, extinguuntur per ministrū candelę: interim sacerdos cooperto capite accipit sinistra calicē, dextrā ponēs super bursaꝫ ne cadat, descēdit ad infimū gradū altaris, ꝛ ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat, ꝛ facta reuerētia, prędecēte ministro, eo modo quo venerat redit ad sacristiā, interiꝫ dicēs Antiphonā, Triū puerorꝫ, ꝛ cāticū, Benedicite: Si vero fit dimissurus huiusmodi vestes ante altare, vbi celebrauit, finito euangelio prędicto ibidē deponit vestes, ꝛ dicit Antiphonā prędictā, Triū puerorum cum cātico, ꝛ alijs orationibus vt suo loco ponūtur. In missa solenni omnia facit, vt supra, hoc excepto, quod ter populo benedicit, primo a cornu epistolę dicēs Pater secūdo ante medium altaris dicens ꝛ Filius, tertio a cornu euangelij dicens Spiritus sanctus ꝛ dicto euāgelio secundū Iohannem, vel alio vt supra, celebrās discedit cū ministris ordine quo venerat.

Gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Gratiarum actio post Missam, ex Missali Romano restituto ex decreto sacrosancti Concilij Tridentini. Cap. 13.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Quę Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: benedicite cęli domino. Benedicite aquę omnes, quę super cęlos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite sol ꝛ luna domino: benedicite stellę cęli domino. Benedicite imber ꝛ ros domino: benedicite omnis spiritus Dei domino. Benedicite ignis ꝛ ęstus domino: benedicite frigus ꝛ ęstas domino. Benedicite rores ꝛ pruina domino: benedicite gelu ꝛ frigus domino. Benedicite glacies ꝛ niues domino: benedicite noctes ꝛ dies domino. Benedicite lux ꝛ tenebrę domino:: benedicite fulgura ꝛ nubes domino.
Benedicat terra dominum: laudet ꝛ superexaltet eum in secula.
Benedicite montes ꝛ colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino. Benedicite fontes domino: benedicite maria ꝛ flumina domino. Benedicite, ꝛ omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli domino. Benedicite omnes bestię ꝛ pecora domino: benedicite filij hominum domino. Benedicat Israel dominum: laudet ꝛ superexaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino. Benedicite spiritus ꝛ animę iustorum domino: benedicite sancti ꝛ humiles corde domino. Benedicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem ꝛ filium cum sancto spiritu: laudemus ꝛ superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento cęli: ꝛ laudabilis ꝛ glorioſus ꝛ superexaltatus in secula.

Psalmus.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio ꝛ cithara. Laudate eum in tympano ꝛ choro: laudate eum in chordis ꝛ organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ semper ꝛ in secula seculorum. ℟. Amen.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Confiteantur

tur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabũt sancti in gloria. ℟. Lętabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobis domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quęsumus domine, aspirando pręueni, ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, ꝛ operatio a te semper incipiat, ꝛ per te cępta finiatur.

Da nobis, quęsumus domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ De His, quę omittuntur in missa pro Defunctis. Cap. 14.

In missa pro defunctis ante confessionem non dicitur psalmus, Judica me Deus. Sed pronunciata antipbona, Introibo ad altare Dei ꝛ responso a ministris, ad Deum qui lętificat ꝛc. dicitur ℣. Adiutoriũ nostrum ꝛ Cõfitẽor cũ reliquis vt supra. In missa solenni post confessionẽ nõ incensatur altare. Cum celebrans ad altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextra extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria patri sed post psalmũ repetitur, Requiẽ eternã nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Jube domne benedicere, nec Dñs sit in corde meo, nec osculatur librum, in fine. In missa solenni subdiaconus finita Epistola non osculatur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionẽ, nec osculatur celebrantis manũ, nõ tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum acolythi sine candelabris tenent medium subdiaconum, tenentem librum euangeliorũ. Non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber euangeliorũ osculandus. Item in missa defunctorum non dr Credo, non benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur Deus qui humanę substanę ꝛc. In missa solenni oblata ꝛ altare incensantur vt supra, incensatur solus celebrãs, ꝛ nõ incensantur alij. Cũ lauat manus, nõ dicitur Gloria patri in psalmo Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem, sed tẽpore eleuationis sacramenti incensat sacramentum. Ad Agnus Dei non dicit miserere nobis; cuius loco dicitur dona eis requiẽ, nec tertio, dona nobis pacẽ, cuius loco dicitur dona eis requiẽ sempiternã. non dicitur prima oratio ante communionẽ, scilicet, Dñe Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis, ꝛc. nec datur pax. In fine non dicitur Ite missa est, nec benedicamus dño, Sed Requiescant in pace Et non datur benedictio sed dicto placeat, dicitur vt supra, In principio erat verbum ꝛc. Alia omnia, vt in alijs missis.

¶ Finita

¶ Finita missa,si faciend a est absolutio, celebrans retrahit se ad cornu epistolę,exuitur casula,accipit pluuiale nigrum:subdiaconus medius inter duos acolythos deferentes candelabra accensa,defert crucem,precedentibus duobus alijs acolythis, vno cum thuribulo & nauicula,alio cum aqua benedicta & aspersorio,sequitur celebrans & Diaconus a sinistris. Subdiaconus cum cruce fistit se,in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos acolythos deferentes luminaria:celebrans vero ex a ia parte versus altare:a sinistris Diaconus,& alij duo acolythi deferentes vas aquę benedictę,& thuribulum. Interiz cantatur. Respõsor. Cũ dr. Kyrieeleison, celebrans ponit incensum in thuribulum ministrante Diacono nauiculam, dicto Pater noster, accipit aspersorium de manu Diaconi,& facta altari reuerentia,comitante diacono a dextris & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aspergit circuiens locum paratum,cum transit ante crucem profunde inclinat, diaconus vero genuflectit,& rediens ad pristinum locum,de manu eiusdem diaconi accipit thuribulum,& eodem modo,quo asperserat, incensat. Postremo Diacono tenente librum orat iunctis manibus dicens, Et ne nos, & versus A porta inferi, cum alijs,& Orationem,Absolue quęsumus domine &c. vt in Ordinario,& post eam dicens. Requiem eternam &c.facit crucez manu dextra super locum paratum,& dicto per Cantores Requiescant in pace, precedente Cruce redit cum alijs ad sacristiam.

¶ De his quę clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa. Cap. 15.

IN missa priuata clara voce dicũtur Antipbona. ac Psalmus Ad Introitum, Confessio,& quę sequũtur,excepta oratione. Auera nobis & Oramus te domine per merita sanctorum tuorum &c. Item. Introitus,Kyrie eleison,Gloria in excelsis,Epistola,Graduale,Euangelium,Credo Offertorium,Prefatio,Nobis quoque peccatoribus solũ hęc tria verba. Itẽ Per omnia secula &c.cum Pater nr̃, Pax dñi, Agnus dei, Dñe non sum dignus, Communio, Postcommunionem, Ite missa est, vel Benedicamꝰ domino, vel Requiescant euangelium, In principio Alia omnia dicuntur secrete. In missa solenni clara voce a celebrante dicuntur quãdo intonatur. Gloria in excelsis, & Credo Dominus vobiscum, Oremus, Oratio, Dñs vobiscum: Oremus ante offertorium. Prefatio, Pater nr̃, Oratio post communionem. Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in missa solenni.

¶ De Hora celebrandi Missam. Cap. 16.

MIssa priuata saltem post Matutinum quacunque hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis & solennis sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus,& semiduplicibus,in Dñicis, & infra octauas dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus & ferijs per annum dicta Sexta: In Aduentu,Quadragesima,Quatuor Tpibus & vigilijs quę ieiunantur,dicta Nona, Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum & primam diei,& vbi dicuntur eorum vigilię,mane post Matutinum diei,dictis huiusmodi vigilijs cum Laudibus,immediate dici potest

Missa

Missa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam Conuentualem, Missę in nocte Natiuitatis Domini, quę suo loco dicuntur, vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

¶ De ordine sedendi,stand,& genuflectendi in missa solenni. Cap. 17.

IN missa solenni celebrans medius inter diaconũ,& subdiaconũ, sedere potest a cornu Epistolę iuxta altare,cũ cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis & Credo alio tẽpore stat ad altare,& genuflectit qñ oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium In principio, d illa verba,& homo factus est & euãgeliũ Cũ natus esset Jesus ad illa verba,& procidẽtes adorauerũt eum Itẽ euangeliũ ferie iiij. post Dñicã quartã Quadragesimę,ad illa verba in fine,& procidẽs adorauit eũ. Et cũ diaconus cãtat illa verba,ipse versus librũ,celebrãs & circunstantes versus altare genuflectũt:subdiaconus vero tenens librũ,& acolythi cãdelabra nõ genuflectũt. Itẽ genuflectit celebrans priuate,cũ dicit, flectamus genua nõ autẽ cũ solenniter celebrat,sed diaconus,& subdiaconus,& circũstãtes. Itẽ celebrãs & ministri genuflectũt,cũ dicitur in Quadragesima, Adiuua nos deus. Itẽ cũ dicitur in missa Spiritus sancti. Veni sancte spiritus reple,&c. Itẽ quãdo legitur Passio, ad illa verba, expirauit & quandocũq; fiunt genuflexiones vt supra. Circũstãtes autẽ in missis priuatis semper genuflectunt, preterquã ad Euãgeliũ. In solennibus autẽ genuflectitur ab ijs, qui non sunt prelati ad Cõfessionẽ cũ suo psalmo,& ab omnibus quãdo eleuatur sacramẽtũ,sed duz cãtatur Introitũ, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorijũ, & facta Communione,dũ cantatur Communio sedetur, in alijs statur. In missis feriarũ Aduẽtus,Quadragesimę,vigiliarũ,quę ieiunantur,& quatuor Temporum,ac in missis defunctorum circunstantes genuflectunt ad Confessionem cum suo psalmo, ad Orationes dicto per celebrantem Sanctus, vsque ad Pax domini. & ad postcommunionem, excepta vigilia Pasche,& Pentecostes,ac Natiuitatis Domini.

¶ De Coloribus,& qualitate Paramentorum. Cap. 18.

PAramenta Altaris,celebrantis,& ministrorum sint coloris conuenientis officio & missę diei,secundum vsum Romanę Ecclesię,quę quinq; coloribus vti consuenit,albo,rubeo,viridi,violaceo & nigro.

¶ Albo colore vtitur a vesperis vigilię Natiuitatis Domini vsque ad octauã Epipbanię inclusiue,exceptis festis Martyrum, quę infra eam veniũt. Feria quinta in cena Dñi,& Sabbato sancto in officio missę, & ab illo die vsq; ad Sabbatũ Pẽtecostes exclusiue,in officio de tẽpore, preterquã in Missã Litaniarum,& Rogationũ. In festis beatę Marię,& per eius octauas,preterquaz in benedictione candelarũ,& processione,quę fit in festo Purificationis eiusdẽ. Itẽ in eius missis votiuis. In missa sanctę Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festis angelorũ. In festo sancti Joannis Baptistę. In festo Omnium sanctorum. In principali festo sancti Jobannis Euangelistę,quod celebratur infra octauã Natiuitatis. In vtraq; Cathedra

Sacerd. K sancti

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancti Petri. In Conuersione S. Pauli. In festo S. Petri ad Vincula. In festo Transfigurationis Domini. In festis Confessorum Pont. & non Pont. & Doctorum. In festis sanctarum virginum, & non virginum, dummodo non sint martyres. In Consecratione, & Dedicatione ecclesię, & per octauas prędictorum festorũ, quę octauas habeant, quando fit officium de octaua, & in Dominicis infra eas per annum occurrentibus.

¶ Rubeo colore vtitur a vigilia Pentecostes, in Missa vsque ad sabbatũ sequentẽ inclusiue. In festis sanctę Crucis. In festo sancti Joannis ante portã Latinã. In Natali Apostolorũ Petri, & Pauli, & in festis aliorũ Apostolorũ, exceptis festo principali sancti Joãnis Euãgelistę post Natiuitatẽ, & festo Cõuersionis S. Pauli, & Cathedrę sancti Petri, & eius Vinculorũ. In festis sanctorũ & sãctarũ martyrũ, excepto festo sanctorũ Innocentũ, qñ nõ venerit in Dñica: si autez in dñica venerit vtitur rubeo: similiter in eius die octaua, & per octauas prędictorum festorũ, quę octauas habent, quando fit de octaua, & in Dominicis per annum infra eas octauas occurrentibus.

¶ Viridi colore vtitur ab octaua Epiphanię vsque ad Septuagesimã, & ab octaua Pentecostes vsque ad Aduẽtũ exclusiue, in officio de tẽpore excepta dñica Trinitatis vt supra: ac exceptis dñicis infra octauas occurrẽtibus, i quibus color octauarũ seruat, exceptis etiã vigilijs, & quatuor Tpibus vt infra.

¶ Violaceo colore vtitur a prima dñica Aduentus vsque ad Missã vigilię Natiuitatis Dñi inclusiue, & a Septuagesima vsqz ad officiũ ante Missam in vigilia paschę inclusiue in officio de tẽpore, excepta Feria v. in Cena Dñi, in qua vtitur albo, & Feria 6. in Parasceue, in qua vtitur nigro, vt infra, & benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Prefationẽ dicens solus vtitur albo, ea autẽ finita violaceo vt prius. Itẽ in officio vigilię pentecostes ante missam facta benedictione fontium inclusiue. In quatuor Temporibus. In vigilijs, quę ieiunantur, exceptis vigilia, & quatuor Temporibus pentecostes. In missa Litaniarum, & Rogationum. In festo sanctorum Innocentum, quando non venerit in die dominica. In benedictione candelarum in die Purificationis Beatę Marię, & in benedictione palmarum, & ipsa Dñica in palmis, & in eorũdẽ, ac generaliter in oĩbus processionibus, exceptis processionibus sancti Sacramẽti, & quę fiũt in solennibus diebus.

¶ Nigro colore vtitur Feria sexta in parasceue, & in missis Defunctorum.

¶ In officio missę celebrans semper vtitur planeta super Albam. Si autem sit Episcopus, & solenniter celebrat, super Dalmatica & Tunicella, Pluuali vtitur in processionibus, & benedictionibus, quę fiunt in altari. Itẽ in officio Laudum, & vesperarum, quando solenniter dicuntur. Eodem vtitur assistens celebranti, in Missa Pontificali. Itez quando celebrans post Missam Defunctorum facit in fine absolutionem. Cum celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulũ, & vbi pluuiale haberi nõ potest, in benedictionibus, quę fiunt in altari, celebrans stat sine planeta cũ Alba & Stola. Dalmatica & Tunicella vtunt Diaconus & Subdiaconus i Missa solẽni, & processio-

nibus, & benedictionibus quandocunque Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniorũ, & in Dñicis Aduẽtus, & Quadragesimę (Dñica Gaudete, & Letare exceptis) in Cathedralibus & prȩcipuis Ecclesiis vtuntur planetis plicatis ante pectus, quã planetã diaconus dimittit cũ lecturus est Euangeliũ, & tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur, aut ponitur aliud genus stolę latioris in modum planetę plicatę, & facta communione resumit planetam vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eaz cum lecturus est Epistolam, quã legit in albis, & postea eã resumit vt prius. In minoribus autem Ecclesiis prędictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti ministrent, Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrum pendente.

¶ De celebratione duarum, vel trium missarum eadem die. Cap. 19.

Sunt nonnulli sacerdotes, ob raritatẽ clericorũ, aut ecclesiarum paupertatẽ, duas parochiales ecclesias obtinentes, quibus a iure conceditur celebrare duas missas in die. Vbi vel quicunqz alũ sacerdotes in casibus a iure permissis bis in die celebrare volentes, nõ debẽt in prima missa post sumptũ sanguinẽ se purificare, vel ablutionẽ digitorũ sumere, sed post sanguinis sumptionẽ digitos super calicẽ abluere, & ablutionẽ huiusmodi in aliquod vas mundũ reponere, & alia die, qua vnã missaz tantũ celebrabũt, post sanguinis sumptionẽ, vel eadẽ die post dictã secũdã missam, de ea se purificare, seu post purificationẽ & ablutionẽ eiusdẽ secundę misse eam sumere: Plures autẽ quã duas missas vna die celebrare non licet, sola die Natiuitatis Saluatoris nostri Jesu Christi excepta: in qua quilibet sacerdos alias ad celebrãdum dispositus potest tres missas celebrare: quod facturus etiaz non debet in prima & secunda missa se purificare, aut ablutionẽ digitorũ sumere: sed eã in aliquod vas mundum reponere, & eam post purificationẽ tertię misse sumere. Qui autẽ eadem die plures missas celebraturus, in prima vel secunda missa se purificauerit, aut ablutionẽ sumpserit, nõ debet illa die vlterius celebrare. Preterea sacerdos in die Natiuitatis prędictę duaz vel trez missas etiam sine aliqua intermissione celebraturus, debet ante quamlibet missarũ huiusmodi dicere confessionẽ, & in fine cuiuslibet populo benedicere: & post primam & secundam missas huiusmodi dicere euangelium sancti Johãnis. **In principio erat verbum, &c.** ac omnia alia facere & dicere, purificatione omissa, vt prefertur, quę in alijs missis dierum, in quibus vna tantum missa celebratur, dicuntur & fiunt. Post tertiam vero missam loco dicti Euangelij sancti Johãnis, debet dici euangelium secundum Matthęum. **Cum natus esset Jesus &c.** quod habetur in missa diei Epiphanię Domini.

¶ De missa ficcca nuncupata. Cap. 20.

Sunt & alij sacerdotes, qui in quadragesima, vel alijs diebus, in quibus duę misse speciales habentur, videlicet vna de festo, & alia de dominica, vel feria, celebrata altera earum, aliam pro deuotione sua legunt, absque consecratione, quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione post missam

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebrată,ꝛ euangelio ſ. Iohannis lecto,celebrans deponit caſulã: ꝛ oĩbus alijs paramẽtis retẽtis,ſtãs in cornu epiſtolę,verſus ad altare detecto capite,legit abſolute ex miſſali introitũ alterius miſſę, Gloria in excelſis Deo. Si illud in prima miſſa non dixit,ꝛ ſecũde miſſe cõueniat,alioquin ipſius prętermittit. Idẽ obſeruat de Credo in vnũ Deũ: Subiũgit abſolutẽ prętermiſſis. ℣. Dñs vobiſcũ,ꝛ Oremus, Oronez, Epiſtolã, Graduale, Alleluia, vel Tractũ, Euangeliũ quod incipit Sequentia vel Initiũ ſancti Euãgelij, prętermiſſo ℣. Dñs vobiſcũ. Offertoriũ Cõmunionẽ Et ſimiliter omiſſis. ℣. Dominus vobiſcum. ꝛ Oremus, Abſolute ſubiungit poſtcommunionem,omnia intelligibili voce legens:ꝛ ſic ibi abſque alia ceremonia officium ipſum terminat. Tum dicit ſecrete,ſeu competenti voce Antiphonaꝫ, Trium puerorum ꝛc. Deponit omnia paramenta,prout ſuperius poſt miſſam ordinariam dictum eſt.

¶ De eadem miſſa ſicca in mari,ꝛ fluminibus celebrari ſolita. Cap. 21.

IN loco fluctuanti,vt in mari,ꝛ fluminibus celebrare non licet alicui. Conſueuit tamen in mari,pro populoꝝ deuotione abſque cõſecratione miſſa(quã ſiccã vocant)dici per ſacerdotẽ hoc ordine. In loco nauis ecclefiola nuncupato,paratur eſt mẽſa,ſupra quã ponitur mappa munda,etiaꝫ non benedicta:ꝛ in medio partis poſteriozis eiuſdem menſę crux, ac hinc ꝛ inde in cornibus poſteriozibus ipſius menſę duo candelabra cũ duabus cãdelis ardentibus collocantur:vbi ſacerdos miſſam huiuſmodi dicturus, ante dictã menſam ſtans,accipit ſuperpelliceũ,ꝛ deſuper ſtolã ab humeris dependentẽ:quã tranſuerſat ante pectus per modũ crucis:ꝛ cingulo eã firmat. Vel ſecundum alios,omnibus paramentis ſacerdotalibus induitur ordine ſuperius dato,omiſſa ſola planeta,ſiue caſula,qua non vtitur. Sicque paratus ſtans ante menſam prędictam facit confeſſionem cum bis, qui interſunt dicens. In nomine patris,ꝛ filij ꝛ ſpiritus ſancti. Introibo, ꝛc. Prout habetur ſupra in principio miſſę,vſque ad orationem Oramus te domine, vt per merita ꝛc. exclufiue aſcendit ad menſam prędictam,ꝛ omiſſo illius oſculo,ſtans in cornu epiſtolę legit introitũ miſſę. Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis Deo ſi eſt dicendum Dominus vobiſcum non vertẽdo ſe ad populum. Oremus,ꝛ orationem ordinariam. Deinde ſi placet, ꝛ diei cõueniat, facit vnam vel duas commemorationes:legit Epiſtolam, Graduale, Alleluia, ſi eſt dicendum, vel tractum: portat librum ad Cornu Euangelij:dicit in medio menſę: Dunda ꝛc. Dominus ſit in corde ꝛc. deinde ante librum, Dominus vobiſcum, Sequentia ꝛc. Signando librum ꝛ ſe in fronte, ore ꝛ pectore:finito Euangelio oſculatur textum:dicit Credo, ſi dies ꝛ officium requirit. Dominus vobiſcum. non vertendo ſe ad populum, Oremus Offertorium, Prefationem, Sanctus ꝛc. Oremus pręceptis ſalutaribus moniti ꝛc. Pater noſter, Agnus Dei. ꝛ dat oſculum pacis, ſi alias officio illius diei quod legit conueniat:reuertitur cum libro ad cornu Epiſtolę, dicit communionem in eodem loco Dñs vobiſcum, non vertendo ſe ad populũ.

Poſt

Poſt communionem,ꝛ commemorationeſ, ſicut prius fecit ibi dẽ Dñs vobiſcum, vt prius: ꝛ Ite miſſa eſt, vel Benedicamus, prout conuenit, aut Requieſcãt in pace ſi legit pro defunctis: Quo dicto ibidem ſe vertit ad populum,ꝛ illi more ſolito benedicit, ſi non legit pro defunctis:pro quibus ſi legit, benedictionẽ huiuſmodi prętermittit. Tunc dicit Dñs vobiſcum. ꝛ ſignans ſeipſum in fronte,ore,ꝛ pectore,continuat, Initium ſancti Euangelij ſecundum Ioannem. In principio ꝛc. vt ſupra. Quo finito, veſtes ſacras, quas recepit,ibidem deponit. Omnia prędicta in huiuſmodi Miſſa dicuntur voce intelligibili:ita q; ab omnibus illis,qui interſunt,audiantur.

¶ De eadem miſſa coram infirmo,vel alia perſona celebranda. Cap. 22.

QVi ſi aliqñ accidat, quod quis infirmus, vel alius velit miſſam audire, vbi non eſt ſacerdos ad miſſam celebrandam diſpoſitus,quia ipſe eadem die celebrauit, vel ex alia legitima cauſa,poterit ſacerdos in eccleſia vel alio loco conuenienti,vt prędicitur,miſſaꝫ hmõi ſiccam legere in omnibus, ꝛ per omnia,prout ſuperius de miſſa nauali dictum eſt:ꝛ non debet in ea ſacramenta oſtendere:etiam ſi illud in eccleſia ibidem in loco ſuo ſacro habeat paratum propter periculum oſtenſionis. Ad laudem ſaluatoris noſtri.

¶ Tractatus de defectibus in miſſa contingentibus. Cap. 23.

DEfectus miſſę, ſunt qñ requiſita ad miſſę celebrationem deficiunt. Iſti aũt defectus contingunt aut ex parte ſacramenti,aut ex parte miniſtri, aut ex parte miniſterij:qa in ſacramẽto requiritur panis triticeus, vinum de vite,ꝛ aqua naturalis:ꝛ ſũt hęc ex parte materię. Ex parte vero formę requiruntur verba conſecrationis,ꝛ intentio cõſecrantis. In miniſtro autem requiritur exterius debitum veſtimentum,ꝛ in corpore ieiunium,ꝛ diſpoſitio mentis,ꝛ animę,quodqꝫ ſit rite ordinatus. Et in miniſterio requiritur, quod miſſa compleatur,ſ.q; ſacrificium ſit completuꝫ ꝛ perfectum:ꝛ quod ſacerdoꝫ ſumat ſacrificium communicando. Unde de his dicendum eſt per ordinem.

¶ Primo de defectu panis. Cap. 24.

SCiendum eſt igitur,q; conficiens in pane fermentato,grauiter peccat: quia facit contra ſtatutum,ꝛ conſuetudinem eccleſię. Si vero conficiatur in pane,qui incipit corrũpi,ſiꝛ grauiter peccat. Etiã cõficiẽdo in azymo corrupto ꝛ infecto pp irreuerẽtiã ſacri:tñ taliſ panis ſi ꝛficiat ſacrm eſt. Sed ſi panis ſit adeo corruptus, ita qõ in eo deficeret ſpecies panis,nõ põt ꝛfici, hoc eſt q; verba ſacri non efficit corpus Chriſti:ꝛ q; ſpecies maneat, põt cognoſci ex hoc, q; cõtinuitas non eſt ſoluta, nec alia accidentia ablata. Hęc S. Tho.ꝛ Albertus. ¶ Item,ſi grana alterius generis fuerint admiſta tritico in tanta quantitate,quod aliam ſpeciem faciant, ſiue quod mediũ conſtituãt,nõ põt ex eo confici ſacramentũ,tñ ex modica quantitate non impedit. S. Tho.ꝛ Albertus,ꝛ Petrus. ¶ Si panis ſit de aqua roſacea confectus, dubitatur inter doctores. Et S. Thom. dicit eſſe probabilius, quod nõ poſſit confici. ¶ Si ſacerdos infra miſſam ante conſecrationem aduertit hoſtiam non eſſe triticeam, vel eſſe corruptam:remota illa hoſtia, aliam ponat:

Sacerd.

ꝛ a canone reincipiat. Si vero post consecrationem hoc aduertit, idem faciat ponendo aliam hostiam, ꝛ eam sumendo: sed nihilo minus postea illam primam sumat, aut alū sumendam tradat, vel eam reuerenter cōseruet. Petrus. Quod autem dicit hic Petrus qō re incipiat a canone, S. Tho. tamen dicit in simili casu esse reincipiendum tantum a verbis consecrationis, vt habes infra. Si vero sacerdos aduertat dictū defectū hostiæ postq̄ sumpserit, licet in isto casu varient doct. tñ S. Tho. tenet in Tertia parte, qō debet aliā ponere hostiā, ꝛ consecrare, ꝛ sumere: ga præceptum de perfectione sacramēti maioris est ponderis, quam præceptum, quod a ieiunis sumatur. ¶ Per id autem quod dicit Petrus. Si sacerdos infra missam aduertat hostiā nō esse triticeam, vel esse corruptam, patet quid agendum sit, si nulla hostia fuerit posita, vel si posita fuerit perdita. Et per id quod dicit S. Tho. si aduertat de defectu hostiæ post eius sumptionem, potest hoc idem intelligi, si aduertat etiam post sumptionem sanguinis, rursus quod ponat nouum panez ꝛ nouū vinū, ꝛ consecret, atqz placatur, ꝛ sumat, ne sacramentum remaneat imperfectum: quod magis expresse apparebit infra, vbi statim dicetur de defectu vini, ꝛ ponentur magis expressa verba ipsius S. Tho.

¶ Quale esse debeat vinum, quod in consecratione sacramenti eucharistiæ ministratur: ꝛ de defectibus eius qui occurrere possunt. Cap. 25.

De vino primo sciendum est, quod si vinum factum est omnino acetus, non potest de ipso confici sanguis Christi: quia vinum differt ꝛ acetus, sicut viuum ꝛ mortuum, secundum Philosophum. Sed, si vinum sit in via quasi acescendi, tunc idem est iudicium, quod de pane, qui est in via ad corruptionem, scilicet quod potest confici, peccat tamen huiusmodi conficiēs graiter, propter irreuerentiam sacramenti. S. Tho. ꝛ Albertus. Et addit Albertus, quod si vinum putridum sit tantum, quod vini naturam perdiderit: non potest confici. Quod si non est corruptum, sed in via, potest confici: sed tñ conficiens peccat, vt dictum est de vino, qui tendit in acetum. Et idem intelligendum de vino multum pontico, siue acri. De agresti non potest confici. S. Tho. ꝛ Albertus. De musto potest confici, non tamen faciendum est de multum recenti propter impuritatem. S. Tho. ꝛ Petrus. Si vino apponatur tanta aqua, quod non conuertatur in vinum, non conficitur. Et nō debet apponi aqua rosacea, vel alia artificialis. Si tamen apponeretur in tam modica quantitate, quod in vnū conuerteretur, conficeretur. Hæc S. Tho. ꝛ Petrus. ¶ Item si sacerdos post consecrationem corporis, scilicet ante consecrationem sanguinis percipiat aut vinum aut aquam non esse in calice, debet statim apponere ꝛ consecrare. Si vero post omnia verba consecrationis percipiat, quod vinum non fuerit positum, sed aqua: siquidez hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet deposita aqua si ibi fuerit, ponere vinum cum aqua, ꝛ resumere a verbis consecrationis sanguinis. Si vero hoc percipit post sumptionem corporis debet apponere aliam hostiam simul cum sanguine iterum consecrandam, ꝛ in fine sumere hostiam iterum consecratam,

cratam, ꝛ sanguinem, non obstante etiam si prius sumpsit aquam, quę erat in calice: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris ponderis est, quā præceptum, quod hoc sacramentum a ieiuno sumatur. Hæc S. Tho. ¶ Ex prædictis nunc verbis demonstrantur illa duo, quę supradicta sunt, cū de defectu panis dictum est. Dicit etiam S. Tho. quod non sufficit sacerdoti sollā hostiam sumere, ne imperfectum remaneat sacramentum, sed si solum sanguinē aliquis consecraret, ꝛ sumeret, ita remaneret sacramentum imperfectū sicut si solam hostiam consecraret, ꝛ sumeret. Tunc aūt solum sanguinē consecraret, ꝛ sumpsisset, si post sumptionē sanguinis cognosceret, quod hostia nō fuisset triticea, vel quod fuisset corrupta. Et vt hic dicit S. Tho. ēt si solutū sit ieiunium, repetendum est sacramentum, vt sit integrum. Et cū missę celebritas terminetur benedictione sacerdotis, vt dicetur infra, non ita iudicandum est de defectibus missę reparandis ante benedictionem sacerdotis, cuz adhuc stet officium missę, sicut postbenedictio nem, quando iam est solutum officium missę: quia post benedictionez, quicquid fieret, magis videretur iteratio missę, quam reparatio defectus. Item ex verbis S. Tho. immediate supradictis apparet, quod in reparatione sacramenti imperfecti sufficiat resumere a verbis consecrationis: inde tamen omnia ordinate sunt repetenda, quia, vt dicitur 7. q. 1. perfecta non possunt dici sacramenta, quę perfectum non habent ordinem. Et S. Thom. dicit, quod immane est sacrilegium, si non perficiatur hoc sacramentum. Unde concilium Toletanum tulit sententiam excommunicationis in eos, qui cum possunt, non perficiunt istud sacramentum, vt patet supra in loco decreti immediate allegato.

¶ De defectu aquę. Cap. 26.

Sacerdos si percipiat aquam non fuisse appositam in vino ante consecrationem sanguinis, ponat eam: ꝛ dicat verba consecrationis. Si autem percipiat post cōsecrationē sanguinis, nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de necessitate sacramenti: ꝛ sequeretur corruptio sacramenti in aliqua parte. Siquis tamen ante consecrationem scienter dimitteret appositionem aquę, graiter peccaret: quia ageret contra constitutionem ecclesię, ꝛ quia dominum apposuisse creditur. Non autem sufficit, quod aqua apponatur, quādo vinum adhuc est in dolio, quia hoc non significaret aliquid: sed oportet, vt imminente oblatione apponatur ad sacramentum. Hæc S. Thom.

¶ De defectu formę. Cap. 27.

Pro notitia formę, sciendum est, quod Ambrosius in libro de sacramentis dicit, quod hoc sacramentū conficitur in verbis, ꝛ sermonibus Christi. Ex quo dicto concludit S. Tho. quod forma consecrationis huius sacramenti sit: Hoc est enim corpus meum: ꝛ Hic est enim calix sanguinis mei, noui ꝛ ęterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, ꝛ pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Illa vero verba, Accipite ꝛ manducate pertinēt ad vsum materię cōsecratę. Similiter illa verba. Hæc quotiescūqz ꝛc.

pertinent ad vsum hūius sacramenti: quia vsus non est de necessitate sacramenti: vt dicit idē S. Tho. Item illa coniunctio, eniz, non est de substantia formę: tamen dici debet secūdū vsum ecclesię, qui vsus a beato Petro inicium sumpsit. Etiā beatus Tho. dicit. q; si prędictę formę mutentur, nihil efficitur, etiaz si videantur verba idem significare: similiter si aliquid de dictis formis diminuitur. Si vero aliquid adderetur, quod significationem nō mutaret, nec errorē induceret, magnum peccatuz esset: tamen conficeretur ſm Albertum. ¶ Dicit aūt S. Tho. quod forma prędicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit q; materia consecranda debet esse coraz sacerdote. Unde sacerdos existens in domo sua non potest consecrare panē qui est in arca, aut etiā in foro, vel vinum, quod est in cellario. Sed quantacunque sit quantitas panis, z vini, quę corā sacerdote ponitur, potest ab ipso consecrari. S. Th. etiam dicit, quod si sacerdos nō recordetur se dixisse ea, quę in cōsecratione communiter dicuntur, non debet ex hoc turbari. Non enim qui multa dicit, omnium recolit quę dixit. Si tamen sacerdoti probabiliter cōstet, se aliqua omisisse, siquidem non sunt de necessitate sacramenti, nō debet resumere immutādo ordinē sacrificū, sed debet vlterius ꝓcedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorū, quę sunt de necessitate sacramenti. ſ. formam consecrationis, debet resumi ipsa forma, z cętera per ordinē recitari.

¶ De defectu intentionis ministri. Cap. 28.

NOn solū autē necessaria sunt ad conficiendū prędicta verba, sed etiam requiritur intentio: quia ſm Augustinū, in sacramētis fine intentione nihil agitur. Unde sanctus Thomas dicit, quod ad perfectionē sacramēti requiritur intentio ministri, qui se subijciat principali agenti: scilicet vt intēdat facere, quod Christus fecit z ecclesia: z dicit, quod non est necessaria intētio actualis, sed sufficit habitualis, vt conficiatur. Puta, si sacerdos cū accedit ad altare ad celebrādū intendit facere quod facit ecclesia, perficitur sacramentū. Sed si postea suspendatur eius intentio. per aliā occurrentē cogitationē, nihilominus perficitur sacramentū ex virtute intentionis propoſitę. Tamē studiose curare debet minister sacramēti, vt etiā actualē adhibeat intentionē. Et dicit, quod cum aliquis non intendit sacramentum perficere, sed deluſorie aliquid agere, talis peruerſitas tollit virtutem consecrandi z virtutem sacramenti, przcipue quando intentionem exterius manifestat. Si autem intentio ministri peruertatur quātum ad id quod sequitur sacramentum, puta, si sacerdos intenderet conficere corpus Christi, vt eo ad venefitia vteretur, quia prius non dependit a posteriori, talis intentionis peruerſitas veritatem sacramēti nō tollit: sed minister ex tali intētione grauiter peccat. Dicit enim Albertus, quod si aliquę hostię ex obliuione remaneant in altari, aut aliqua pars vini, z sacerdos conficiat, illa non sunt consecrata: quia de eis non intendit. ¶ Durandus autem posuit casum. Si sacerdos habeat corā se vndecim hostias, z intendit consecrare decem, quęrit quot sint consecratę: Respondet distinguendo, quod hoc potest primo duobus modis intelligi. Uno modo quod numerus sit solum in intentione, z non in opinione, intentio autem sit quicquid sit coram se consecrare, verbi gratia. Si aliquis habeat consecrare, z coram se habeat vndecim hostias, z opinatur esse decem, ipse vero intendit consecrare quicquid est corā se, patet, quod eius opinio fertur ad numerū, sed eius intentio non fertur ad numerū: vnde quia effectus consecrationis sequitur intentionem, z non opinionem, omnes vndecim sunt consecratę. Alio modo potest intelligi prędictus casus, quando dicitur, habet coram se vndecim hostias, z intendit consecrare decem, vt nō opinio, sed intentio feratur ad numerū: ita scilicet, quod non velit plus quaz decem, sed tantum decem consecrare, tunc in tali casu prędictus doctor facit secundam distinctionem, dicens, quod hoc duobus modis contingere potest. Uno modo, quod sciat veritatem numeri: alio modo quod ignoret veritatē numeri. Et si sciat veritatem numeri, scilicet quod hostię sint vndecim, z ipse decē tantū consecrare intendit. Aut decē distincte intēdit consecrare; Et patet, quod illę decē tantū sunt consecratę, de quibus intendit: z vndecima, de qua non intendit, nō est consecrata: Aut sacerdos scit esse hostias vndeciz, z intēdit cōsecrare decē, nō distinguēdo, vel determinando, quaz decez intendit, z quā vndecimā non intendit, sed intēdendo decē ex illis consecrare, tunc nulla est consecrata, eo quod intentio non fuit ad aliquaz determinatam. Et cū isto dicto satis concordat S. Tho. in 3. par. q. 63. vbi dicit, qō minister sacramentorum est sicut instrumentum principalis agentis, scilicet Christi vel ecclesię. Et cuz tale instrumentū habeat cognitionem, requiritur, quod per intentionē se determinet ad opus, quod in virtute principalis agentis producere debet. Ideo sequitur quod vbi non determinat se, nihil operatur. Si vero sacerdos ignoret veritatem numeri hostiarum, z intendit decē hostias tantum consecrare, dicit idem Durandus, quod eodē modo distinguendum est, vtrum determinet quas decem intendit, vel nō determinet. Et respondendum est sicut in casu immediate przcedenti. Sed dubitatur quomodo, cum numerus ignoretur. Cui dubitationi respondetur hoc posse contingere, quod decem hostias videat extensas, z vna ibi lateat: Ipse autem intendit omnes, quas videt, z nullam aliam consecrare. Uel potest esse, quod decem ipse ibi posuerit, z vna erat ibi quā nesciuit: ipse vero intendat omnes illas quas posuit, consecrare. z redit hic casus in casum supra positum Alberti, quia tunc illa non est consecrata, quam nesciuit ibi esse: z omnes alię consecratę. Si autem vnam plus ipse posuerit, quam crediderit, vel alius vndecim posuerit: z ipse mandauit poni decem: z non intendit consecrare nisi decem tantum, tunc non est determinata eius intentio: z sicut supradictum est, nulla est consecrata.

¶ De defectu vestimentorum. Cap. 29.

SCiendum est, q; secundū S. Tho. z Alber. z alios Theologos, si omittatur aliquid de bis, quę ad ritum celebrationis pertinent, quilibet dimittens aliquid tale, puta, tempus debitū, altare tribus mappis coopertū, vestes

vestes,z huiusmodi grauiter peccat:nihilominus cōsecrat,si est ordinatus,z adsit eius intentio,z debita materia,z debita forma:sed grauissime peccat,si scienter hoc faciat. Jn his potes colligere quę sint illa,sine quibus non conficitur.s.materia debita:z forma,cū intentione:z ordo in cōficiēte. Quicquid horū quatuor deficiat,nō cōficitur sacramētū. Et istis quatuor existentibus, quibuscunqz alijs deficiētibus,veritas adest sacramēti. ¶ Secūdū Host. sufficit,q vnus sit prę̄sens in missa,qui sacerdoti respondeat:quāuis.de cōse. dist.1.dicatur quod duo requiruntur. Mulier in missa ministrare nō potest. ¶ Etiā sine lumine nō debet aliqs celebrare.extra de celeb.mis.c.ex parte.

¶ De defectibus dispositionis corporis. Cap.30.

In concil.Toletano factū fuit prę̄ceptū sacerdotibus, quod nullus sacerdos post potū cibūque,quantumcunque minimū sumptū,missaz celebrare prę̄sumat. Et glo.ibidem dicit,q intelligitur de cibo,vel potu post mediā noctē sumpto:quia in media nocte incipit dies secundū ecclesiā. Et nos videmus esse verū,quia tunc incipitur officiū diei.s.matutinū quasi pertinēs ad mane illius diei velut initiū. Dicit etiā S.Tho.q post sumptionē aquę vel alterius potus,aut cibi,aut etiā medicinę,in quantacunqz parua quātitate,non licet cōmunicare:nec refert vtrum nutriat,aut non,aut per se, aut cum alijs,dummodo sumatur per modū cibi,vel potus:reliquię tamē cibi remanētes in ore,etsi casualiter tranſglutiantur,nō impediunt communionē, quia non tranſglutiuntur per modum cibi, sed per modum saliuę, quę vitiari non potest. Si autem ante mediam noctez sit sumptus cibus vel potus, potest communicare. Nec refert vtrum postea dormierit, vel vtrum cibus sit digestus,quantum ad rationem prę̄cepti:tamen posset impedire quantum ad turbationem mentis in hoc,quod tollitur deuotio.

¶ De immunditia corporali. Cap.31.

De immunditia vero corporali dicit S.Tho.quod cum iste cibus nō est corporis,sed mentis,ideo in eius sumptione magis est considerāda dispositio mētis,quā corporis. Et ideo dicit,quod si immūditia corporalis sit,perpetua,siue diuturna,non est abstinēdū a communione: ne propter immūditiā corporis perdatur fructus mētis. Si autē immunditia sit temporalis,z potest purgari,non prohibetur,si est bene dispositus in mente. Tamen laudabile foret abstinere pro modico tempore. Si autem sacerdos infra missam recordatur se nō esse ieiunū,quid faciendū sit vide infra cap.7. in fine.

¶ De defectibus dispositionis animę. Cap.32.

Interdictus,suspensus,z excōicatus etiam iniuste,communicare nō debet:quia in talibus est defectus rei significatę, s. defectus vnitatis corporis mystici. Jtez quicunqz cuz cōscientia peccati mortalis ad communionem accedit,mortaliter peccat. Primę ad Cor.9.Qui manducat,z bibit indigne,iudiciū sibi ꝛc. Jtem non sufficit ei qui communicare intendit, quod sit solum contritus,immo si habeat copiam sacerdotis,qui eum possit absolvere,peccat sine cōfessione communicādo. Si vero nō habet copiā, tunc si immi-

mineat necessitas cōmunicādi, vel celebrandi,puta quia timetur scandalū populi:vel iam inceptum est misterium sacramenti:vel aliquis infirmus loquelam amisit:z est in proposito confitendi:minister nō peccat quā citius potest communicando,vel alijs ministrando,si primo non possit cōfiteri. Hęc Pet.z Albert.z S.Tho. Sacerdos autem, qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad altare,nō solum peccat mortaliter propter communionem,sed etiam quia exercet actus ordinis, vt ostendunt S. Tho.z Alber. Verum pro sola executione actuum ordinis,sufficeret ei sola contritio sine confessione,vt dictum est. Jn nullo autem casu potest aliquis celebrare, vel communionem recipere sine contritione:quia mortaliter peccat.

¶ De pollutione. Cap.33.

Pollutio in somnis impedit communionem,quando causata est a cogitatione prę̄cedenti,quę fuerit peccatum mortale, si consensus fuerit in tali cogitatione de actu,vel si consensit in delectatione cogitationis. Si dubium est,vtrum in prę̄cedenti cogitatione fuerit peccatum mortale,abstinendum est: nisi necessitas aliqua requirat,quod celebret,siue communicet. Si vero certum est,quod in prę̄cedenti cogitatione non fuerit peccatum mortale:vel si nulla cogitatio prę̄cesserit,quę causa pollutionis fuerit, communicare potest:nisi pollutio tantum perturbauerit mentem ex commotione corporis,quod deuotionem habere non possit:z cum fuerit abstinendum, tempus quo abstinendum est,sunt.24. horę. Hęc S.Thom. ¶ Si sacerdos post consecrationem inceptam,recordetur se comedisse vel bibisse,nihilominus debet perficere sacrificium,z sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum comisisse,debet pę̄nitere;z dolere cum proposito confitendi, z satisfaciendi:z sic non indigne,sed fructose potest sumere sacramentum. Et eadem ratio est,si meminerit se cuicunque excommunicationi subiacere. Debet enim assumere propositum absolutionem petendi, z sic per inuisibilem pontificem Jesum Christum absolutionem consequitur quantum ad hunc actum,per quem agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius prę̄dictorum memor sit,tutius reputarem,z maxime in casu excommunicationis,suspensionis,z interdicti, ac manducationis quod missam inceptam deserat,nisi timeretur graue scandalum. Hęc sanctus Thomas.

¶ De Defectibus missam celebranti interdum occurrentibus. Cap.60.

Sacerdos qui celebrat missam,debet semper sumere sacramentum integrum,vt dicitur supra in rubrica de defectu panis,z vini. Quod debeat sumere, patet de consecr.dist.2. relatum. Toties autē sumat, quoties celebrat:quia ipsum sacramentum in sumptione complementum suę significationis accipit. Et intelligendum est,nisi per violentiam impediatur, vel per infirmitatem,vel per mortem,vel huiusmodi. Etsi plures missas aliquis celebrat in vna die,solum in vltima percipiat perfusionem, z non in prę̄cedenti:quia tunc non esset ieiunus,nec aliam missam celebrare posset:extra de cele-

celeb.miss.ca.ex parte. Sed,si Sacerdos post consecrationem infirmet,& non habeatur alia hostia,nihilominus debet alius sacerdos requiri,qui.s.missam prosequatur ab infirmo non completam:& hostias debet diuidere,& vnã partẽ ipse sumere,& aliam infirmo dare. Hec S.Tho. ¶ Item si sacerdos morte aut infirmitate graui occupetur ante cõsecrationẽ corporis, non oportet quod p aliũ suppleat: Si vero consecrato corpore ante consecrationem sanguinis,vel etiam consecrato vtroque,debet celebritas per alium expleri. vt 7.q.1.c.nihil.S.Tho. Quo aũt missa compleatur, ostẽdit prefatus canõ supradicti concilij,dicens: Non enim aliud explementum initiatis mysterijs competit,quam aut incipiẽtis,aut subsequentis benedictione completa sint sacerdotis.Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos, ostendit in ipso eodem c.inferius, vbi dicitur. Nullus absq; patẽti,puẽtu molestię minister vel sacerdos cũ ceperit imperfecta officia presumat omnino relinquere. Siquis autem hoc temerarie presumpserit,excõicationis sententię subiacebit.

¶ De perturbationibus occurrentibus missam celebrantibus. Cap. 34.

Post tractatum de defectibus missę,dicendum est de perturbationibus interdum occurrentibus his,qui missam celebrant. Turbatur autẽ missa, aut propter scandalum sacramenti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacramenti est,si cadat,aut si vomitu proiiciatur. Scandalum sacerdotis est,si sumere nequeat,aut propter commistionem alicuius rei abominabilis,vel periculi,aut propter apparitionem alicuius speciei, quę non debet comedi,vel potari.

¶ Quando cadit corpus Christi. Cap. 35.

Si propter frigus,vel negligentias,hostia dilabatur in calicem,propter hoc non est necesse aliqd reiterari: quia quod solum minima pars hostię mittatur in calicem hoc respicit corpus Christi mysticum: ideo pretermissio huius non facit imperfectionem sacramenti. S.Tho.ex concil.Aurelian.de cons.dist.2.dicit:Qui bene non custodierit,aut qui sacrificium perdiderit in ecclesia:aut cui pars eius ceciderit,& non inuenta fuerit, 30. dies peniteat: De penitentia vide in sequenti capitulo.

¶ Quando cadit sanguis Christi. Cap. 36.

Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, siquidem sup tabulã,q̃ terrę adhęreat,lingua lambatur,& tabula radatur. Sed si non fuerit tabula,locus ipse radatur & comburatur,Cinis vero iuxta altare recondatur:& sacerdos 40.diebus peniteat. Si vero sup lapidẽ altaris ceciderit,sorbeat sacerdos stillã:& tribus diebꝰ peniteat,Si sup linteũ altaris & ad aliud linteũ peruenerit stilla,quatuor diebus peniteat sacerdos. Si vsq; ad tertium peruenerit,9.diebus peniteat. Si vsq; ad quartum, 20. diebus peniteat. Predictis autem diebus debet sacerdos ieiunare,& a cõmunione cessare:pensatis tamen conditioni obus negotij & personę potest minui vel augeri ad penitentiam predictam. Hec.s.Tho. Et idez intelligendũ est in seq. cap.& abluantur tribus vicibus linteamina quę stillam tetigerunt, calice sup

posito

posito:& aqua ablutionis iuxta altare condatur.de cons. dist. 2. si per negligentiam. Potest tamen sumi a sacerdote:nisi propter horrorem dimittatur: vt ponit S.Thom. Et cautum est,vt pars illa lintei,siue pallę,post ablutionem abscindatur & comburatur:& cinis in altari condatur: Hec S.Tho.

¶ De vomitu sacramenti. Cap. 37.

Si quis eucharistiam euomuerit,si sit laicus,& per ebrietatem vel voracitatem euomuerit,40.diebus peniteat. Clerici vero & monachi,presbyteri,diaconi & subdiaconi,70.diebus peniteãt. Episcopus autem 90. Si vero causa infirmitatis euomuerit, 7.diebus peniteãt.de conse.dist.2.c.Si quis per ebrietatem. Et debet vomitus cremari,& cinis iuxta altare recondi: vt supra dictum est. Hoc tamen obseruandum, quod vbicunque species integrę inueniantur,sunt reuerenter conseruandę & sumendę: quia remanentibus speciebus,remanet ibi corpus Christi. Hec S.Thom.

¶ De musca, vel aranea, vel veneno mistis cum sanguine Christi. Ca. 38.

Si musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum mistum fuerit, si sacerdos ante consecrationem hoc deprehenderit,debet calix ablui, & aliud vinum consecrandum apponi. Si vero aliquod eorum post consecrationem euenerit,debet animal caute capi, & diligenter lauari & comburi, & ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si venenum ibidem esse deprehenditur,nullo modo debet sumi,nec alteri dari:ne calix vitę vertatur in mortem:sed diligenter in vasculo seruari debet:& ne sacramentũ remaneat imperfectum,debet aliud vinum apponi: & sacerdos debet resumere consecrationem sanguinis denuo,& sacrificium perficere. Hoc intelligę si corpus non sumpserit,quia tunc aliter faciendum esset, sicut supra dictum est in rub.de defectu panis & vini,scilicet,q̃ nouum panem apponat. Regula est autem,q̃ nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti.arg.de conse.dist.2.si per negligentiam. Hec S.Thom.

¶ De noua specie apparente. Cap. 39.

Quando corpus Christi apparet in alia specie,cum vsus huius sacramenti sit p manducationẽ,qñ scilicet apparet in specie pueri,vel carnis cruẽtatę,vel simili modo,nõ habet rõnẽ cibi:nec debet sumi abeo cui sic apparet.Quod si omnibus appareat,debet cum reliquijs poni. Hec S. Th.

TRACTATVS DE HORIS CANONICIS

dicendis a Sacerdote Missam celebraturo.

Dictum est supra de sacramento missę, ad quod prohibemur accedere nisi lotis manibus,ideſt sine laudibus Domini nostri Jesu Christi. Et ideo sancta mater ecclesia septẽ laudes, ideſt horas canonicas instituit quolibet die Deo per clericos & specialiter presbyteros offerendas. De quibus loquitur psal. 118. Septies in die laudem dixit tibi domine: & transumptiue,91.dist.cap. Presbyter. De celeb.miss.cap.1.& ibi plene in glo.fi. Has

sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficut cadimus septies in die per peccatum, vt habetur Luc. 17. ⁊ de pẽi. dis. 3. c. septies. ita resurgamus per septem horas, idest laudes canonicas: ⁊ primo dicendum est de hora matutinali. ¶ De Matutinis. Cap. 1.

SLias, quod matutinum officium propter carnis illecebras domandas psallendo ⁊ orando, fuit a sanctis patribus institutum. ¶ Probatur, ecclē. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. ¶ Et dicuntur matutinę cõiter in media nocte, vt ait propheta. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. p̃s. 118. Et habetur transumptiue 91. dist. presbyter mane, ⁊ de celebr. miss. c. 1. Ratio est, qa Christus in eadem hora natus fuit. ¶ Secunda rõ est: qa in illa hora captus fuit tpe passionis, ⁊ illusus a iudeis. ¶ Tertia ratio est: quia illa hora vel quasi surrexit, ⁊ infernum spoliauit, ⁊ venturus est iudicare seculum per ignem, prout multi dicunt, ⁊ habetur Matthei 25.

¶ De Laudibus. Cap. 2.

LAudes vero dicimus ad tentationes diaboli repellẽdas vnde Isa. 26. Expergiscimini ⁊ laudate, qui habitatis in puluere. s. carnis. ¶ Item dicuntur ad coronã glorię obtinendam, iuxta illud quod dicitur in Inuitatorio quadragesimę, Non sit vobis vanũ mane surgere ante lucẽ: quia premium dñs coronã vigilãtibus. Et dicimus hoc oficium in signũ, qõd iudei valde mane añ ortũ diei cõuenerũt ⁊ se congregauerũt vt interficerẽt. Jesum ¶ Secunda rõ, quare in hac hora laudes Deo vero canimus, est, vt ei de eius natiuitate ⁊ captione ⁊ nostra liberatione gratias agamus, ⁊ eius aduentum cum gaudio expectemus. ¶ Tertia ratio est, quare laudes illa hora dicimus, quia Deus mundum in mane creauit, ⁊ Aegyptios in mare submersit, ⁊ a mortuis resurrexit. Et ideo consonum est, vt illa hora Deo laudes debitas referamus, ne in mare huius mundi cũ Aegyptijs demergamur, ⁊ vt p nostra creatione, ⁊ eius resurrectione gratias Deo reddamus.

¶ De Prima. Cap. 3.

PRimam dicimus in signũ, quod ista hora Christus ad tẽplũ conueniebat, ⁊ populus mane ad eum venire festinabat. Et ideo nos exemplo eius ad horã primã vadimus: ⁊ in ortu solis eam dicimus. ¶ Scõa ratio quare ista hora prima dicitur, potest esse, quia tali hora Christus ligatus Pilato fuit iudici presentatus, vt habetur Matth. 27. ¶ Tertia ratio est, quia ista hora mulieribus apparuit, vt habet Jo. 20. Et iõ in hac hora prima diei laudes deo exoluimus, vt ipsum imitemur, ⁊ sibi resurgenti ⁊ apparenti gratias agamus, ⁊ vt tanquam oium principio ipsius diei primitias exoluamus.

¶ De Tertia. Cap. 4.

TErtiam dicimus in signum, quod illa hora Christus linguis iudeorum morti fuit adiudicatus, vt habetur de pẽn. di. 1. periculose. ¶ Secunda ratio est, qa in hora tertia spiritus sanctus super discipulos descendit. Unde cantat sancta mater ecclesia. Dum hora cunctis tertia, ⁊ Act. 2. cum sit hora diei tertia. ¶ Tertia ratio est, qa tali hora Christus ad columnã, fuit ligatus, ⁊ ibidem atrociter verberatus: deinde fuit in cruce positus, vt clare habẽ

tur

tur ista omnia dẽ Christi passione in sacris euangelijs, ⁊ de cõs. dist. 1. nocte sancta. ¶ De Sexta. Cap. 5.

SExtam dicimus in signũ, quod in illa hora fuit Chr̃s crucifixus manibus militũ, vt habetur Jo. 19. ⁊ de pẽ. dis. 1. periculose. ¶ Secũda ratio est quare in hora sexta oramus, qa ista hora Christus clauis cõfixus est, ⁊ tunc tenebrę p vniuersum mundũ factę sunt: Nã sol quasi lugens vestibus nigris se induit, vt crucifigẽtibus Deũ lumen non pręberet, immo prohiberet in quantum posset, prout legitur Lu. 23. ¶ Tertia ratio est, quare in hora sexta Deum laudamus, quia tali hora Christus discipulis suis recũbentibus apparuit, ⁊ ipsis cernẽtibus est eleuatus in cęlũ, Lu. 23. Dar. 46. Act. 1.

¶ De Nona. Cap. 6.

NOnam dicimus in signum, quod Christus Dei filius passus illa hora reddidit Deo patri spiritum, dicens. In manus tuas ⁊c. vt habetur Lu. 23. ⁊ de celeb. miss. cap. In quadam. §. non ad esse hominis. ¶ Secunda ratio est, quare hora nona deum laudamus, quia illa hora, vt legimus, miles cũ lancea latus aperuit, vnde exiuit sanguis ⁊ aqua, vt habetur Joban. 19. ⁊ de conse. dist. ⁊. c. 1. de summa trin. c. 1. in cle. ¶ Tertia ratio est, quia in hora nona cętus apostolorum adorandum conuenire consueuerat. Act. 3. Et ideo nos exemplo ipsorum idem facere debemus, iuxta illud quod habetur de elec. cap. significasti. 2. q. 2. c. Deus omnipotens.

¶ De Uesperis. Cap. 7.

VEsperas dicimus in signum, quod Christus illa hora, cum sero factus esset, in cęna sacramentum corporis ⁊ sanguinis sui instituit, ⁊ pedes discipulorum lauit, vt habetur Joban. 12. ¶ Secunda ratio est, quare in hora vespertina Deum laudamus: quia ista hora Christus fuit depositus, prout habetur Matth. 27. ¶ Tertia ratio est, quia in hora vespertina discipulis euntibus in castellum Emaus Christus in habitu peregrini apparuit, vt habetur Luc. vlti. ⁊ 1. q. 1. Dominus in prima.

¶ De Completorio. Cap. 8.

COmpletorium dicimus in signũ qõ illa hora corpus Chr̃i positus fuit in sepulcro, vt habet Lu. 23. ⁊ de cõs. di. 1. Consulto. ¶ Scõa rõ est, qa in hac hora Christus sudauit guttas sanguinis seu sanguineas, vt habet Lu. 22. de cele. mis. c. In quadã. §. pe. in fi. ¶ Tertia ratio est, qa in hac hora deputata fuit custodia monumenti sui sacratissimi corporis, vt habetur Mat. vlt.

¶ Quare diuersimode horę incipiunt. Cap. 9.

QUest notandum, quia contingit peccare tripliciter, scilicet corde, ore, ⁊ opere. Ideo tribus modis diuersis incipiunt horę. Et matutinę qdẽ p Dñe labia mea aperies. Cõpletoriũ p Cõuerte nos Deꝰ salutaris nr̃. alię hore p mediũ, s. Deus in adiutorium meum intende. ¶ Dñe labia, dicimus cõtra peccata oris. Deus in adiutoriũ, contra peccata operis. Conuerte nos Deus, cõtra peccata cordis. ¶ Sed qa in peccato cordis ⁊ oris est aliqd operis, ideo p omnes horas diei dicimus, Deus in adiut. Monachi aũt in matu-

tinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis dicunt prius, Deus in adiutorium, & postea, Dñe labia mea aperies. Et rō est: quia sine auxilio Dei, nec corpus, nec labia ad eius laudem operari, vel aperiri possunt. Et ideo dī Jo. 15. Sine me nihil potestis facere: & habetur trāsumptiue. 26. q. 4. c. Epi eorū. ¶ Hymni q dicunt ante horas diei, significant laudem. ¶ Psalmi, q similiter dicunt ad horas, significant bonam & diuinam operationem. ¶ Antiphonę significant charitatis copulam. ¶ Capitula, exhortationem boni operis, seu diuini. ¶ Respōsoria significāt bona opera. ¶ Uersiculi significāt fructus. ¶ Oratio signicat misericordiam Dei, quę precedit, & subsequitur hominem in bonis operibus.

¶ De his qui tenentur dicere horas canonicas. Cap. 10.

Tria ex sacris canonibus aūt accepta, q ligāt ad diuina officia horas Ordo, Beneficiū, & solēnis religiosorū Professio

ET nota quod sacerdos promotus ad sacros ordines, vel habens bñficium ecclesiasticū, tenet ad istas septē horas dicendas, vt probatur, 91. dist. c. presbyter. & de cele. miss. c. presbyter. & at. de apostatis. c. 1. Et hoc verū est, nisi sint infirmi. nam tunc excusant. ar. 91. dist. c. clericus victus. Et ex hoc patet quod non debent immiscere horas sub vna oratione, ficut aliqui faciunt male: sed singulas dicāt distincte. Debet aūt clericus horas reddere in ecclesia, si potest, iuxta dictum Psalmistę. In ecclesiis benedicite dñm. Alias reddat vbi honeste & commode poterit. Debent ēt se conformare clerici iuxta modum & ordinem officiandi suę ecclesię cathedralis. De conse. di. 2. Institutio. 12. dist. de his. ¶ Officium vero mortuorum prętermitti non debet, nisi dies solennis impediret, vt extra de celeb. miss. ca. quidem enim. Et est ratio, quia qui quid possidemus, ex mortuis habuimus.

TRACTATVS QVALITER DISPENSANDVM sit Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Quibus Eucharistię Sacramentum dispensandū sit, & qbus nō. Ca. 1.

DIcto superius qualiter sacratissimū corpus Dñi nostri Jesu Christi sit rite consecrandum, restat nunc dicendū quibus & qualiter sit dispensandū. Ubi primū nōtandū qō sacerdos ex debito officij sui debet suos parochianos & subditos diligentius verbo & exēplo informare, & inducere ad deuotionē tanti, tāqz salutiferi sacramenti. De cele. miss. c. Sane. Nā in immensitate tanti sacramenti oculus caligat rationis: Credere enim iubemur, discutere prohibemur: sed fm quod S. A. Ecclesia credit, eos ad credendū inducat: & quod ab ea deuiare nec in vita nec in morte intendant, vt accedat quod legitur. 24. q. 4. Duo ista. De hęre. cap. Ad abolendā. & eo. ti. c. super eo. li. 6. Aduertendū est aūt, quod sacerdos ne periculū effusionis sanguinis Christi, nō cōicat populum de sanguine ex calice. Sed hoc nihil refert, qa in hostia cōsecrata est totū corpus & totus sāguis aīa & diuinitas Christi: & similiter in calice cōsecrato sāguine est tot' Christus, sicut in hostia, vt p̄dictū est. Sacerdos aūt rationabiliter suscipit vtrūqz in missa: quia hoc facit in memoriā passionis Domini nostri Jesu Christi: in qua totus sanguis Christi fuit a corpore separatus, & in terra sparsus.

¶ Quę

¶ Quę sint quę impediant communicandum. Cap. 2.

SAcerdos igitur sacramentum dominici corporis dispensaturus, debet illud dare omnibus Christi fidelibus, saltē semel in anno, postquā ad annos discretionis peruenerint: tā masculis quā fęminis. De pęn. & re. c. omnis vtriusqz: nisi aliqō impedimētū occurrat. ¶ Impedimēta aūt sunt ista. ¶ Primo, omnis hęreticus, schismaticus, excōmunicatus. 1. q. 1. c. Reperiū tur. Simoniacus, publicus cōcubinarius, & notorius peccator, videlicet cōfessus, vel conuictus, vel dānatus de crimine, ita quod nulla possit tergiuersatione celari, nō est cōmunicādus, si in talibus perseueret: quia hoc sacramentū dandū est pęnitētibus, & nō perseuerantibus in peccato. Nā ex institutione ecclesię nullus debet cōmunicare, nisi prius cōfiteatur. c. omnis de pęni. & re. supra alleg. Unde, qñ sacerdos scit aliquē publicū peccatorē, non debet eū communicare, nisi cōstet de emendationis ppōsito. Si aūt sciuerit peccatū subditi secretū, & ille in pascha petit communionez in publico, ex officio tenetur ipsum cōmunicare, ext. de. of. ord. c. si sacerdos. exemplo Christi, qui Judā cōmunicauit, quē sciebat esse traditorē. ¶ Secundo, nō est cōmunicādus hystrio, magus, scenicus, leno, & alijs publicis & iniustis actibus deseruientes. De conse. di. 2. pro dilectione. ¶ Tertio pueris ante annum discretionis, & amētibus & furiosis nō est dādū hoc sacramentum. Si tamen furiosus hēt lucida iterualla, & deuote petit sacrm, superueniēte furia pōt cōicari: nisi timeatur de vomitu, vel sputo, vel alia irreuerentia sacramenti. 26. q. 6. cap. is qui. Idē dicendum de phreneticis. ¶ Quarto, infirmāti & petenti sacramentum, si timetur de vomitu, non debet dari. prędicto capitu. Is qui. ¶ Quinto polluto pollutione nocturna, quę prouenit causa peccati mortalis, puta, quia consensit in cogitationē turpez carnalez, vel quia studiose inebriatus est, vel crapulatus: si ex aliqua istarum causarum sequitur pollutio, prohibēdus est a communione. Si vero ex dęmone, vel infirmitate, vel purgatione nature hoc euenit, nō est ei denegāda cōmunio. ¶ Sexto coniugati debent per triduum ante sacramēti communionem abstinere ab actu carnali. De conse. di. 2. c. omnis homo. Qui si voluptate ducti inuicē miscentur, prohibendi sunt a communione. 33. q. 4. c. vir cum prophęta. Similiter si in delectatione, ebrietate, vel crapula non fuit deliberatio: quamuis fuerit peccatū veniale, nō debet ei denegari sacramētū. Melius tamē esset pro tali die abstinere a cōmunione. ¶ Septimo, prohibentur a cōmunione pugnātes in duello. 2. q. 5. c. monomachiā. & nō debet ei dari cōmunio. ¶ Octauo non ieiunis, nisi in necessitate. De cōs. dist. 2. c. liquido. 7. q. 1. ca. nihil. Nō impedit cōmunionez, si quis lauando os, aliquid cibi, qō inter dentes remāserat, vel modicū aquę deglutiret, quia per modum saliuę illud accepit: & contra voluntatem deglutiuit. Si quis ante mediā noctem cibum sumpserit, siue dormierit, siue nō, potest communicare. Si vero post mediam noctē, nō potest: nisi in mortis periculo constitutus. Hęc S. Tho. in 3. par. questio. 30. ¶ Dandū est autē hoc sacramentū personis fidelibus, puris, & sine peccato

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortali existentibus,quia sacramentũ purũ est:ideo pure a puris sumendus est:quia qui aliter sumit,indigne sumit:z qui mãducat z bibit indigne hoc sacramentũ,iudiciuz sibi manducat z bibit.1.Cor.11. Dęmoniacis si illud deuote petãt dari debet,qa posset esse causa suę liberationis. Mulieri puerperę,vel mẽstruũ patiẽti dari debet,sed melius est supsedere vsqz ad purificationẽ,pp reuerẽtiã scri. Leprosis ẽt z morbo Gallico laborãtibus,corrosis z cõsumptis labijs z dẽtibus,si timetur de periculo electionis,dari nõ debet,alias cõicãdi sunt. Excõicandi sunt etiam cõdẽnati ad mortẽ,etiam hęretici si illud deuote petũt.13.q.vlt.c.fi.de pen.z remis.c.1.in clem. Si aũt habere nõ poterũt:credant in Christũ:qa hoc est spũaliter maducare. De cõse.dis.2.cap. vt qd paras. Excõicato nunquã dari debet corpus Chri:nisi i articulo mortis,z illud deuote petẽti,absoluto eo prius ab excõicatione:z pstita cautione satisfactionis,sicut tenet:z etiã pstito iuramẽto sacerdoti,q si sanabit,pnãtabit se illi,q eũ põt absoluere. Quod si nõ fecerit,incidit in eãdẽ sniam excõicattonis. Sigs excõicatus,vel notorius peccator mittit pro confessore,vt cõfiteatur,z interim amittit loquelam,si ostendit signa contritionis,facta fideiussione a parentibus vel amicis,absoluetur z communicabitur. Idem fiat si sensum perdiderit,z probari possunt signa cõtritionis. Hęc ex sacris Theologis in 4.senten.excerpta sunt.

De triplici eucharistię sacramenti sumptione. Cap.3.

TRes esse huius sacramẽti sumẽdi rationes ex patrũ traditione docuit sacra Tridentina Synodus. Sess.3. cap.8. Primo sacramentaliter tm̃,quomodo pctõres sumũt,q fine debita aię corporisqz ppatione sumere audẽt,atqz hi nullos ex sacramẽto fructus pcipiunt,imo dãnationẽ. Secundo spũaliter tm̃,atqz ita sumũt illi,q desiderio ac voto ppositũ illũ cęlestẽ panẽ edũt,q tametsi non oẽs,maximos qdẽ vtilitatis fructus fide viua,q̃ p dilectionẽ operat,inde pcipiũt. Tertio sacramẽtaliter z spiritualiter:hoc modo sumunt,qui adhibita debita pręparatione ad hoc sacramentum sumendum accedunt,biqz amplissimos atque vberrimos ex ipso fructus cõsequuntur.

Ordo cõicãdi populũ in ecclesia,tã in Pascha,qz in alijs diebus. Ca.4.

AFrica formã cõicandi populũ in ecclesia,hic ritus seruãdus est. Sacerdos recõciliatis pęnitẽtibus, se debet ad missam pręparare, z tot particulas cõsecrare,quot populo suo sufficere credit. Finita missa,retẽtis paramentis,vel si nõ celebrauit,pro tũc indutus superpelliceo cũ stola, cereis accẽsis,cõuersus ad cõicãdos genuflexos coram altari,facto primũ signo crucis super se,z admonitis omnibus,q̃ se signent faciat eos dicere Confiteor sicut in missa dicitur. Vel si magis expediens iudicauerit faciat eis confessionẽ, sicut habetur supra in cap.de ritu celebrandi missas, post offertorium. fol.66. Finito Confiteor vel prędicta cõfessione,sacerdos dicat. Miseretur vestri ops deus:z dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos cum omnibus suis sanctis in vitam ęternam. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum. Oremus. Oratio. Deus,

DEus,cuius indulgẽtiã oẽs rogamus,memento famulorũ famularumqz tuarũ,q lubrica terreni corporis fragilitate nudati sunt:da q̃s,veniã confitentibus,parce supplicibus:vt qui suis meritis accusantur, tua miseratione saluentur. Per Christum dominum. Oremus. Oratio.

DEus misericordię,Deus pietatis,Deus indulgentię,indulge, quęso, z miserere his famulis z famulabus tuis:vt delictorũz, q̃ nobis corã te suo ore cõfessi aperuerũt,nulla in eis macula reseruetur in terris:z per pęnitẽtię luctũ ad tua mereant venire promissa. Per Christum dñm. Oratio.

DOminus nr Jesus Chs,q dixit discipulis suis.q̃cũqz ligaueritis sup terrã,erũt ligata z in cęlis,z quęcunqz solueritis sup terrã,erunt soluta z in cęlis:de quorũ numero,q̃uis indignos,nos esse voluit:ipse vos absoluat p ministeriũ nrm ab oibus peccatis vestris:q̃cunqz cogitatione,vel locutione,aut operatione negligẽter egistis:atqz a nexib⁹ pcõrũz vestrorz absolutos pducere dignetur ad regna cęlorũ. Qui viuit z reg. Tũc sacerdos conuersus ad altare,inclinãs se profunde corã sacramento accipiat particulaz super patenam:z vnam in manibus accipiens ostendat omnibus, dicẽs Dicatis oẽs,sicut ego dico. Dñe nõ sum dignus,vt intres sub tectum meum,sed tantum dic verbo z sanabitur anima mea. Et repetat secundo z tertio eadẽ verba in vulgari. Quo tertio repetito,dat corpus dñi oibus successiue dicẽdo. Corpus dñi nri Jesu Chri custodiat,z perducat te in vitã ęternã. Faciẽdo signũ crucis cũ hostia sup singulos. Et sic cõicet oẽs q sunt in primo ordine. Qui posteaquã sacramẽtũ sumpserint,surgãt,z alũ veniãt:z similiter cõicẽt. Et postquã cõicauerint,accipiãt ablutionẽ ex calice, quẽ aliqs minister tenebit a dextris altaris pãno inuoluto pede calicis,ad quẽ oẽs tergũt os suũ. Et sic purificati genuflectãt corã altari donec omnes fuerint cõicati. Quo facto sacerdos super eos dicat ℣. Ostende nobis dñe misericordiam tuã. ℟. Et salutare tuũ da nob. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

DEus qui nobis sub sacramẽto mirabili passionis tuę memoriã reliqsti,tribue,q̃s,ita nos corporis z sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redẽptionis tuę fructũ in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. Orem. Oro.

SPiritus nobis dñe tuę charitatis infunde,vt quos sacramẽtis paschalibus satiasti,tua facias pietate cõcordes. Per dñm nrm Jesus Chm filiũ tuũ. Qui tecũ viuit z regna in vnit. eiusdẽ rc. ℟. Amẽ. Postea benedicat eis dicẽs. Et benedictio Dei oipotẽtis,pa ✠ tris,z fi ✠ lij,z spũs ✠ sancti descendat super vos,z maneat semper. Amen. Quo dicto si tunc celebrauit dicat euangelium. In principio Et eo dicto,omnes recedunt.

Ordo ad communicandum infirmum. Cap.5.

QUam aliquis infirmus fuerit cõicãdus,sacerdos pulsare faciat cãpanã, aliquot ictus dãdo ex vna sola parte cãpanę ad cõuocandos conuicinos,q volũt sociare corpus Chri. Quibus cõgregatis z intortitijs accẽsis sacerdos cũ superpelliceo,z stola,z pluuiali paratur,z duo clerici:quorũ vnus portet laternã cuz lumine,z alter aquam benedictaz,z cãpanulas, z libellum

processionalem,q habeant superpellicea. Et accipit sacerdos corpus domini reuerenter,z ponit duas particulas ad minus in tabernaculo,quod panniculo serico cooperit:habens pannū sericū longū super spatulas suas: z postas corpus dñi ante faciē suā eleuatū, vadit ad domum infirmi:z post eū alter clericus q portat laternā,sequat:z si fieri pōt,put Rome fit,quatuor psone deferāt baldachinū super corpus dñi z sacerdotē. Postea sacerdos,z illi q portant intortitios, debinc alij mares,z femine sequantur. Interim in camera infirmi pareāt locus aliquis, q sit coopertus mappa albissima:sup quo Sacerdos possit reclinare tabernaculū corporis Christi. Ibi et parentur cyathi cū vino z aqua. Ingress' Sacerdos cū corpe Chri camerā dicit, Pax huic domui. ℟. Et oibus habitantibus in ea. Deinde deposito tabernaculo super locū paratū,accedens ad infirmū aspergat eū aqua bñdicta,dicēs Añas. Asperges me. ps. Miserere mei Deus. Gloria. z repetitur Añia. Asperges me do. Qua repetita dicat Sacerdos. ℣. Saluū fac seruus tuum. ℟. Deus me' sperātē in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliū de sancto. ℟. Et de Sion tuere eū. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus in eo. ℟. Et filius inigtatis nō apponat nocere ei. ℣ Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaud. ℟ Et clam. ℣ Dñs vobis. ℟ Et cum spir. Oremus. Oratio.

DEus infirmitatis humane singulare presidium, auxilij tui super infirmū famulū tuū ostende virtutē:vt ope misericordie tue adiutus, ecclesie tue sancte incolumis repsentari mereatur. Per Chm. Deinde infirmus dicat. Confiteor. si scit:vel sacerdos faciat ei confessionē sicut superius in ordine celebrandi missas fol.63. Postea dicat Misereat z Indulgētiā. Postea absolutionē. Dñs Jesus Chs. vt supra in gñali cōione.cap.immediate ꝓcedēti. Postea sacerdos eleuet corpus dñi de pyxide vel calice,z ostēdat infirmo,dicēs Credis q̄ hic sit Chs saluator mūdi? Quo dicēte. Credo. Dicit sacerdos. Dic ficut ego dico: Dñe nō sum dignus vt intres sub tectum meū,sed tm̄ dic verbo,z sanabit anima mea. Quo dicto ter,sacerdos dās infirmo eucharistiā dicat Accipe frater vel soror viaticū corporis dñi nri Jesu Chri:q te custodiat ab hoste maligno,z pducat in vitā eternā. Amē. Postea sacerdos lauet digitos suos cū vino puro z aqua,z tradat infirmo lotionē nihil dicens. Peracta communione sacerdos dicat ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobis. ℟ Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

ODomine scte,pr̄ ops,eterne Deus,te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nro vel sorori nre sacrosanctū corpus dñi nri Jesu Chri filij tui tā corpori,quā anime ,pfit ad remediū sempiternū. ℟. Amñ. Et hoc dicto ueru aspergat aquā bndictā,z dicat. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

EXaudi nos dñe sancte,pater omnipotēs,eterne Deus:z mittere dignetris sanctū angelū tuum de celis:qui custodiat,foueat,protegat,visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christū. ℟. Amñ. Quo dicto reuertatur ad ecclesiā dicēdo ps. Miserere mei Deus. Reuersus igit',ad ecclesiā sacerdos cū corpore dñi,dū fuerit añ chor, vel añ altare sacramenti,

sacramenti,vertat se ad eos,q sacramentum associauerūt genuflexos,z faciat eis breuē confessionē z absolutionem,z annunciet indulgentiam dierum ducentorum illis,qui sacramentū cū lumine sunt prosecuti: q vero sine lumine centum dies pro quolibet. Postea dicit super eos orationem. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OEus,qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliquisti,tribue,qs,ita nos corporis z sanguinis tui sacra mysteria venerari,vt redēptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis z regnas per omnia secula seculorum. Postea eleuato tabernaculo cum corpore dñi,faciat signum crucis super eos omnes,z reponat sacramentum in loco suo.

Caueat sacerdos,qō nō det corpus Christi alicui infirmo,nisi fuerit in bono sensu,ita qō cognoscat illud bene z aperte,qō quantūcunqs infirmus cōfessus fuerit peccata sua, Sacerdos cōicato infirmo,debet eis bonis verbis persuadere,quod si necesse fuerit,detur sibi sacramentum extreme vnctionis.

¶ Si eps infirmatur,z vult corpus dñi post confessionē sumere,sacerdos celebrans missam pro eo in camera,faciat oēs ceremonias prefatas,excepto q̄ reseruat particulam pro episcopo,z non totū sanguinē sumit, sed partem eius reseruat pro epō,quam post corpus dñi ei dat. Sacerdotes aūt infirmi quando communicāt,debent habere stolam a collo pendentes, z sic cōicare debent:23.dist.c.ecclesiastica. Alia oia, vt supra seruantur. Sacerdos parochialis debet visitare infirmos sepe. De celeb.c. 1. z stare ieiunus vsque ad horam congruam celebrandi:z si celebrat,non debet sumere purificationem propter necessitatem.s.possibiliter occurſuram,nisi alium habeat, per quem possit supplere:vt no. Panor. in d.ca. ¶ Item sacerdos parochialis potest sacramenta conferre peregrinis z hospitibus confluentibus ad ecclesiam suam,secundum Panor. in d.c.1.z mortuos ibidem sepelire:nisi alibi elegerint sepulturam:z eo casu debet habere quartam.

¶ De custodia sacramenti eucharistie. Cap. 6

ULtimo dicendum est de custodia sacramenti Eucharistie,que maxima cum reuerentia z custodia sub clauibus firmissimis debet conseruari, ne ad manus maleficorum deueniat:ne,q̄ ecclesie z christiano populo datū est ad salutem,diabolo operante ad ꝓnicie conuertatur. de cele.miss.ca. Sane. De custo.eucha.ca. Statuimus. ¶ Sacerdos aūt in hoc negligēs, si p ei? incuriā z malā custodiā corpus dñi fuerit male expositum,debet tribus mensibus ab officio suspendi:z siquid nefarium inde factum fuerit, maiori pena est puniendus. Aduertat ēt sacerdos,ne hostie consecrate in magno numero p̄ conseruatione consecrent,ne corrumpantur a vermibus:z ideo firmo vase includi debēt,ne a muribus corrodantur:z in ipso vase lineus pāniculus, q̄ purificatorium dī,ponatur:in quo hostie reponantur, vt melius cōseruentur. Sepius aūt mutande sunt hostie,antique sumēde sunt,z recētes cōsecrāde. Quod si aliqñ a vermibus corrodunt,si species integre remanent: ga ibi est corpus Chri,reuerenter z diligēter a vermibus sunt purgāde,z sumēde: ver

Universidad de Deusto
Biblioteca

mes vero cōburēdi sunt sup patenā:ꝛ cineres in sacrario reponi debēt. Debet ēt sacerdos ante corpus Chri tenere lāpadē accensam,ga ibidē est corpus dñi nr̄i Jesu Christi,Qui est vera lux,q̄ illuminat oēs homines venientē in hunc mundū. Jo. 1.c. Et debet sacerdos non solū cōseruare diligenter sacramentū eucharistię,verū ēt oia ad illud ordinata debet tenere mūda ꝛ nitida, sicut paramenta,calices,corporalia,altaria,ꝛ ecclesiā:alias peccat mortaliter, ga hoc ei in iure p̄cipitur. De custo.euch.ca. Reliqui. Nec debet p̄mitte/re in ecclesiis poni supellectilia,vasa ꝛ alia ad laicos p̄tinētia,nisi in casu bellorum,aut incendiorum repentinoꝝ,aut propter alias necessitates vrgentes; ꝛ eo casu cessante necessitate ad loca pristina reportentur. ¶ Ex concil. Turon. Ca.4. Omnis p̄sbyter habeat pyxidē,aut vas tāto sacramēto dignū, vbi corpus dñicum diligenter recōdat,ad viaticū vandū recedētibus a seculo. Semperq; sup altare habeatur eucharistia obserata pp mures ꝛ nefarios homines: ꝛ de septimo in septimū diē semper mutet.i.a p̄sbytero illa sumatur:ꝛ alia,quę eodem die consecrata est,in locum eius subrogetur:ne forte diutius obseruata,mucida,(qō absit) fiat. ¶ Ex epistola Clemētis Papę. Cap.28. Presbyter semper eucharistiam habeat paratam,vt quando quis infirmatus fuerit,statim eum communicet,ne sine communione moriatur.

¶ De pēnitentia male seruantis sacramentum. Cap. 7.

EX concil. Aurelian.c.6. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit,vt a vermibus cōsumptū ad nihilū deuenerit,tres quadragesimas in pane ꝛ aqua pēniteat. Si integer inuentus fuerit in eo vermis,cōburat:ꝛ cinis sub altari cōdat,ꝛ q neglexerint,quatern̄is diebus sua negligentiā soluāt. Si cū amissione saporis decolorat sacrificiū. 20. dies expleātur ieiunio. Cōglutinatum vero septē dies q in causa sit pēniteat. ¶ Ex concil. Reme. c.3. Corporale,super quod sacra oblatio immolatur,ex mundissimo ꝛ purissimo linteo sit:nec in eo alterius generis materia pretiosior aut vilior misceatur,nunquā sup altare remaneat,nisi in tempore missę:sed aut in sacramentorum libro ponatur,aut cum calice,ꝛ patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluitur a sacerdote,diacono,vel subdiacono,primo in ecclesia,in loco ꝛ vase ad hoc p̄parato abluatur,eo quod ex dominico corpore ꝛ sanguine infectum sit. Post hęc a lauandario nitide lotio paretur.

¶ Casus prohibiti ꝛ cōcessi tpe gñralis interdicti ecclesiastici. Cap. 8.

ISti aūt sunt casus cōcessi,ꝛ phibiti tpe gñralis interdicti ꝑm dñm Jo. And. de Cald. Bonon. famosissimū vtriusq; iuris doc. ¶ Primo cōferri pōt baptismus,cū officio catbecumenoꝝ. ¶ Jtē cōfirmatio pōt ꝓferri, ꝛ chrisma cōfici. ¶ Jtē pēnitētia imponi pōt,ꝛ absolui,remanentibus alijs circūstā tijs. ¶ Jtē infirmis pōt dari corpus Chri i p̄ntia astātiū. ¶ Jtē corpus Chri pōt portari cū lumine,ꝛ cāpana pulsari. ¶ Jtē pulsari pōt cāpana ꝑ p̄dicatione,ꝛ p̄dicari. ¶ Jtē nō dēt pulsari aliqua cāpanula ꝑ diuino officio ad cōgregationē clericorū. ¶ Jtē nō dēt pulsari aliqua cāpana, vel cāpanula ꝑ funere. ¶ Jtē laici possiunt pulsare cāpanā ad ostēdēdū tps horarum,

rarū sicut tertiā,ꝛ nonā ꝛc. ¶ Jtē pōt pulsari ad Aue maria. ¶ Jtē famuli sacerdotū in ecclesia nō collegiata possiunt admitti ad diuina, nō aūt collegiata. ¶ Jtē sacerdos potest mutare famulū ꝛ aliū recipere, vel ēt si ille mo reret:dū tn̄ ille electus sic,nō esset in alia ecclesia collegiatus vel intitulatus. ¶ Jtē archipresbyteri rurales,q̄ cōficiūt baptismū,p̄nt accipere p̄sbyteros rurales. ¶ Jtē laici admitti p̄nt ad crucē adorādā i parasceue. ¶ Jtē extrema vnctio nō pōt dari nec laicis nec clericis. ¶ Jtē cōmendatio aiarū fieri pōt tā laicis q̄ clericis. ¶ Jtē pōt fieri officiū circa sepulturā clericorum, sed nō laicorū,voce submissa.sine cātu,exclusis secularibus,nō pulsatis cāpanis p̄sente corpore. ¶ Jtē clerici q sunt interdicti nō possūt celebrare, nec laici diuina audire in ecclesia extra ciuitatē,nec in ciuitate interdicta, nec etiā peregrini existētes. ¶ Jtē mulieribus p̄gnātibus,vbi timetur de morte, potest dari corpus Chri. ¶ Jtē ecclesię possūt cōsecrari ꝛ reconciliari,ꝛ altaria stātia,ꝛ viatica,ꝛ paramēta,ꝛ vasa sancta,ꝛ oratoria consecrari, sed tn̄ secrete. ¶ Jtē in quatuor festis priuilegiatis. s. Natalis Dñi, Paschę,ac Pētecostes,ꝛ Assumptionis Virginis.c.alma.de sen.exc. in 6. nō pōt fieri officiū circa funus publice,nec clericis,nec laicis,nec debēt laici in cęmeterijs sepeliri. ¶ Jtē in p̄dictis quatuor festis pōt alia missa priuate cātari, quā missa de festo:dūmodo missa de festo nō omittatur. ¶ Jtē in p̄dictis quatuor festis clerici beneficiati nō p̄nt in alia ecclesia officiare,si autē nō habēt ecclesias,p̄nt:dico tamē nō collegiatā:dico etiā si p̄sbyter nō careat clerico:pōt etiā in collegiata celebrare. ¶ Jtē in p̄dictis quatuor festis,sequēs cōpletoriū cātari nō pōt. ¶ Jtē clerici diuersarū ecclesiarū in ciuitate interdicta nō possūt extra ecclesiā dicere simul officiū:extra ciuitatē tn̄ possūt:dūmodo ipsi clerici nō sint interdicti. ¶ Jtē clerici possūt dare substitutos,seu vicarios loco sui:si ex hoc habēt priuilegiū,vel ab hoie, vel a iure, dūmodo nō sint officiati alibi,si autē alias,nō possunt. ¶ Jtē moniales, seu sorores per episcopū approbatę ꝛ cōfirmatę,nō habentes propriū sacerdotē determinatū p̄nt aliū p̄cio cōducere,qui eis missā celebret,ipsis p̄sentibus:dūmodo non sint interdictę,nec sacerdos aliā habeat ecclesiā:ꝛ talis potest eis sacramēta conferre per totū annū. ¶ Jtē laici interdicti nō possunt extra ciuitatē cōmunicare,nec audire diuina:si autē nō sunt interdicti, ꝛ ex speciali priuilegio ad diuina admittantur,non possunt in quatuor diebus priuilegiatis cōmunicare,nec etiā clerici interdicti possunt communicare:si autem nō sunt interdicti possunt. ¶ Jtem panis,ꝛ fructus oliuę, ꝛ huiusmodi possunt secrete benedici ꝛ dari clericis,ꝛ laicis:in festis vero priuilegiatis possunt publice benedici,ꝛ dari. ¶ Jtem benedictio sponsorum potest fieri in die aliquo priuilegiatorum,in alijs autem non. ¶ Jtem non potest fieri aliquod officiū mulieribus post partū,nisi in diebus priuilegiatis. ¶ Jtē fieri pōt benedictio mensę p̄sentibus secularibus,cū non sit de horis canonicis,nec competat ratione alicuius ordinis,potest enim Laicus hoc facere.

Quinti tractatus primę partis libri sacerdotalis Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRACTATVS SEXTVS
primę partis libri Sacerdotalis.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ vnctionis, & ei annexis, & consequentibus:

DE MATERIA, FORMA, MINISTRO, effectu sacramenti extremę vnctionis, & quibus corporis partibus dari debeat, & an debeat iterari. Cap. 1.

EXtremę vnctionis sacramẽtū debet dari laborãtibus in extremis. Et istud sacramentum inducit mũdationem a peccatis. Circa quod plura aduertenda sunt, videlicet,

Materia, Forma, Minister, Effectus, Quibus dari debet. Quib⁹ corporis partibus, Et an possit reiterari.

¶ Materia sacramenti extremę vnctionis, quę sit. Cap. 2.

MAteria huius sacramenti est oleum oliuarũ, & nõ aliud oleũ, ab episcopo prius sanctificatũ, & benedictũ. Quod sacramentum Christus instituit, quando apostolos ad prędicandum missos docuit oleo vngere infirmos, Marc. 6. Et beatus Jacobus in canonica sua. 5. c. dicit: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesię: & orent super eum, vngentes eũ oleo sancto. Et tale oleum vocatur Oleum infirmorum, non catbecumenorum. Unde diligenter aduertat sacerdos, ne vnum pro alio ministret: de Sacra vnct. c. Unctio. Et si errore boc fecerit, debet caute suppleri per sacerdotem. de Sacramentis iterandis vel non. cap. 1. in fine.

¶ Forma huius sacramenti, quę sit. Cap. 3.

FOrma huius sacramenti sunt verba, quę profert sacerdos quando inũgit infirmum. scilicet. Per istam vnctionem & suam pijssimam miseri cordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, per auditum &c. Et licet varię sint formę huius sacramenti, tamen melius est vti forma S. R. Ecclesię, quę est mater & magistra aliarum ecclesiarum.

¶ Forma sacramẽti extremę vnctionis bęc est. Per istã vnctionẽ & suã pijssimã miam indulgeat tibi Dñs quicquid deliqsti p visus, simlr in alijs mẽbris.

¶ Mi

¶ Minister huius sacramenti quis sit. Cap. 4.

MInister huius sacramenti est solus Sacerdos, & non alius. Qđ patet in prędicta authoritate sancti Jacobi. cap. 5. vbi ait, Inducat presbyteros &c. 25. dist. 5. Sed quęritur, & c. sequen. Nec est de necessitate, quod sint plures sacerdotes prȩsentes, sed vnus solus cũ clerico potest sacramentũ cõferre. De verbo. significa. c. quęsiuit. Si tñ sint plures sacerdotes melius est. Et ille qui inungit, debet dicere verba, & ceteri respondere, & assistere, & pro infirmo orare.

¶ De effectibus huius sacramenti. Cap. 5.

EFfectus huius sacramenti est multiplex. Primus est cõsolidatio spũalis debilitatis p peccatũ inductę. Dicit. n. S. Tho. q⁹ talis vnctio dã quędã spũalis sanatio, qa dat cõtra quãdã inhabilitatẽ, vel ineptitudinẽ, q̃ in nobis remãserũt ex peccato actuali, vel originali, vel venialiũ peccatorũ remissio. Secũdus effectus est sanitas corporalis, si diuina sapientia id nouerit infirmo vtiliter expedire. Tertius est: qa p istud scr̃m remittũtur peccata venialia & mortalia, q̃ ignorat, vt in eadẽ authoritate beati Jacobi. Et si in peccatis fuerit, dimittẽtur ei. Jacob. 5. c. Quartus est diminutio pęnę pcõ mortali debitę. Quint⁹ est gr̃ę augmẽtũ, q̃ in hoc sacr̃o cõferẽ & augetur, nisi obex ponat, & ex cõsequẽti, gloria. Sextus est interior lętitia, & robur cõtra dęmonis insidias, quę potissime tũc insũt. Septimus arctatio diabolicę potestatis, q̃ nõ est ita potẽs sũpto sacramẽto. Octauus est, prestatio decedẽtis, q⁹ pmãserit i fide militãtis ecclesię, ex qua vadit ad ecclesiã triũphãtẽ, tãquã miles, qui fideliter pugnauit.

¶ Quibus dari debeat hoc sacramentum. Cap. 6.

HOc sacramentum dari debet solis infirmis adultis & pœnitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: & illis, qui instanter petunt illud & petierunt, licet tunc nihil intelligant propter mortis anxietatem, vel phrenesim, vel aliud accidens: pueris autem, ac euntibus ad pugnam, aut alio modo in periculo casuali mortis positis, ac etiam ad mortem damnatis, non datur.

¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Cap. 7.

DAndũ est aũt hoc scr̃m in illis corporis partibus, & locis, p q̃ morbus in aiam intrauit. Et, qa quinq; sensus sunt illi, p quos potissimũ hõ peccat, ideo in illis locis dãdũ est.

¶ Ex cõcil. Florẽ. pdicto. Hoc scr̃m infirmo, de cuius morte timet, dari debet. Qui vngẽdus est in oculis pp visus: in auribus pp auditũ: in naribus pp odoratũ: in ore pp gustũ, vel locutionẽ: in manibus pp tactũ: in pedibus, pter gressũ: in renibus pp delectationẽ ibidẽ vigẽtẽ. Hęc ibi. Mulieribus nõ vngũtur renes pp honestatẽ. Et si gs nõ bẽt oculos, vel nasus, vel alia mẽbra, inũgãtur loca magis ppinqua dictis sensibus, vel locis, q inũgi deberẽt. Inũgũtur ẽt renes: qa in eis incẽtiuũ libidinis cõsistit. Ideo Saluator nr̃ Luc. 12. dicit: Sint lumbi vestri przcincti, &c. Nõ debẽt autẽ scapulę inungi, qa vnctę fuerunt in baptismo. Nec manus presbyteri vngendę sunt interius, sed exterius: quia prius ab episcopo interius inunctę fuerunt in ordinatione sacerdotij. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungatur, ne inunctus decedat. di. 5. cap. bap.

¶ An

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ An hoc sacramentum possit reiterari. Cap. 8.

POtest aũt reiterari hoc sacrm toties, quoties infirmus morti appropin quare videt. Sed in eadẽ infirmitate, si fuerit lõga, ⁊ timetur de peri culo mortis, poterit reiterari semp. Si vero sit infirmitas breuis, nõ reiterat, nisi recidiuauerit. Nec est expectãdũ ad inungẽduz infirmũ vsqz ad vltimũ: qa tũc nullũ sẽsuz, vel deuotionẽ habere põt. Et debet dari ẽt illud recusãti, dũmodo sit pẽnitẽs, ipsuz ligãdo p manus, ⁊ pedes, ⁊ brachia, ⁊ sic inũgi. Qui negligũt recipere hoc sacramentum, vel contemnunt, grauiter peccant: ⁊ tpe interdicti ecclesiastici hoc sacramẽtuz nõ debet cõferri. Sacerdotes curati, qui renuũt, aut negligũt hoc sacramẽtũ cõferre, nõ euadũt peccatũ mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrũ oleũ mutare: ⁊ vetus in ecclesię lãpadi bus ad cõburẽdũ ponere. Et si ꝓtrariũ faceret, grauiter peccaret. de cõs. dist. 4. Sigs de alio. Et si sacrũ chrisma, vel oleũ catbecumenorũ, vel infirmorũ, ex vsu defecerint, debet sup illa imponi oleũ nõ benedictũ, ⁊ totũ efficitur be nedictum. De consec. eccle. vel alta. c. ꝙ in dubijs. Sacerdos nõ debet pe tere in collatione huius sacramenti pecuniã, quia simoniacus esset: sponte tñ oblatã potest recipere. 1. q. 3. c. vlt. Et si infirmus petierit hoc sacramen tum, ⁊ antequã sacerdos veniat, loquelã amiserit, vel notitiã, nibilominus sa cerdos eũ inũgat. 26. q. 5. c. bis q. ⁊ de sent. excõm. c. a nobis. 2. qa in tali casu ẽt deberet baptizari: ⁊ a petis absolui. De bapt. ⁊ eis effect. c. maiores. Sacrũ chrisma, oleũ catbecumenorũ, ⁊ oleum infirmorum seruari debet in ecclesia, in loco decenti, ac sub clauium custodia, non tamen in eodem loco, vbi Eu charistię sacramentum seruatur propter eiusdem reuerentiam.

¶ Ordo ad vngendum infirmum secunduz Romanam curiam. Cap. 9.

SAcerdos vncturus infirmũ, in primis accipiat oleũ sctũ, deinde ordi nate procedat, dicendo ꝑm. Miserere mei. vt dictũ est supra in cõmu nione. Cũ autẽ peruẽtũ fuerit ad locum, vbi iacet infirmus, sacerdos intrãs dicat ℣. Pax huic domui ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde stans ante ęgrotum dicat ℣. Adiutorium nrm in noie dñi. ℟. Qui fecit ęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum sp. Oremus. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nostris, ⁊ me indignum, qui primum misericordia tua indigeo, clementer exaudi: ⁊ quem non electione me riti, sed dono gratię tuę constituisti huius operis ministrum, da fiduciam tui muneris exequendi, ⁊ ipse in nostro ministerio, quod tuę virtutis est opera re. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

INtroeat dñe Jesu Christe domum hanc sub nostrę humilitatis ingres su ęterna felicitas, diuina prosperitas, serena lętitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dęmonũ: adsint angeli pa cis, domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos nomen sanctum tuum: ⁊ bene ✝ dic nostrę conuersationi: sanctifica no strę humilitatis ingressum, qui sanctus ⁊ pius es, ⁊ permanes cum patre ⁊ spiritu sancto in secula seculorum. ℟. Amen. Oratio.

Oremus

ORemus ⁊ deprecemur dñm nostrum Jesum Christum, vt benedicen/ do bene ✝ dicat hoc tabernaculum, ⁊ omnes habitantes in eo: ⁊ det eis angelum bonum custodem: ⁊ faciat eos sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, ⁊ ab omni perturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo cu stodire dignetur. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula secu lorum. ℟. Amen. Deinde dicat banc orationem.

EXaudi nos dñe sctẽ, pr̃ oẽs, ęterne Deus, ⁊ mittere digneris sanctũ an/ gelum tuũ de ęlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atqz defendat oẽs habitãtes in hoc habitaculo. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Et ponat imago crucifixi ante oculos infirmi, vt ea possit respicere. Deinde in modum crucis aspergat ęgrotum aqua benedicta: postea dominum, dicẽdo Añ. Asperges me dñe. cuz ℣. Miserere mei Deus. ⁊ Gloria pa. ⁊ Sicut erat. ⁊ repetitur aña. Asperges me. vt supra. Deinde immediate faciat ęgro tus confessionem: ⁊ dicat Confiteor. Quo dicto sacerdos dicat.

OMinus noster Jesus Christus te absoluat: ⁊ ego absoluo te ab om/ ni vinculo excommunicationis maioris, siue minoris, suspensionis, vel interdicti, ⁊ ab omnibus peccatis tuis: ⁊ restituo te vnitati, ⁊ communioni sanctę matris ecclesię absolutum. In nomine pa ✝ tris ⁊ fi ✝ lij ⁊ spiritus ✝ sancti. Amen. Et tunc omnes clerici astantes dicant, legendo septem psal mos penitentiales. Dum autem psalmi dicuntur, vel cum dicti fuerint, sacer/ dos intincto pollice in oleo sancto dicat absolute.

IN noie pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spus ✝ sctí: extinguaki te oĩs virtus diabo/ li, p impositionẽ manuũ nostrarũ: imo p inuocationẽ oĩum sanctoz ange loz, archangeloz, patriarcharũ, ꝓphetaz, apostoloz, martyrũ, confessorum, virginum, atque omnium simul sanctorum. ℟. Amen. Quo dicto, faciat si/ gnum crucis de oleo sancto in corpore ęgri in septem locis subscriptis, ad vnamquamque crucem, propriam orationem dicendo. Ad Oculos.

PEr istã sanctã vn ✝ ctionẽ, ⁊ suã pĩssimã misericordiã, parcat tibi dñs, qui cquid deliquisti per visum. ℟. Amen. Minister vero tergat locũ inunctũ cũ stuppa, reponẽs eam in vase mundo: ⁊ sic faciat post quãlibet vn ctionem. Ad aures. Per istã sanctã vn ✝ ctionẽ, ⁊ suã pĩssimã misericordiã parcat tibi dñs qcquid deliquisti p auditũ. ℟. Amen. Ad nares. Per istã sanctam vn ✝ ctionem, ⁊ suaz pĩssimaz misericordiã, parcat tibi dñs qcquid deliquisti p odoratuz. ℟. Amen. Ad labia. Per istã sanctã vn ✝ ctionez, ⁊ suã pĩssimã misericordiã, parcat tibi dñs qcqd deligsti p gustũ, ⁊ locutionez. ℟. Amen. Ad manus. Per istã sanctã vn ✝ ctionem, ⁊ suã pĩssimã miseri cordiã, parcat tibi dñs qcquid deliquisti per tactum. ℟. Amen. Ad pedes. Per istã sanctã vn ✝ ctionem, ⁊ suã pĩssimã misericordiã, parcat tibi domi/ nus qcquid deliquisti p gressum. ℟. Amen. Ad lũbos. Per istã sanctã vn/ ✝ ctionem, ⁊ suã pĩssimã misericordiã, parcat tibi dñs quicquid lumborum delectatione deliquisti. ℟. Amen. Postea dicat sacerdos.

Unxi

Vnxi te oleo sancto in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti. Et non la
teat in te immundus spiritus, ⁊ dolor, siue insanabilis languor, neque in
membris tuis, neqz in medullis, neqz in compaginibus membrorz tuorũ: sed vir
tus Christi altissimi in te corroboretur. Quẽ sicut vnxit Samuel Dauid in re
gẽ ppbetã, olei operatione, oipotentis virtute, sic suo sancto medicamine te
vnxi, quatenus per huius mysterij operationem, ⁊ per banc sacrati olei vn
ctionem atqz nram deprecationem, virtute sancte Trinitatis medicatus atqz
refectus, pristinam ac meliorată recipere merearis sanitatẽ a dño oipotẽte.
Qui viuit ⁊ regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

Per istam sanctam vnctionem, ⁊ per Dei virtutem, ⁊ per mysterij no
stri benedictionem, sanctificentur ab omni sorde peccati manus ⁊ os,
cor quoque ac sensus, visus, auditus, gustus, tactus, ⁊ odoratus, ac totum cor
pus tuum, ⁊ anima tua: ⁊ idoneus efficiaris ad inuocandum atque sanctificã
dum Deum ⁊ benedicendum nomen eius. Reddat tibi dominus letitiam sa
lutaris tui, ⁊ spiritu principali confirmet te, ⁊ spiritum sanctum innouet in vi
sceribus tuis: ⁊ ne auferat illum a te. Sed benedictio dei patris, ⁊ filij, ⁊ spiri
tus sancti descendat super te: copiosaque super caput tuum defluat: ⁊ in ex
trema corporis tui descendat: Interius exteriusque te repleat, atque circum
det: ⁊ sit semper tecum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Sanet te Deus pater oipotens, qui te creauit. Sanet te Jesus Christus,
qui pro te passus est in cruce. Sanet te spiritus sanctus, qui tibi in ba
ptismo infusus est. Sancta trinitas vnus Deus gratiã suam ad profectus sa
lutis anime ⁊ corporis in te augeat: ⁊ ab omni malo te liberet, ac in bono iu
giter conseruet. Qui viuit ⁊ regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen.

Quibus oibus peractis, ⁊ a clericis psalmis ⁊ litanys lectis, sacerdos dicat.

℟ yrie eleison. Christe eleison. ℟ yrie eleison. ℣ Pater noster. Sub silẽtio. ℣.
Et ne nos inducas in ten. ℟. Sed libe. ℣. Saluũ fac seruũ tuũ. ℟. Deus
meus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. ℟. Et de Sió
tuere eũ. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pfi
ciat inimic⁹ in eo. ℟. Et filius iniqtatis nõ apponat nocere ei. ℣. Dñe exau.
℟. Et clamor. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omine Deus, qui per apostolum tuum locutus es, Infirmatur quis
in vobis, inducat presbyteros ecclesie, ⁊ orent super eum vngentes eũ
oleo sancto in nomine domini: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum, ⁊ alleuiabit
eum dñs: ⁊, si in peccatis sit, dimittentur ei: cura (quesumus) redẽptor noster
gratia spiritus sancti languores istius infirmi: ⁊ sua sana vulnera: eiusque di
mitte peccata: atque dolores cunctos cordis ⁊ corporis ab eo expelle: plenã
que ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde, vt ope misericor
die tue restitutus ad pristina reparetur officia. Qui cũ patre ⁊ spiritu sancto
viuis ⁊ regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oratio.

Respice, qs dñe, famulum tuum in infirmitate sui corporis fatiscentem:
⁊ animam refoue quam creasti: vt castigationibus emẽdatus se sentiat tua

tua medicina saluatum. Per Christum dominum nostrũ. ℟. Amen. Oro.

Omine sancte, pater oipotens, eterne Deus, q benedictionis tue gra
tiam egris infundendo corporibus, facturam tuaz multiplici pietate cu
stodis, ad inuocationem tui nominis benignus assiste: vt famulus tuũ N. ab
egritudine liberatum, ⁊ sanitati donatũ, dextera tua erigas, virtute confirmes,
potestate tuearis, atqz ecclesie tue sanctisqz altarib⁹ tuis, cuz omni desiderata
psperitate restituas, Per Christum dominum nostruz. ℟. Amen. Oratio.

Dominus Jesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te re
ficiat: circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te
custodiat: super te sit, vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat
in secula seculorum. Amen.

Postea stuppa proiciatur in ignem. His omnibus peractis reuertantur
ad ecclesiam: ⁊ Crux remaneat coram infirmo.

Ordo vngendi infirmum sm vsum priarchatus Venetiarum. Ca. 10.

Sacerdos accedere volens ad vngendum infirmum, sumpto superpelli
ceo, ⁊ stola, ⁊ libello, cum ministro ad infirmum accedat. Et ibidem su
perpelliceo ⁊ stola paratus accedens ad lectum infirmi dicat. Pax huic do
mui, ⁊ omnibus habitantibus in ea. Et aspergat infirmum, ⁊ thalamum, ⁊
astantes aqua benedicta. Quo facto paucis verbis infirmum consoletur: ⁊
hortetur ad habendam spem ⁊ fiduciam in domino Deo. Et postea dicat.
Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens, ⁊ misericors Deus, immensam pietatem tuaz humiliter
imploramus, vt ad introitum humilitatis nostre in tuo nomine hũc fa
mulum tuum N. in hoc habitaculo iacentem fessum salutifere visitare digne
ris, sicut visitasti Tobiam ⁊ Sarram, socrum Petri, puerumque Centu
rionis, atque eum restituas pristine sanitati anime ⁊ corporis, vt recepta ipsa
pristina sanitate, gratiaz tibi i eccla tua referat actionẽ. Per Chriz. ℟. Amẽ.
Deinde sacerdos intingens pollicem in oleo sancto infirmorum, vngat ca
put infirmi in modum crucis, dicens.

Ungo caput tuum oleo sanctificato. In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊
spiritus ✝ sancti: vt more militis vncti prẽparatus ad luctamen, possis
aereas superare cateruas: Per Christuz. ℟. Et extergatur stuppa locus
inunctus, ⁊ ponat in vase mundo. ℂ Ad oculos.

Ungo oculos tuos oleo sanctificato. In noie pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spũs
✝ sancti: vt quicquid de illicito visu deliquisti, huius olei vnctione ex
pietur: Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amẽ. ℂ Ad aures.

Ungo has aures sacrati olei liquore, In noie pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spũs
✝ sancti: vt qcqd delectatione nociui auditus admissum est, medicina
spirituali euacuetur: Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amen. ℂ Ad nares.

Ungo has nares oleo sacrato, in noie pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spũs ✝ sancti:
vt qcquid noxio vapore cõtractũ est ab odore superfluo, ista emender vn
ctio, vel medicatio: Per Christũ dñm nostrum. ℟. Amen. ℂ Ad labia.

Ungo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ungo labia ista consecrati olei medicamento, In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti: vt quicquid gustu superfluo ⁊ inordinato, vel otiosa vel criminosa peccasti locutione, diuina clemẽtia miserãte hac vnctione expurgetur. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. ℭ Ad pectus.

Ungo pectus tuum oleo sancto: vt hac vnctione protectus, fortiter stare valeas aduersus aereas cateruas, In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti, sit hęc vnctio olei sanctificati ad purificationẽ mentis ⁊ corporis: Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. ℭ Ad scapulas.

Ungo bas scapulas, siue in medio scapulaꝝ oleo sacro, In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti: vt ex omni parte spirituali ꝓtectione munitus, valeas diabolicos impetus viriliter contemnere, ac procul pellere eos robore superni inuaminis repellere: Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℭ Ad manus.

Ungo bas manus oleo sanctificato, In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti: vt quicquid illicito, vel noxio tactu vel opere peregerũt, per hanc vnctionem euacuetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℭ Ad pedes.

Ungo bos pedes oleo benedicto. In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti: vt quicquid superfluo, vel nociuo incessu commiserũt, ista aboleat vnctio, vel medicatio. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen.

ℭ Benedictio super infirmum inunctum. Cap. 11.

Bene ✝ dictio Dei omnipotentis cũ angelis suis sit super te. ℟. Am.
Bene ✝ dictio domini nostri Jesu Christi cuꝫ apostolis suis sit super te. ℟. Amen.
Bene ✝ dictio Spiritus sancti cum septeꝫ donis suis sit super te. ℟. Am.
Bene ✝ dictio sanctę ecclesię catholicę cum filijs suis electis sit super te. ℟. Amen.
Bene ✝ dictio sanctę Marię virginis matris domini nostri Jesu Christi cum filiabus suis sanctis sit super te. ℟. Amen.
Bene ✝ dictio sancti Petri principis apostolorum ⁊ omnium apostolorum sit super te. ℟. Amen.
Bene ✝ dictio quatuor Euangelistarum Christi, cum quatuor Euangelijs ⁊ quatuor passionibus Christi sit super te. ℟. Amen.
Bene ✝ dictio sanctę crucis Christi, cum virtute altissimi sit super te. ℟. Amen.
Bene ✝ dic domine famulum tuum, sicut bene ✝ dixisti Adam per passionem filij tui domini nostri Jesu Christi. ℟. Amen.
Bene ✝ dic domine famulum tuum, sicut bene ✝ dixisti Noe, ⁊ filios eius post diluuium. ℟. Amen.
Bene ✝ dic domine famulum tuum, sicut bene ✝ dixisti Abraham propter fidem suam. ℟. Amen.
Bene ✝ dic domine famulum tuum, sicut bene ✝ dixisti Moysen per decem

cem verba legis, quę dedisti ei in monte Sinai. ℟. Amen.
Bene ✝ dic Domine famulum tuum, sicut bene ✝ dixisti Dauid, pp eius deuotionem ad te, ⁊ propter fortitudinem manuum suarum. ℟. Amen.
Bene ✝ dictio omnium gentium cęlestium sit super te. ℟. Amen.
Fiant merita ⁊ orationes omnium sanctorum tecum in diebus ⁊ noctibus: in verbo ⁊ facto, in cogitatione, ⁊ omni tempore commendo te sub potestate sanctissimę Trinitatis. ℟. Amen.
Illuminet faciem tuam super te dominus, ⁊ misereatur tui. ℟. Amen.
In nomine pa ✝ tris, ⁊ fi ✝ lij, ⁊ spiritus ✝ sancti accipe sanitatem mentis ⁊ corporis. ℟. Amen.
Hęc vnctio per istud signum sanctę cru ✝ cis, ⁊ per oleum sancti ✝ ficatum, ⁊ per donum sancti ✝ spiritus fiat tibi ad sanitatem ⁊ sempiternam salutem. ℟. Amen. Deinde dicat Sacerdos. ℣. Dominus vobiscuꝫ. ℟. Et cuꝫ spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

Omine Jesu Christe, qui es saluatio, ⁊ redemptio nostra, qui es vera salus, ⁊ medicina, ⁊ a quo omnis sanitas, ⁊ medicamẽtum venit, qui apostoli tui voce instituis, vt languidos olei liquore tangentes vngamus: postulamus misericordiam tuę pietatis, ⁊ quęsumus, vt respicias propitius super hunc famulum tuum ab illa summitate cęlorum, vt quem languor curuat ad exitum, ⁊ virium contractio pertrahit ad occasuꝫ medela tuę gratię saluti restituat castigatum. Extingue in eo libidinum ⁊ febriũ actus, ęgritudinum ⁊ cupiditatum tormẽta, dissolue superbię inflationem, tumoremqꝫ compesce: vlcera ⁊ putredines vitiorum euacua, viscerum interna, cordiumque ac medullarum, ⁊ cogitationum sana discrimina: conscientiarum atque plagarum abducito cicatrices: phyficis, ⁊ phantasmaticis adesto periculis: veteresque atque immensas remoue passiones: opera carnis sanguinisque materiam cõpone: ac delictorum illi veniam propitiatus attribue: ficque illum iugiter custodiat pietas tua: vt nec ad corruptionem aliquando sanitas, nec ad perditionem te auxiliante perducat infirmitas: fiatque illi hęc olei sacra perunctio concita morbi przsentis expulsio, ⁊ peccatorum omnium optata remissio, te concedente saluator mundi. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Propitietur dominus cunctis iniquitatibus huius infirmi: ⁊ sanet omnes languores illius: redimatqꝫ de interitu perpetuę mortis vitaꝫ eius: ⁊ corroboret ⁊ satiet in bonis omnibus desideriuꝫ ipsius. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorũ. ℟. Amẽ. Concede nobis dñe famulis tuis, vt orantes cũ fiducia dicamus. Pater noster. totum. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Libera noꝫ, quęsumus Domine, ab omni malo: ⁊ custodi nos semp in omni opere bono Jesu Christe author oium bonorum.

ℭ Benedictio cinerum, in quibus ponendus est infirmus moriens, ⁊ cilicij quo cadauer defuncti est inuoluendum. Cap. 12.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cęlum, ⁊ terraꝫ.

℣ Domi-

℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus,qui non mortem,sed pœnitentiam desideras peccatorum,fragilitatem conditionis humanæ benignissime respice:& hos cineres, quos causa proferendæ humilitatis,atque promerendæ veniæ famulo tuo imponi, & cilicium quo eum indui decreuimus,bene ✝ dicere pro tua pietate digneris:vt qui se cinerem esse ob prauitatis suæ meritum,& in puluerem reuersurum se cognouit,peccatorum omnium veniaz,& præmia pœnitentibus repromissa a te misericorditer consequi mereatur. Per Christum dominum nostrum.Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

¶ Exorcismus cineris.

EXorcizo te cinis in nomine Dei patris ✝ omnipotentis ,& in nomine Jesu ✝ Christi filij eius,& spiritus ✝ sancti,qui te per ignem in faullam conuerti præcepit,vt sicut iussione Dei per sanctum famulum suũ Moysen cinis vitulæ in populo aspersus omnem congregationem sanctificauit Israel,ita & tu exorcizatus in nomine sanctæ trinitatis,& in terra cilicio aspersus efficias,vt in famulo Dei non lateat diabolus,sed manifestetur atque expellatur:vt purus & sincerus inueniatur. Per dñm nostrum Jesum Christum,qui venturus est iudicare viuos & mortuos,& seculum per ignem.

¶ Item benedictio cilicij.

BEne ✝ dic domine hoc cilicium , quod famulus tuus pro humilitatis & pœnitudinis suæ deuotione indui appetiuit , vt sicut Niniuitarum populo in cinere & cilicio pœnitenti pepercisti,ita & famulus tuus humiliationis,& professionis suæ indutus vestimento,a te,creatore suo,omnium indulgentiam consequatur delictorum. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amẽ.

Tunc aspersis cineribus & cilicio aqua benedicta,imponat vtrunque super infirmum,vel etiã defunctum,& dicat sequentẽ orationez. Oremus. Oratio.

IMduat te dominus vestimento salutis:& qui vt nobis humilitatis ostẽderet formam, vilibus voluit indui pannis in præsepio,ipse te faciat corde contrito & humiliato sibi assistere:vt sicut habitum hunc abiectionis te fecit extrinsecus induere,ita ipse vestimento immortalitatis,& stola iucũditatis te intrinsecus induat. Per eundẽ dñm nr̃m Jesum Christum filiũ Dei: qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in sæcula sæculorũ. ℟. Amẽ.

Tunc super infirmũ sacerdos cineres aspergat,& cilicium super eum ponat. Si autem iam mortuus fuerit,similiter eum aspergat,& cilicium eũ induat.

¶ De oratione facienda in visitatione infirmorum. Cap. 13.

QUm sacerdos aliquam personam infirmam decumbentem visitauerit, & aliquam orationez super eam facere voluerit,poterit vti forma infrascripta,videlicet. ¶ Primo intrans domum, vel cameram infirmi dicat. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et accedens ad lectum infirmi,eũ dulciter saluet,ad patientiam hortetur, & aliqua verba sancta pro ipsius exhortatione & consolatione dicat. Et quia infirmitas corporalis frequẽtius euenit propter infirmitatẽ spiritualem,vt in c. cum infirmitas,de pœnit.& remissio. hortetur eũ,vt si cito velit sanari ab infirmitate,etiã si infirmitas non sit multũ grauis,integram & veram confessionem faciat de omnibus peccatis suis. Post modum sacerdos dicat. Charissime,si dñs tibi præstare dignabitur sanitatẽ,nõ proponis de cætero pro viribus tuis a peccatis cauere,& eius mandata pro posse seruare? Quo promittente,dicat sacerdos ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

IMtroeat,quæsumus domine Jesu Christe,domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna fœlicitas,diuina prosperitas,serena lætitia,charitas fructuosa, sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus dæmonuz, adsint angeli pacis, domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos nomen sanctum tuum: bene ✝ dic conuersationi nostræ,sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus & pius es, & permanes cum patre & spiritu sancto in sæcula sæc. &c. ps. Domine ne in furore. j. fol.48. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Sequentia S. Euang. secundũ Matth. ℟. Gloria tibi dñe. Dum sacerdos dicit, Sequentia sancti, signum crucis faciat super se in fronte super os, & super pectus,& similiter super infirmum:maxime si fuerit masculus:si vero femina fuerit,dum sacerdos se signat,per semetipsam in locis prædictis se signet:& hoc idem in sequentibus Euangelijs obseruetur.

IN illo tempore: Cum introisset Jesus Capharnaum accessit ad eum Centurio rogans eum,& dicens: Dñe puer meus iacet in domo paraliticus,& male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniã,& curabo eũ: Et respondens Centurio ait: Dñe non sum dignus, vt intres sub tectum meum,sed tãtũ dic verbo,& sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus,habens sub me milites:& dico huic, vade,& vadit:& alio, veni,& venit:& seruo meo,fac hoc,& facit. Audiens aũt Jesus miratus est,& sequẽtibus se dixit: Amen dico vobis,nõ inueni tãtã fidẽ in Israel. Dico aũt vobis, q multi ab oriente & occidente venient:& recũbent cũ Abrahã Isaac & Jacob in regno cælorũ: Filij autem regni eijcient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Et dixit Jesus Centurioni: Vade & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eius ex illa hora. Oremus. Oratio.

ODomine sancte,pr̃ omps,æterne Deus , qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus,facturam tuam multiplici pietate custodis,ad inuocationem nominis tui benignus assiste: vt famulus tuum ab ægritudine liberatum,& sanitati donatũ,dextera tua erigas, virtute cõfirmes, potestate tuearis,atque ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Psalmus.

OConserua me dñe,qñ speraui in te,dixi dño, Deus meus es tu, qñ bonorum meorum non eges. Sanctis, qui in terra sunt eius , mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, postea

accelerauerũt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Dñs pars hereditatis mee, & calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meã mihi. Funes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi. Benedicam dñm, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. Prouidebam dñm in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. Dominus vobiscum. **Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.** ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Jesus: & exprobauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia his q viderant eũ resurrexisse a mortuis non crediderant. Et dixit eis: Euntes in mũdum vniuersum predicate Euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, cõdẽnabitur. Signa autẽ eos, qui crediderint, hec sequẽtur. In nõie meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in celum, & sedet a dextris Dei. Illi autẽ profecti predicauerunt vbique domino cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis. Oremus. **Oratio.**

Virtutum celestium Deus, qui ab humanis corporibus omnẽ languorem & omnem infirmitatem precepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo: vt fugatis infirmitatibus & viribus receptis, nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. **Psalmus.**

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustũ tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundũ cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Letabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quĩ saluum fecit dñs Christum suum. Exaudiat illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dexterę eius. Hi curribus, & hi in equis: nos autem in nomine dñi Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus. Dñe saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Dñs vobiscum, &c. **Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.** ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga, intrauit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et con

Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Oremus. **Oratio.**

Omine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, qui fragilitatem humane conditionis infusa virtutis tue dignatione confirmas, vt salutaribus remedijs corpora nostra & mentes vegetentur: super hunc famulus tuũ propitius intende: vt omni necessitate corporee infirmitatis exclusa, gratia in eo pristine sanitatis perfecta reparetur. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amen. **Psalmus.** Inclina domine aurem tuã. fo. 49. Dominus vobiscũ. **Sequentia sancti Euangelij secundum Johannem.** ℟. Gloria tibi dñe.

In illo tempore: Erat dies festus iudeorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis probatica piscina, que cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cecorũ, claudorũ, aridorum, expectantiũ aque motũ. Angelus autẽ dñi pm tempus descendebat in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque, sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentem, & cognouisset, quia multum iam tempus haberet, dixit ei: Vis sanus fieri? Respõdit ei languidus. Dñe hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabatum suum, & ambulauit. Erat autem sabbatus in illa die. Dicebant ergo Judei illi, qui sanus factus fuerat. Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuũ, & ambula. Interrogauerunt ergo eũ, quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatũ tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba cõstituta in loco. Postea inuenit eũ Jesus in templo, & dixit illi. Ecce sanus factus es, iã amplius noli peccare, ne deterius aliqd tibi cõtingat. Oremus. **Sio.**

Respice domine famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantẽ: & animam refoue, quam creasti: vt castigationibus emendata, cõtinuo se sentiat tua medicina saluatam. Per Christũ. **Psalmus.** Qui habitat in adiuto. f. 49. **Añа.** Media vita in morte sumus: quẽ querimus adiutorẽ, nisi te dñe: qui pro peccatis nostris iuste irasceris. Sãcte Deus, sancte fortis, sancte & misericors saluator, amarę morti ne tradas nos. ℣. Ne proijcias nos in tẽpore senectutis, cum defecerit virtus nostra ne derelinquas nos dñe. Sãcte Deus, &c. ℣. Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos dñe, & armis tuę potentię protege nos semper Deus noster. Sancte Deus, &c. ℣. Aspice domine de sede sancta tua, & cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam & audi: aperi oculos tuos & vide tribulationem nostram. Sancte Deus, &c. Gloria. Sancte Deus, &c. Kyrie eleison Christe, eleison.

℟. yrie eleison. ℣. ater noster. ℟. Et ne nos. ℣. Sed libera nos. ℟. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. ℣. Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. ℟. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis. ℟. Angelis suis Deus mandauit de te. ℣. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℟. Saluum fac seruum tuum. ℣. Deus meus sperantem in te. ℟. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℣. Et de Sion tuere eum. ℟. Nihil proficiat inimicus in eo. ℣. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℟. Esto ei domine turris fortitudinis. ℣. A facie inimici. ℟. Domine exaudi orationem meam. ℣. Et clamor meus ad te veniat. ℟. Dñs vobiscum. ℣. Et cum spiritu tuo. Oremus. Dio.

OMnipotens sempiterne Deus, infirmitatē famuli tui propitius respice: atq; ad protegendum eū dexteram tuę maiestatis extende. Oratio.

ONcede hunc famulum tuū, quęsumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, ⁊ eterna perfrui lętitia. Oratio.

OEus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, vt a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Oratio.

OEus, qui facturę tuę semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris: ⁊ famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: ⁊ visita salutari tuo: ⁊ celestis gratię presta ei medicinam. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Completa vltima oratione sacerdos vtranque manum ponat super caput infirmi, ⁊ dicat orationem de beato Vincentio, videlicet.

Hic orationem. Febricitantibus valere certū est.

SUper egros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Jesus Marię filius, mundi salus ⁊ dominus, meritis beati Vincentij confessoris sui sit tibi clemens ⁊ propitius. Amen. Postea dicat.

Initium sancti Euangelij secundum Johannem.

IN principio erat verbum, ⁊ verbum erat apud Deum: ⁊ Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebrę eam non cōprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt oēs crederent per illū. Non erat ille lux, sed vt testimoniū phiberet de lumine. Erat lux vera, q̄ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, ⁊ mundus per ipsum factus est: ⁊ mundus eum non cognouit. In propria venit: ⁊ sui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriā qua si vnigeniti a patre plenum gratię ⁊ veritatis. Postea subiungat dicens.

Dominus

DOminus Jesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te cōseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, te custodiat: sup te sit, vt te benē ✝dicat: qui cum patre, ⁊ spiritu sancto in vnitate perfecta viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Benedictio Dei omnipotentis pa ✝tris, ⁊ fi ✝lij, ⁊ spiritus ✝sancti descendat super te, ⁊ maneat semper. ℟. Amen.

Predicta oratio super infirmos potest abbreuiari ad hunc tum.

De petitionibus faciendis infirmo morienti valde vtilibus. Cap. 14.

SOlent frequenter a personis secularibus ex deuotione aduocari sacerdotes, vt assistant morientibus. Ideoq; taliter aduocati poterūt in tali tempore infrascriptam formam seruare, vel aliam, vt eis visus fuerit. Et primo ingredientes cameram infirmi dicant. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Postea accedentes ad infirmum, cuz dulciter salutent, ⁊ consolentur. Et si viderint eum morti proximum, si tū adhuc sit capax rationis, hortentur ad plenam subiectionem sui ipsius diuinę ⁊ bonitati ⁊ voluntati. Et cum viderint eum paratum ad moriendum, sacerdos petat ab eo infrascriptas petitiones per ordinem, morose ⁊ distincte, vt eas infirmus percipere possit, videlicet. Sacerdos. Credis omnes articulos fidei, ⁊ totam sacram scripturam, secundum expositionem sanctorum doctorum ⁊ catholicorū? Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Detestaris tu, ⁊ reprobas oēs hereses, ⁊ superstitiones a sancta matre ecclesia catholica damnatas, ⁊ reprobatas? Respōdeat infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide domini nostri Jesu Christi? Rndeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoscis te multū offendisse dñm Deum creatorē tuū, a quo tanta beneficia recepisti, ⁊ a quo habes quicquid boni habes? Rndeat infirmus. Cognosco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offensa cōtra dñm Deū, teipsum, ⁊ proximū tuū, qualitercunq; cōmissa? Rndeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de oi negligentia, ⁊ omissione bn̄ operādi, ⁊ de cōtemptu gratiarū a dño Deo tibi datarū? Rndeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de hoc, non timore mortis, vel cuiuscunq; pęnę, sed solū ex consideratione offensę diuinę bonitatis, quā offendisti? Rndeat infirmus. Ita doleo. Sacerdos. Desideras recordari oiuz peccatoz tuoz oblitorū, vt de ipsis habere possis specialē contritionē, ⁊ dolorē, ⁊ pęnitentiam? Rndeat infirmus. Desidero. Sacerdos. Proponis de cętero, si Deo placuerit te de hac ęgritudine sanatum, deincęps toto tempore vitę tuę cauere a peccatis mortalibus, ⁊ vitam tuam mutare: ⁊ potius quodcunque dānum tpale, ⁊ corporalē mortez sustinere, quā de cętero Deū p peccatū mortale offendere. Rndeat infirmus. Propono. Sacerdos. Rogas Deū, vt te in hoc sancto pposito conseruet. Rndeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis oibus inimicis tuis, qui verbo, vel facto, tibi vel tuis in aliquo nocuerunt, amore dñi Dei tui, a quo etiam tu veniā tuorū peccatoz petis, ⁊ hoc non solum verbo, sed corde, ⁊ firma volūtate. Rndeat infirmus. Parco. Sacerdos. Vis omnia integre restituere illis a qbus acquisiuisses, accepisses, vel habuisses p te

Sacerd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel per alios iniuste ⁊ indebito modo, ⁊ per hoc totā facultatē tuaz, si aliter satisfacere non posses exponere, ⁊ eidem renunciare. R̄ndeat infirmus. Volo: ⁊ paratus sum. Sacerdos. Credis non ꝓpꝛijs meritis, sed passionis dñi nr̄i Jesu Chr̄i virtute, ⁊ merito ad gloriā puenire. R̄ndeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis q̄ dñs nr̄ Jesus Chr̄s ꝓ nostra salute mortuus sit: ⁊ q̄ ex ꝓpꝛijs meritis, vel alio modo nullus possit saluari, nisi in merito passionis eius. R̄ndeat infirm⁹. Credo. Sacedos. Redde ei gratias toto corde, quā tum potes: ⁊ te ipsius passioni recommenda: ⁊ ipsam corde cogita, ⁊ ore quā tum potes nomina. R̄ndeat infirmus. Reddo. Sacerdos. Doles quod nō potes recordari de oībus peccatis tuis, q̄bus dñm Deum offendisti in quocunque loco, ⁊ cū qualicunq̄ ꝑsona, quę si recordareris, confitereris integraliter? R̄ndeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles, quod postquā veniam de peccatis tuis a dño Deo consecutus es: recidiuans reuersus es ad eadē, vel similia, vel maiora peccata? R̄ndeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Si occurrerit tibi diabolus, ei semꝑ appone merita passionis Chr̄isti. R̄ndeat infirmus. Apponā. Sacerdos. Si te tentauerit de fide, dicas te oīa credere, ⁊ confiteri, quę credit, ⁊ confitetur sancta catholica ⁊ apostolica ecclesia. R̄ndeat infirmus. Dicā. Sacerdos. Si dñs Deus voluerit te ꝺm tua peccata iudicare, dicas: Dñe Deus, ego pono mortem dñi mei Jesu Chr̄isti inter me ⁊ iudicium tuum: ⁊ quamuis meruerim ętternam mortem ꝓ peccatis mea, interpono tamen meritum passionis eiusdem loco meriti, quod ego miser deberem habere, ⁊ non habeo: Item dñe pono eandem passionē ⁊ mortem domini mei Jesu Chr̄isti inter me ⁊ iram tuam: ⁊ in manus tuas domine commendo spiritum meum. R̄ndeat infirmus. Dicam. Nō erit desperandum, vel dubitandum de salute illius, qui suprapositas petitiones corde crediderit, ⁊ ore confessus fuerit. Finitis prędictis petitionibus cum cęperit in agone mortis infirmus certare, poterunt legi infra posite passiones oēs, vel aliquę ipsarum, sicut necesse fuerit, ⁊ ēt repeti. Et cū viderint infirmū signis euidētibus morti, primū, intermittētes passiones, faciant recōmendationem animę, vt infra. fo. 112. Priusq̄ tū infirmus facere debet sequētes ꝓtestationes

De protestationibus faciendis a moriente. Cap. 15.

Prima protestatio.

In nomine sanctissimę trinitatis, patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti, Ego N. protestor coram te sanctissime angele Dei diuina pietate ex vtero matris mihi deputato: ⁊ coram te patre meo N. ⁊ coram omnibus vobis circūstantibus, quod in ea vera fide catholica, quā sancta Romana ⁊ apostolica profitetur ecclesia, ⁊ in qua omnes decesserunt sancti, mori desidero, ⁊ volo: Nec ad momentum temporis diutius viuere affecto, nisi quantus diuinę placuerit pietati, cui in omnibus conformiter meam subijcio voluntatem.

Secunda protestatio.

Item ꝓtestor, quod sub tua angelica protectione, ⁊ adiutorio diuinę gratię discedam: ⁊ sic mori intēdo absq̄ omni desperatione ⁊ fidei dubitatione: ita

ita quod neq̄ magnitudo, nec numerositas meorum peccaminū in barathrū desperationis me immergere debent, cum sciam, ⁊ veraciter credam vnam deifici sui sanguinis guttā in ara crucis effusaz, sufficisse in redēptionē totius humani gēris, si ita placitum fuisset diuinę pietati. Tertia protestatio.

Protestor quod in casu, vbi ex pusillanimitate spiritus ꝓ tremendum diuinum iudicium, cui astare habeo, aut dęmonis tēptatione, seu debilitate rationis (quod Deus auertat) aliquam inciderem desperationem, aut fidei dubitationem, hoc ipsum ꝓ nunc sana mente existens reuoco, casso, ⁊ ꝓ non tali facto habere volo, eo quod non animo sano ⁊ deliberato hoc ipsum eueniet, submittens me totaliter diuinę pietati. Quarta protestatio.

Protestor ēt, quod cum diuina misericordia nulli peccatori contrito ⁊ cōfesso remissionem suorum peccaminum denegat eam desideranti, q̄ eandez misericordiam ⁊ remissionem mihi impertiri velit, toto corde desidero: ⁊ peto illā consequi per merita amarissimę suę mortis, ⁊ virtutē p̄ciosissimi sanguinis sui ꝓ me effusi, i ligno sanctissimę crucis, ⁊ ꝓ merita ⁊ p̄ces sanctissimę suę matris, ⁊ oīuz sanctoꝝ Angelorum, ⁊ electorum. Quinta protestatio.

Protestor etiam super hanc petitionem, humili prece porrectā, vt diuina pietas me suscipere velit in numerū eorū hominum, quos ab ętterno prędordinauit, in extremo iudicio esse saluandos: si, ⁊ in quantum ꝓ meis peccatis exigentibus tandiu pęnas purgatorias substinere debeam, dūmodo in ętternum non secludat a sua pietate. Commendatio.

His ꝓtestationibus p̄missis sanctissime angele Dei tibi extremā meam voluntatem ⁊ affectionem ꝓ testamento animę meę commendo, tria mihi ex testamento Saluatoris miseri corditer impertiri rogans. Primo vnum lacrymosum intuitum ⁊ dolorosum suspirium: ex innumeris quos in cruce pendens tribus horis viuus habuit ad mitigandum dolorosos meos singultus ⁊ gemitus, ⁊ suspiria, quibus nunc premor. Et vt ipsa mater omnis gratię mecum condiuidere velit vnicum cordis sui virginei gemitum dolorosumque suspirium ac lacrymosum intuitum, ex innumeris, quos sub cruce stā do suspirijs ⁊ lacrymis habuit, filium vt redemptorem humani generis intuendo: Suscipiendo me in numerum eorum peccatorum, qui veniam ⁊ salutem ad minus in extremo iudicio per sua sanctissima merita ⁊ preces consequuntur. Secundo succurrat tua angelica pietas: vt quando miserum cor meum scindetur, ⁊ anima mea misera a corpore seꝑabitur, tunc inueniam placabilem iudicem: intuitu illius diuinę charitatis, in qua amorosum cor suum scindebatur in cruce ꝓ salute mundi: ⁊ sua diuinissima anima a diuinissimo corpore seꝑabatur. Ultimo sanctissime angele Dei, commendo tibi extremam horam vitę meę: vt exitum animę meę gubernando, ⁊ ab hostibus salutis me protegendo super has protestationes velis esse, vbi ⁊ quoties opus fuerit contra omnia pericula salus, fidelis testis, ⁊ protector.

Sitt sunt tres Pr̄ nr̄. ⁊ tres Aue Maria cū tribus orationibus quę debēt dici ꝓ animabus morientiū omnium: ⁊ multū eis prodest, si dicātur deuote.

℣ Primus. ℙ ater noſter. ℟ yrie eleiſon. ℚ briſte eleiſon. ℟ yrie eleiſ. ℙ ater noſter. Dicitur in memoria agonię Domini noſtri Jeſu Chriſti, ℣ Aue Maria gratia plena, Dominus ꝛc. Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte per agoniam, ꝛ orationem tuam ſanctiſſimam, qua oraſti pro nobis in monte oliueti: quando factus eſt ſudor tuus ſicut guttę ſanguinis decurrentis in terram, obſecro te, vt multitudinem ſudoris tui ſanguinei, quem pro timoris tui anguſtia copioſiſſime pro nobis effudiſti, offerre ꝛ oſtendere digneris Deo patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui: ꝛ libera eum in hac hora mortiſ ſuę ab omnibus anguſtijs ſuis, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum patre ꝛ ſpiritu ſancto viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

℣ Secundus. ℙ ater noſter. ℟ yrie eleiſon. ℚ briſte eleiſ. ℟ yrie eleiſ. ℙ ater noſter. in memoria omnium paſſionuꝫ domini noſtri Jeſu Chriſti. ꝛ Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obſecro te, vt omnes amaritudines paſſionum ꝛ pęnarum tuarũ, quas pro nobis miſeris peccatoribus ſuſtinuiſti in cruce, ꝛ maxime in illa hora, quando ſanctiſſima anima tua egreſſa eſt de corpore tuo ſanctiſſimo, offerre ꝛ oſtẽdere digneris Deo patri omnipotenti pro animã huius famuli tui: ꝛ libera eum in hac hora mortis ab omnibus peccatis ꝛ paſſionibus, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum patre ꝛ ſpiritu ſancto viuis ꝛ regnas in ſecula ſeculoꝝ. ℣ Tertius. ℙ ſ nr̃. Dicitur in memoria ineffabilis charitatiſ Dñi noſtri Jeſu Chriſti. ℟ yrie eleiſon. ℚ briſte eleiſon. ℟ yrie eleiſon. ℙ ſ nr̃, qui es in cęlis, ſanctificet, ꝛc. ꝛ Aue Maria gꝛa plena Dñs. Oro.

DOmine Jeſu Chriſte, qui per os prophetę dixiſti, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui: obſecro te, vt eandem charitatem tuam, quę te de cęlo ad terram, ad tolerandas omniuꝫ paſſionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, ꝛ oſtendere digneris Deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui: ꝛ libera eum ab omnibus paſſionibus, ꝛ pęnis, quas pro peccatis ſuis timet ſe meruiſſe, ꝛ ſalua animam eius in hac hora exitus ſui in gloria ęterna, ꝛ tu pijſſime dñe Jeſu Chriſte, qui redemiſti nos preciоſiſſimo ſanguine tuo, miſerere animę huius famuli tui: ꝛ eũ introducere digneris ad ſemp virentia, ꝛ amęna loca paradiſi, vt viuat tibi amore inuiſibili, qui a te ꝛ ab electis tuis ſeparari nunquaꝫ põt. Qui cũ patre ꝛ ſpiritu ſancto viuis ꝛ regnas in trinitate perfecta per infinita, ꝛc. ℟. Amen.

℣ Poſtea ſi adhuc vixerit ſubiungendę ſunt infraſcriptę orationes cum totidem. Aue Maria. Orationes dicendę in agone mortis ab beatam virginem Mariam. Cap. 16.

℣ Prima oratio.

MEdiatrix Dei, ꝛ hoium, fons miſericordię indefinenter effundens riuos copioſę gratię, Maria te rogo dulciſſima mr̃ Dei Jeſu Chriſti per illã perturbationẽ, quam habuiſti in corde tuo pijſſimo, tunc ꝛ deinceps cum

cũ Simeõ ſanctus ꝛ ſenex prophetãdo diceret, tuam ipſius aiam pertranſibit gladius, vt petas quatenus idẽ benedictus filius tuus de largiſſima clementia ſua donet huic famulo tuo per eandẽ perturbationeꝫ tuã, indulgẽtiã oĩum petõruꝫ ſuoꝝ. Et vt eum liberet ab oĩbus malis pręteritis, pręſentibus, ꝛ futuris. Amen. Aue Maria. ℣ Secunda Oratio.

℣ Auxiliatrix Dei ꝛ hominũ, ꝛ pacis ęternę condimentũ Maria te interpello ſpecioſiſſima regina cęli, per illã doloroſam perturbationem, quã habuiſti in corde tuo benigniſſimo, pro eo ꝙ filiuꝫ tuũ amantiſſimũ per triduũ amiſeras: vt roges eũ quatenus ipſe propter eandẽ turbationẽ tuã huic famulo tuo dignetur dare plenaꝫ cognitionem, perfectã contritionẽ, ꝛ puram confeſſionem, ſpem firmã, certam ſecuritatem a Deo nunq̃ ſeparandam: ꝛ ita perfectum ꝛ verum amorẽ, vt cũ illo amore tantã mereatur mercedem in cęlo acquirere, ac ſi ei multis annis cum perfectione ſanctiſſimę vitę diligentius ſeruiuiſſet. Amen. Aue Maria. ℣ Tertia Oratio.

Spiritus sanctus, a Patre, z Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Unus ergo pater, non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus: sed totę tres personę coęternę sibi sunt, z coęquales. Ita vt per omnia (sicut iam supra dictum est,) z vnitas in trinitate, z trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat. Sed necessariū est ad ęternā salutē: vt incarnationē quoqz dñi nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta: vt credamus, z cōfiteamur, qa dñs noster Jesus Christus Dei filius, Deus z homo est. Deus est ex substātia patris ante secula genitus: z hō est ex substantia matris in seculo natus. Perfectus Deus, perfectus hō, ex aīa rationali z humana carne subsistēs. Aequalis patri sm diuinitatē: minor patre sm humanitatē. Qui licet Deus sit z hō: nō duo tñ, sed vnus est Chr̄s. Unus autē nō cōuersione diuinitatis in carnē: sed assūptione humanitatis in Deū. Unus omno nō cōfusione substātię, sed vnitate personę. Nā sicut aīa rationalis z caro vnus est hō: ita Deus, z hō vnus est Chr̄s. Qui passus est pro salute nostra, descēdit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cęlos sedet ad dexterā Dei patris oīpotentis: inde venturus est iudicare viuos z mortuos. Ad cuius aduētū oēs homines resurgere habent cum corporibus suis: z reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibūt in vitam ęternam: qui vero mala, in ignem ęternū. Hec est fides catholica, quā nisi quisque fideliter firmiterqz crediderit, saluus esse non poterit.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Matthęum. Cap. 22.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Scitis qa post biduū pascha fiet: z filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotū, z seniores populi in atriū principis sacerdotū, qui dicebatur Cayphas: z cōsiliū fecerunt, vt Jesum dolo tenerent z occiderēt. Dicebāt autē. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autē esset Jesus in Bethania, in domo Simonis leprosi: accessit ad eū mulier habēs alabastrū vnguēti pretiosi: z effudit super caput ipsi recūbentis, videntes autē discipuli, indignati sunt, dicentes. Ut quid pditio hec? Potuit enim vnguentū istud venundari multo, z dari pauperibus. Sciēs autē Jesus, ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonū operata est in me. Nā semper pauperes habebitis vobiscū: me aūt nō semper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prędicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur, z quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum: z ait illis. Quid vultis mihi dare, z ego eum vobis tradam? Ait illi constituerunt ei triginta argēteos. Et exinde quęrebat opportunitatē, vt eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad

ad Jesum dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? At Jesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam: z dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus: z parauerunt pascha. Vespere autē facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis: z edentibus illis, dixit. Amen dico vobis: qa vnus vestrum me traditurus est. Et cōtristati valde, cęperunt singuli dicere. Nunquid ego sum dñe? At ipse respondens ait. Qui intingit mecū manū in paropside: hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Vę autem homini illi, per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cęnantibus autē eis accepit Jesus panē, z benedixit ac fregit, deditqz discipulis suis, z ait. Accipite z comedite: hoc est corpus meū. Et accipiens calicem gratias egit, z dedit illis dicens. Bibite ex hoc oēs. Hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Dico autē vobis, non bibā amodo de hoc genimine vitis vsqz in diē illum: cū illud bibā vobiscū nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tunc dixit illis Jesus. Oēs vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiā pastorem, z dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, precedam vos in galilęā. Respondens autē Petrus, ait illi. Et si oēs scandalizati fuerint in te: ego nunquā scādalizabor. Ait illi Jesus. Amē dico tibi: quia in hac nocte: antequā gallus cātet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiā si oportuerit me mori tecum: nō te negabo. Similiter omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quę dicitur Gethsemani, z dixit discipulis suis. Sedete hic donec vadam illuc, z orem. Et assumpto Petro, z duobus filijs Zebedęi, cępit contristari, z męstus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima vsqz ad mortem. Sedete hic, z vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, z dicens. Pater mi, si possibile est, trāseat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, z inuenit eos dormientes. Et dixit Petro. Sic? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, z orate, vt non intretis in tentationē. Spiritus quidem promptus est, caro autē infirma. Iterum secundo abijt, z orauit dicēs. Pater mi: si nō potest hic calix trāsire, nisi bibam illū: fiat volūtas tua. Et venit iterū, z inuenit eos dormiētes: erāt enim oculi eorū grauati. Et relictis illis, iterū abijt, z orauit tertio eundē sermonē dicēs. Tūc venit ad discipulos suos, z dixit illis. Dormite iā z requescite. Ecce appropinquabit hora, z filius hois tradet in manus peccatorū. Surgite: eam⁹. Ecce appropinquauit q me tradet. Adhuc eo loquēte, ecce Judas vn⁹ de duodecim venit: z cū eo turba multa cū gladijs z fustib⁹, missa a principibus sacerdotū, z seniorib⁹ ppli. Qui autē tradidit eū, dedit illis signū dicēs.

Quem-

℣ Quemcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum: ℭ Et confeſtim accedens ad Jeſum dixit. ℣ Aue rabbi. ℭ Et oſculatus eſt eū. Dixitq; illi Jeſus. ✠ Amice ad quid veniſti? ℭ Tunc acceſſerūt, & manus iniecerūt in Jeſum, & tenuerunt eū. Et ecce vnus ex biſ, qui erant cū Jeſu, extendens manū exemit gladiū ſuū, & percutiens ſeruū principis ſacerdotū amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jeſus. ✠ Conuerte gladium tuum in locū ſuū. Oēs enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non poſſum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebūtur ſcripturę? Quia ſic oportet fieri. ℭ In illa hora dixit Jeſus turbis. ✠ Tanquam ad latronem exiſtis cū gladiis, & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: & non me tenuiſtis. ℭ Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturę prophetarum. Tunc diſcipuli oēs, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jeſum, duxerunt eum ad Caypham principem ſacerdotū, vbi ſcribę & ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum a longe vſq; in atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro ſedebat cum miniſtris, vt videret finē. Principes aūt ſacerdotum, & omne concilium quęrebant falſum teſtimonium contra Jeſum, vt eū morti traderent: & non inuenerunt, cū multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt. ℣ Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reędificare illud. ℭ Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi. ℣ Nihil reſpondes ad ea, q̄ iſti aduerſū te teſtificantur? ℭ Jeſus aūt tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi. ℣ Adiuro te per deum viuū, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei viui. ℭ Dixit illi Jeſus. ✠ Tu dixiſti. Ueruntamē dico vobis, amodo videbitis filiū hominis ſedentem a dextris virtutis Dei: & veniē tē in nubibus cęli. ℭ Tunc princeps ſacerdotū ſcidit veſtimenta ſua dicēs. ℣ Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nūc audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videtur? ℭ At illi rīdentes, dixerunt. ℣ Reus eſt mortis. ℭ Tunc expuerunt in faciē eius: & colaphis eū cęciderunt. Alij autē palmas in faciem eius dederunt, dicentes. ℣ Prophetiza nobis Chriſte: q̄s eſt, qui te percuſſit? ℭ Petrus vero ſedebat foris in atrio. Et acceſſit ad eū vna ancilla, dicens. ℣ Et tu cum Jeſu Galilęo eras. ℭ At ille negauit coram omnibus, dicens. ℣ Neſcio quid dicis. ℭ Exeunte autem illo ianuā, vidit eū alia ancilla: & ait his qui erant ibi. ℣ Et hic erat cum Jeſu Nazareno. ℭ Et iterum negauit cū iuramento: q̄a non noui hominem. Et poſt puſillū accęſſerunt qui aſtabant, & dixerunt Petro. ℣ Uere & tu ex illis es: nā & loquela tua manifeſtum te facit. ℭ Tunc cępit deteſtari & iurare: quia non nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Jeſu quod dixerat, priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit amare. Mane autem facto: conſilium inierunt oēs principes ſacerdotū & ſeniores populi aduerſus Jeſum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerūt eū: & tradiderunt Pontio Pilato Prędicti. Tūc videns Judas, q̄ eum

tradidit, q̄ damnatus eſſet, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens. ℣ Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. ℭ At illi dixerunt. ℣ Quid ad nos? tu videris. ℭ Et proiectis argenteis in tēplo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpēdit. Principes aūt ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt. ℣ Non licet eos mittere in corbonā: quia precium ſanguinis eſt. ℭ Conſilio aūt inito, emerunt ex illis agrū figuli in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille Aceldema, hoc eſt ager ſanguinis: vſq; in hodiernū diē. Tunc impletū eſt quod dictum eſt per Jeremiam prophetam dicentē. Et acceperunt triginta argenteos pretium appreciati, quē appreciauerunt a filijs Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi dñs. Jeſus aūt ſtetit ante preſidem. Et interrogauit eū preſes, dicens. ℣ Tu es rex Judęorum? ℭ Dicit ei Jeſus. ✠ Tu dicis. ℭ Et cū accuſaretur a principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil rīdit. Tunc illi dicit Pilatus. ℣ Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia. ℭ Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur preſes vehementer. Per diem aūt ſolennem cōſueuerat preſes dimittere populo vnū vinctum, quem voluiſſent. Habebat autē tunc vinctū inſignē, qui dicebatur Barrabas, qui propter ſeditionē miſſus fuerat in carcerē. Congregatis aūt illis dixit Pilatus. ℣ Quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Jeſum, qui dicitur Chriſtus? ℭ Sciebat enim q̄ per inuidiā tradidiſſent eū. Sedēte aūt illo pro tribunali, miſit ad illū vxor eius, dicens. ℣ Nihil tibi & iuſto illi. Multa. n. paſſa ſum hodie p̄ viſum pp eū. ℭ Principes aūt ſacerdotū, & ſeniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barrabā, Jeſum vero perderēt. Rīdens aūt pīes, ait illis. ℣ Quē vultis vobis de duobus dimitti? ℭ At illi dixerunt. ℣ Barrabā. ℭ Dicit illis Pilatus. ℣ Quid ergo faciā de Jeſu, qui dicitur Chriſtus? ℭ Dicunt oēs. ℣ Crucifigatur. ℭ Ait illi preſes, ℣ Quid enim mali fecit? ℭ At illi magis clamabant, dicentes. ℣ Crucifigatur. ℭ Videns aūt Pilatus, q̄a nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. ℣ Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius: vos videritis. ℭ Et reſpondens vniuerſus populus dixit. ℣ Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. ℭ Tunc dimiſit illis Barrabam: Jeſum autem flagellatū tradidit eis, vt crucifigeretur. Tūc milites preſidis ſuſcipientes Jeſum in prętorio, congregauerunt ad eū vniuerſam cohortem. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederūt ei: & plectentes coronā de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius, & genu flexo ante eum illudebant ei dicētes. ℣ Aue rex iudęorum. ℭ Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et poſtq̄ illuſerunt ei, exuerunt eū chlamyde, & induerunt eū veſtimētis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes aūt inuenerunt hominē Cyrenęū venientem de villa, nomine Simonē. Hunc angariauerūt, vt tolleret crucē eius. Et venerunt in locū, q̄ dī Golgotha, q̄ eſt Caluarię locus, & dederūt ei vinū bibere cū felle miſtū. Et cū guſtaſſet noluit bibere. Poſt

quam

quam aũt crucifixerunt eũ, diuiserũt vestimẽta eius sortẽ mittentes, vt implerẽ
tur quod dictum est per prophetam dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta
mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum: &
imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Jesus Naza
renus rex Judæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a
dextris, & vnus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum,
mouentes capita sua, & dicentes. ℣ Vah qui destruis templum Dei,
& in triduo illud reædificas. Salua temetipsum. Si filius Dei es, descende
de Cruce. ℭ Similiter & principes sacerdotum illudentes cũ scribis, & se
nioribus dicebant. ℣ Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.
Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Cõfidit in Deo,
liberet eum nunc si vult. Dixit enim quia filius Dei sum. ℭ Idipsum aũt & la
trones, qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei. A sexta aũt hora tenebræ
factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horã nonã. Et circa horam nonam
clamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Eli Eli lamazabathani? Hoc est
Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? ℭ Quidã aũt illic stantes
& audientes, dicebant. ℣ Eliam vocat iste. ℭ Et continuo currens vnus
ex eis acceptã spongiam implenit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibe
re. Cæteri vero dicebant. ℣ Sine videamus an veniat Elias liberans eũ.
ℭ Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spũm. Et ecce velum tẽ
pli scissum est in duas partes a summo vsque deorsum, & terra mota est, & petræ
scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormie
rant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, ve
nerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio aũt, & qui cum
eo erant custodientes Jesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt
valde, dicẽtes. ℣ Vere filius Dei erat iste. ℭ Erant aũt ibi mulieres mul
tæ a lõge, quæ secutæ erãt Jesum a galilea ministrãtes ei: inter quas erat Maria
Magdalene, & Maria Jacobi, & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi.
Cum sero autem factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa no
mine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum: & pe
tijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Jo
seph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo no
uo, quod excciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad hostium monu
menti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, seden
tes contra sepulcrum.

Altera autem die, quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacer
dotum & Pharisæi ad Pilatum, dicẽtes, Domine recordati sumus, qa
seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Jube ergo custo
diri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furen
tur eum: & dicant plebi, surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior prio
re. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi aũt
abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.

℣ Passio

℣ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Marcum. Cap. 13.

In illo tpe erat Pascha & azyma post biduum, & quærebãt
summi sacerdotes & scribæ, quo Jesum dolo tenerẽt, & oc
cidẽrãt. Dicebãt enim. ℣ Nõ in die festo. Ne forte tumultus
fieret in populo. ℭ Et cũ esset Jesus Bethaniæ in domo Si
monis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum
vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro effudit sup ca
put eius. Erãt aũt qdã indigne ferẽtes intra semetipsos, & dicẽ
tes. ℣ Ut quid pditio ista vnguenti facta est? poterat. n. vnguentũ istud venũ
dari plusq; trecentis denarijs, & dari pauperibus. ℭ Et fremebant in eam.
Jesus aũt dixit. ✠ Sinite eã. Quid illi molesti estis? Bonũ opus opata est
in me. Semper. n. pauperes habebitis vobiscum, & cũ volueritis, potestis il
lis bñfacere: me aũt nõ semper habebitis. Quod habuit hæc fecit: præuenit
vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunque prædica
tum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & quod hæc fecit, narrabitur
in memoriam eius. ℭ Et Judas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad
summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & pro
miserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quo illum opportune trade
ret. Et primo die azymorum, qñ Pascha immolabãt, dicũt ei discipuli. ℣ Quo
vis eamus & paremus tibi, vt mãduces Pascha? ℭ Et mittit duos ex discipu
lis suis, & dicit eis. ✠ Ite in ciuitatẽ, & occurret vobis homo lagenã aquæ baiu
lãs. Segmini eũ, & quocunq; introierit dicite dño domus, qa magister dicit:
vbi est refectio mea, vbi Pascha cũ discipulis meis mãducẽ? Et ipse vobis
demõstrabit cœnaculũ grãde stratũ, & illic parate nobis. ℭ Et abierũt disci
puli eius, & venerũt in ciuitatẽ: & inuenerũt sicut dixerat illis, & parauerũt pa
scha. Uespere aũt facto venit cũ duodecim, & discũbẽtibus eis, & manducan
tibus ait Jesus. ✠ Amñ dico vobis: qa vnus ex vobis me tradet, q manducat
mecũ. ℭ At illi cœperunt contristari, & dicere ei singillatim. ℣ Nũquid ego?
ℭ Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim, q intingit mecũ manũ in catino. Et fi
lius qdem hominis vadit sicut scriptũ est de eo. Væ aũt homini illi, p quem fi
lius hominis tradet. Bonũ erat ei, si non esset natus homo ille. ℭ Et mãdu
cantibus illis accepit Jesus panẽ, & bñdicẽs fregit, & dedit eis, & ait. ✠ Sumi
te, hoc est corpus meũ. ℭ Et accepto calice, gratias agẽs, dedit eis. Et bibe
runt ex illo omnes, & ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamẽti, q, p mul
tis effundet. Amẽ dico vobis, q, iã nõ bibã de genimine vitis vsq; in diẽ illũ:
cũ illud bibam vobiscuz nouum in regno Dei. ℭ Et hymno dicto exierũt
in montem oliuarũ, & ait illis Jesus. ✠ Oẽs vos scandalizabimini in me in
nocte ista, qa scriptum est: Percutiam pastorẽ, & dispergent oues. Sed post
quam resurrexero, præcedam vos in galilæam. ℭ Petrus aũt ait illi. ℣ Et si
omnes scandalizati fuerint, sed non ego. ℭ Et ait illi Jesus. ✠ Amẽ dico
tibi qa tu hodie in nocte hac priusq; bis gallus vocem dederit, ter me es ne
gaturus. ℭ At ille amplius loquebat. ℣ Et si opportuerit me simul cõmori

tibi,

tibi,non te negabo. ℣ Similiter aũt ꝛ omnes dicebant. ℟t veniunt in prę
dium,cui nomen Gethsemani,ꝛ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec o/
rem. ℣ ℟t assumpsit Petrum ꝛ Jacobum,ꝛ Johannem secum,ꝛ cępit pa/
uere ꝛ tędere. ℟t ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Susti/
nete hic,ꝛ vigilate. ℣ ℟t cum processisset paululum,procidit super terram,
ꝛ orabat,vt si fieri posset transiret ab eo hora,ꝛ dixit. ✠ Abba, pater, omnia
tibi possibilia sunt:transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo,sed
quod tu. ℣ ℟t venit,ꝛ inuenit eos dormientes:ꝛ ait Petro. ✠ Simõ dor
mis? Non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate ꝛ orate,vt nõ intre
tis in tentationẽ. Spiritus quidẽ promptus est,caro autẽ infirma. ℣ ℟t
iterum abiens orauit eundẽ sermonẽ dicens. ℟t reuersus denuo inuenit eos
dormientes. ℟rant enim oculi eorum grauati:ꝛ ignorabant qd respõderent
ei. ℟t venit tertio:ꝛ ait illis. ✠ Dormite iam,ꝛ requiescite. Sufficit. Venit
hora:ecce tradetur filius hois in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce
qui me tradet,prope est. ℣ ℟t adhuc eo loquente venit Judas Iscariotes
vnus de duodecim:ꝛ cum eo turba multa cũ gladijs ꝛ lignis missi a summis
sacerdotibus ꝛ scribis,ꝛ senioribus. Dederat autẽ traditor eis signũ,dicens.
§ Quemcunq osculatus fuero,ipse est,tenete eum, ꝛ ducite caute. ℣ ℟t
cũ venisset,statim accedens ad eum,ait. § Rabbi. ℣ ℟t osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in eum: ꝛ tenuerunt eũ. Unus autẽ de circunstanti/
bus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis: ꝛ amputauit illi
auriculã. ℟t respõdens Jesus,ait illis. ✠ Tãquã ad latronẽ existis cũ gla/
dijs ꝛ lignis cõprehẽdere me. Quotidie apud vos erã in tẽplo docens:ꝛ nõ
me tenuistis. Sed vt adimpleantur scripturę. ℣ Tunc discipuli eius relin/
quẽtes eũ oẽs fugerũt. Adolescens autẽ quidã sequebatur eũ amictus sin/
done sup nudo:ꝛ tenuerũt eũ. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis.
℟t adduxerũt Jesum ad summũ sacerdotẽ:ꝛ conuenerunt oẽs sacerdotes,ꝛ
scribę,ꝛ seniores. Petrus aũt a lõge secutus est eũ vsq intro in atriũ summi
sacerdotis:ꝛ sedebat cũ ministris:ꝛ calefaciebat se ad ignẽ. Summi vero sa/
cerdotes ꝛ oẽ concilij quęrebant aduersus Jesum testimoniũ: vt eũ morti
traderent:nec inueniebant. Multi enim testimoniũ falsum dicebant aduer/
sus eũ:ꝛ cõueniẽtia testimonia nõ erant. ℟t quidã surgentes falsum testimo/
niũ ferebant aduersus eum,dicentes. § Qm̃ nos audiuimus eum dicentẽ.
℟go dissoluã tẽplũ hoc manufactum: ꝛ post triduũ aliud nõ manufactũ ędi/
ficabo. ℣ ℟t non erat conueniens testimonium illorũ. ℟t exurgẽs summus
sacerdos in mediũ interrogauit Jesum dicens. § Nõ respõdẽs qcquã ad
ea,q̃ tibi obijciunt ab bis? ℣ Jlle aũt tacebat:ꝛ nihil rndit. Rursus sũmus
sacerdos interrogabat eũ:ꝛ dixit ei. § Tu es ℞ps filius Dei bñdicti? ℣
Jesus aũt dixit illi. ✠ ℟go sum. ℟t videbitis filiũ hois sedẽtẽ a dextris virtu/
tis Dei,ꝛ veniẽtẽ cũ nubibus cęli. ℣ Summus aũt sacerdos scindens vesti/
mẽta sua,ait. § Quid adhuc desideram⁹ testes? Audistis blasphemiã. Quid
vobis videtur? ℣ Qui omnes cõdemnauerunt eũ esse reũ mortis. ℟t cępe
runt

runt quidam cõspuere eum,ꝛ velare faciẽ eius,ꝛ colaphis eum cędere,ꝛ dice
re ei. § Prophetiza. ℣ ℟t ministri alapis eum cędebant. ℟t cum esset Pe
trus in atrio deorsum,venit vna ex ancillis summi sacerdotis,ꝛ cum vidisset
Petrum calefacientem se,aspiciens illum ait. § ℟t tu cum Jesu Nazare/
no eras. ℣ At ille negauit,dicens. § Neque scio:neque noui quid dicas.
℣ ℟t exijt foras ante atriũ:ꝛ gallus cãtauit. Rursus aũt cum vidisset illũ alia
ancilla,cępit dicere circunstantibus. § Quia hic ex illis est. ℣ At ille ite/
rũ negauit. ℟t post pusillum rursus,qui astabant dicebant Petro. § Vere
ex illis es:naꝫ ꝛ galilęus es. ℣ Jlle aũt cępit anatbematizare ꝛ iurare:quia
nescio hoiem istum,quẽ dicitis. ℟t statim iterum gallus cantauit. ℟t recor/
datus est Petrus verbi,quod dixerat ei Jesus,priusquã gallus cãtet bis,ter
me negabis. ℟t cępit flere. ℟t confestiꝫ mane cõsiliũ facientes sũmi sacer/
dotes cũ senioribus ꝛ scribis ꝛ vniuerso cõcilio,vincientes Jesum duxerũt ꝛ
tradiderũt Pilato. ℟t interrogauit eũ Pilatus. § Tu es rex iudęorum?
℣ At ille respondens ait illi. ✠ Tu dicis. ℣ ℟t accusabant eũ sũmi sacer
dotes in multis. Pilatus autẽ rursuꝫ interrogauit eũ,dicẽs. § Nõ respõdes
quicquã? Vides in quãtis te accusant? ℣ Jesus aũt amplius nihil rndit:ita
vt miraretur Pilatus. Per diẽ aũt festũ,solebat illis dimittere vnũ ex vin/
ctis,quẽcunq petijssent. ℟rat autem qui dicebatur Barrabas,qui cum sedi
tiosis erat vinctus,qui in seditione fecerat homicidiũ. ℟t cũ ascendisset tur/
ba,cępit rogare,sicut semper faciebat illis. Pilatus aũt respondit eis:ꝛ di/
xit. § Vultis dimittã vobis regẽ iudęorũ? ℣ Sciebat enim q̃ per inuidiã
tradidissent eũ summi sacerdotes. Pontifices aũt cõcitauerunt turbã, vt ma/
gis Barrabã dimitteret eis. Pilatus aũt iterũ respõdens,ait illis. § Quid
ergo vultis faciã regi iudęorũ? ℣ At illi iterũ clamauerunt. § Crucifige
eum. ℣ Pilatus vero dicebat eis. § Quid enim mali fecit? ℣ At illi clama
bant. § Crucifige eũ. ℣ Pilatus aũt volens populo satisfacere,dimisit il
lis Barrabã,ꝛ tradidit Jesum flagellis cędum:vt crucifigeretur. Milites aũt
duxerunt eũ intro in atriũ prętorij:ꝛ cõuocãt totam cohortem. ℟t induunt eũ
purpura:ꝛ imponunt ei plectentes spineã coronã:ꝛ cęperunt salutare eũ. §
Aue rex iudęorum. ℣ ℟t percutiebant caput eius arundine:ꝛ conspue/
bant eum:ꝛ ponentes genua,adorabant eũ. ℟t postquam illuserunt ei: exue
runt illum purpura:ꝛ induerunt eũ vestimentis suis:ꝛ educunt illum, vt cru/
cifigerent eum. ℟t angariauerunt prętereuntem quempiã Simonem Cy/
reneum venientẽ de villa,patrẽ Alexandri ꝛ Rufi:vt tolleret crucẽ eius. ℟t
perducunt eũ in Golgotha locũ:quod est interpretatũ Caluarię locus. ℟t
dabant ei bibere myrrhatũ vinũ:ꝛ nõ accepit. ℟t crucifigentes eũ diuiserũt
vestimẽta eius,mittentes sortem super eis: quis quid tolleret. ℟rat aũt ho/
ra tertia:ꝛ crucifixerũt eũ. ℟t erat titulus cause eius inscriptus: Rex iudęor.
℟t cũ eo crucifixerũt duos latrones:vnũ a dextris eius,ꝛ aliũ a sinistris. ℟t
impleta est scriptura, quę dicit. ℟t cum iniquis reputatus est. ℟t prętereun/
tes blasphemabant eũ,mouentes capita sua,ꝛ dicẽtes. § Vah ,qui destruis

Universidad de Deusto Biblioteca

plum Dei: ꝛ in tribus diebus reædificas. Saluũ fac temetipsum descendens de cruce. ℣ Similiter ꝛ summi sacerdotes illudentes ad alterutrũ cũ scribis, dicebant. ℟ Alios saluos fecit: seipsum non põt saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce: vt videamus, ꝛ credamus. ℣ Et q cũ eo crucifixi erant, cõuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super terrã, vsq; in horã nonã. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens. ✠ Eloi, Eloi lamazabathani? ℣ Quod est interpretatũ: ✠ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? ℣ Et quidã de circunstantibus audientes dicebant. ℟ Ecce Eliã vocat. ℣ Currens aũt vnus, ꝛ implens spongiam aceto, circumponensq; calamo potũ dabat ei, dicens. ℟ Sinite videamus, si veniat Elias ad deponendum eũ. ℣ Iesus aũt emissa voce magna expirauit. Et velum templi scissum est in duo, a summo vsque deorsum. Videns aũt Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. ℟ Vere hic homo filius Dei erat. ℣ Erant autẽ ibi mulieres de longe aspiciẽtes: inter quas erat Maria Magdalene, ꝛ Maria Iacobi minoris, ꝛ Ioseph mater, ꝛ Salome. Et cum esset in galilea, sequebantur eum, ꝛ ministrabant ei, ꝛ aliæ multæ, quæ simul cũ eo ascenderant Ierosolymam.

ET cum iam sero esset factum: quia erat parasceue, quod est ante sabbatũ: venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio: qui ꝛ ipse erat expectans regnũ Dei. Et audacter introiuit ad Pilatũ: ꝛ petijt corpus Iesu. Pilatus aũt mirabatur si iam obijsset. Et accersito Centurione: interrogauit eũ, si iã mortuus esset. Et cũ cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph aũt mercatus est sindonẽ: ꝛ deponẽs eũ, inuoluit sindone: ꝛ posuit eũ in monumẽto, qõ erat excisus in petra, ꝛ aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumẽti.

¶ Passio domini nostri Iesu Christi secundum Lucam. Cap. 24.

IN illo tpe: Appropinquabat autẽ dies festus azymorum, q dr pascha: ꝛ quærebãt principes sacerdotũ, ꝛ scribæ, quo Iesus interficerẽt. Timebãt vero plebẽ. Intrauit autẽ satanas in Judã, qui cognominabat Iscariotes, vnũ de duodecim: ꝛ abijt, ꝛ locutus est cũ principibus sacerdotũ ꝛ magistratibus, quẽadmodũ traderet illũ eis. Et gauisi sunt, ꝛ pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatẽ, vt traderet eũ sine turbis. Venit aũt dies azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha, ꝛ misit Petrũ ꝛ Johãnẽ, dicẽs. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt mãducemus. ℣ At illi dixerũt: ℟ Vbi vis parem⁹? ℣ Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeũtibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis hõ, amphorã aquæ portãs: sequimini eũ in domũ, in quã intrat: ꝛ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: Vbi est diuersoriũ, vbi pascha cũ discipulis meis mãducẽ? Et ipse vobis ostẽdet cenaculũ magnũ stratũ: ꝛ ibi parate. ℣ Euntes autẽ inuenerũt sicut dixit illis Iesus: ꝛ parauerũt pascha. Et cũ facta esset hora, discubuit, ꝛ duodecim apostoli cũ eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ, antequã patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc nõ mãducabo illud:

illud: donec impleatur in regno Dei. ℣ Et accepto calice grãs egit, ꝛ dixit. ✠ Accipite ꝛ diuidite inter vos. Dico enim vobis: qnia non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. ℣ Et accepto pane, gratias egit, ꝛ fregit, ꝛ dedit eis, dicẽs. ✠ Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. ℣ Similiter ꝛ calicẽ, postquã cenauit, dicẽs. ✠ Hic calix nouũ testamẽtũ est in sanguine meo: qui pro vobis effundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa. Et quidem filius hominis ℔ quod diffinitũ est, vadit. Veruntamen væ homini illi per quẽ tradetur. ℣ Et ipsi cœperũt quærere inter se, quis esset ex eis: qui hoc facturus esset. Facta est autẽ ꝛ contentio inter eos, quis eorũ videretur esse maior. Dixit autẽ eis. ✠ Reges gentium dominantur eorum, ꝛ qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autẽ nõ sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: ꝛ qui præcessor est, sicut ministrator. Nã quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrũ sum, sicut qui ministrat. Vos autẽ estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ, vt edatis ꝛ bibatis super mensam meã in regno meo: ꝛ sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. ℣ Ait aũt dñs Simoni. ✠ Simõ: ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticũ. Ego aũt rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: ꝛ tu aliq̃s conuersus confirma fratres tuos. ℣ Qui dixit ei. ℟ Dñe tecũ paratus sum ꝛ in carcerẽ ꝛ in mortẽ ire. ℣ Et ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, nõ cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. ℣ Et dixit eis. ✠ Quãdo misi vos sine sacculo, ꝛ pera, ꝛ calciamẽtis, numquid aliquid defuit vobis? ℣ At illi dixerũt. ℟ Nihil. ℣ Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter ꝛ peram: ꝛ qui non habet vendat tunicam suam, ꝛ emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. ℣ At illi dixerunt. ℟ Domine, ecce gladij duo hic. ℣ At ille dixit eis. ✠ Satis est. ℣ Et egressus ibat secundum cõsuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum ꝛ discipuli eius. Et cũ peruenissent ad locũ, dixit illis. ✠ Orate, ne intretis in tẽtationẽ. ℣ Et ipse auulsus est ab eis quãtũ iactus est lapidis: ꝛ positis genibus orabat, dicens. ✠ Pater si vis, transfer calicẽ istũ a me. Veruntamen nõ mea voluntas, sed tua fiat. ℣ Apparuit aũt illi angelus de cælo cõfortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, ꝛ venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, ꝛ ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite ꝛ orate, ne intretis in tentationẽ. ℣ Adhuc eo loquente, ecce turba, ꝛ qui vocabatur Judas vnus de duodecim antecedebat eos: ꝛ appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus aũt dixit illi. ✠ Juda osculo filium hominis tradis? Videntes aũt hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. ℟ Dñe si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex

illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens aũt Jesus ait. ✠ Sinite vsq; huc. ℭ Et cum tetigisset auriculas eius sanauit eum. Dixit aũt Jesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cũ gladijs & fustibus, cum quotidie vobiscum fuerim in templo, & non extendistis manus in me. Sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. ℭ Cõprehẽdentes aũt eũ duxerũt ad domũ principis sacerdotũ. Petrus vero sequebatur eum a lõge. Accẽso aũt igne in medio atrij, & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cũ vidisset ancilla quędã sedentẽ ad lumen, & eũ fuisset intuita, dixit. ❡ Et hic cum illo erat. ℭ At ille negauit eũ, dicens. ❡ Mulier, non noui illũ. ℭ Et post pusillum alius videns eum dixit. ❡ Et tu de illis es. ℭ Petrus vero ait. ❡ O homo non sum. ℭ Et interuallo facto quasi horę vnius, alius quidã affirmabat, dicens. ❡ Vere & hic cũ illo erat. Nã & galilęus est. ℭ Et ait Petr⁹. ❡ Homo, nescio quid dicis. ℭ Et ꝓtinuo adhuc illo loquẽte, cãtauit gallus: & cõuersus dñs respexit Petrũ. Et recordatus est Petrus verbi dñi sicut dixerat: quia priusq; gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et viri q tenebant Jesum illudebãt ei, cedẽtes eũ, & velauerũt eũ, & percutiebãt faciẽ eius: & interrogabãt eũ, dicentes. ❡ Prophetiza: quis est qui te percussit? ℭ Et alia multa blasphemãtes dicebant in eum. Et vt factus est dies, cõuenerunt seniores plebis & principes sacerdotũ, & scribę: & duxerunt illum in concilium suum, dicentes. ❡ Si tu es Chris dic nobis. ℭ Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi. Si aũt & interrogauero, nõ rñdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. ℭ Dixerũt aũt oẽs. ❡ Tu ergo es filius Dei? ℭ Qui ait. ✠ Vos dicitis qa ego sum. ℭ At illi dixerunt. ❡ Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enim audiuimus ex ore eius. ℭ Et surgẽs oĩs multitudo eorum duxerunt illũ ad Pilatum. Cęperũt aũt accusare illũ dicẽtes. ❡ Hũc inuenimus subuertentẽ gentẽ nram: & prohibẽtem tributa dari Cęsari: & dicentẽ se Chrm regẽ esse. ℭ Pilatus aũt interrogauit eũ dicens. ❡ Tu es rex iudęorum. ℭ At ille rñdens, ait. ✠ Tu dicis. ℭ Ait aũt Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas. ❡ Nihil inuenio causę in hoc homine. ℭ At illi invalescebãt, dicẽtes. ❡ Cõmouit populũ docẽs per vniuersam iudęam, incipiens a galilęa vsq; huc. ℭ Pilatus aũt audiens galilęam, interrogauit si homo galilęus esset. Et vt cognouit q de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem: q & ipse Jerosolymis erat illis dieb. Herodes aũt viso Jesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tpe videre illum, eo q audierat multa de illo, & sperabat signũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat aũt illum multis sermonibus. At ipse nihil illi rñdebat. Stabant aũt principes sacerdotum, & scribę constanter accusantes eũ. Spreuit aũt illũ Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba: & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nã antea inimici erant adinuicem. Pilatus aũt conuocatis principibus sacerdotum, & magi-

& magistratibus, & plebe, dixit ad illos. ❡ Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullã causam inuenio in homine isto ex his in quibus eũ accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum. Et ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. ℭ Nec esse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. ❡ Tolle hunc: & dimitte nobis Barrabam. ℭ Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterum aũt Pilatus locutus est ad illos volens dimittere Jesum. At illi succlamabant, dicentes. ❡ Crucifige, crucifige illum. ℭ Ille aũt tertio dixit ad illos. ❡ Quid enim mali fecit iste? Nullã cãm mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illũ, & dimittam. ℭ At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur, & invalescebant voces eorum: & Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Dimisit aũt illis eum, qui pp homicidiũ & seditionem missus fuerat in carcerem, quẽ petebant: Jesum vero tradidit voluntati eorum. Et cũ ducerẽt eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Jesum. Sequebatur aũt illũ multa turba populi, & mulierum: quę plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Jesus, dixit. ✠ Filię Jerusalem, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros: qm̃ ecce venient dies, in quibus dicent: Beatę steriles & ventres q non genuerunt: & vbera quę nõ lactauerũt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus operite nos: qa si in viridi ligno hoc faciũt, in arido quid fiet? ℭ Ducebant autem & alios duo nequã cũ eo, vt interficerentur. Et postq; venerũt in locum, qui vocatur Caluarię, ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum a dextris, & alterum a sinistris. Jesus aũt dicebat. ✠ Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciũt. ℭ Diuidentes vestimẽta eius miserunt sortes. Et stabat populus expectãs: & deridebant eum principes cum eis dicentes. ❡ Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. ℭ Illudebant autem ei & milites accedentes: & acetum offerentes ei, & dicentes. ❡ Si tu es rex iudęorum, saluum te fac. ℭ Erat autem & superscriptio scripta super eũ literis grecis, latinis, & hebraicis. Hic est rex iudęorum. Unus aũt de his, qui pendebant latronibus, plasphemabat eum, dicens. ❡ Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum, & nos. ℭ Respondens autem alter increpabat eum, dicens. ❡ Neq; tu times Deum, qui in eadem dãnatione es. Et nos quidem iuste: nã digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. ℭ Et dicebat ad Jesum. ❡ Dñe memento mei, cũ veneris in regnũ tuum. ℭ Dixit illi Jesus. ✠ Amẽ dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. ℭ Erat autem fere hora sexta: & tenebrę factę sunt in vniuersa terra vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol, & velũ templi scissum est medium. Et clamans Jesus voce magna ait. ✠ Pr̃ in manus tuas commendo spiritum meum. ℭ Et hęc dicẽs expirauit. Videns aũt Centurio quod factum fuerat & glorificauit Deũ dicens. ❡ Vere hic homo

mo iustus erat. ℣ Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectacu/
lum istud, ℟ videbant quę fiebant, percutientes pectora sua reuertebā/
tur. Stabant autem omnes noti eius a longe, ℟ mulieres quę secutę erant
eum a galilęa hęc videntes. Hic cantatur in tbono euangelio.

ET ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio: vir bonus ℟ iustus. Hic
non consenserat consilio ℟ actibus eorum, ab Arimathia ciuitate iudęę:
qui expectabat ℟ ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum: ℟ petiit corpus
Jesu. Et depositum inuoluit sindone: ℟ posuit eum in monumento exciso, in
quo nondum quisquam positus fuerat.

℣. Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Johannem. Cap. 25.

IN illo tempore, Egressus est Jesus cum discipulis suis trā
torrentem Cedron, vbi erat hortus: in quem introiuit ipse
℟ discipuli eius. Sciebat autem ℟ Judas, qui tradebat eum, lo
cum: quia frequenter Jesus conuenerat illuc cū discipulis suis.
Judas ergo cum accepisset cohortem, ℟ a pontificibus ℟ phari
sęis ministros: venit illuc cum laternis, ℟ facibus, ℟ armis. Je/
sus itaque sciens omnia quę uentura erant super eum, proces/
sit, ℟ dixit eis. ✝ Quem quęritis? ℣ Responderunt ei. ❧ Jesum Naza/
renum. ℣ Dicit eis Jesus. ✝ Ego sum. ℣ Stabat autem ℟ Judas qui
tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, ℟ ce/
ciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. ✝ Quem quęritis? ℣
Illi autem dixerunt. ❧ Jesum Nazarenum. ℣ Respondit Jesus. ✝ Di/
xi vobis: quia ego sum. Si ergo me quęritis, sinite hos abire. ℣ Ut imple
retur sermo, quem dixit. Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenq;.
Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, ℟ percussit pōtificis ser/
uum: ℟ abscidit auriculam eius dexteraz. Erat aūt nomen seruo Malchus.
Dixit ergo Jesus Petro. ✝ Mitte gladium tuū in uaginā. Calicem quez
dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? ℣ Cohors ergo, ℟ tribunus, ℟ mi
nistri iudęorū comprehenderunt Jesuz: ℟ ligauerunt eū: ℟ adduxerunt eū ad
Annam primum. Erat enim socer Caiphę: q erat Pōtifex anni illius. Erat
autem Caiphas, qui consiliū dederat iudęis: quia expedit vnum hominem
mori pro populo. Sequebatur aūt Jesum Simon Petrus, ℟ alius disci/
pulus. Discipulus aūt ille notus erat pontifici: ℟ introiuit cum Jesu in atriū
pontificis. Petrus aūt stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, q
notus erat pontifici: ℟ dixit ostiarię: ℟ introduxit Petrū. Dixit ergo Petro
ancilla ostiaria. ❧ Nunquid ℟ tu ex discipulis es hominis istius? ℣ Dixit
ille. ❧ Non sum. ℣ Stabant aūt serui, ℟ ministri ad prunas, qa frigus erat:
℟ calefaciebant se. Erat aūt cuz eis ℟ Petrus stans, ℟ calefaciens se. Ponti/
tifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis, ℟ de doctrina eius. Respō/
dit Jesus. ✝ Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in syna/
goga ℟ in templo: quo omnes iudęi conueniunt. Et in occulto locutus sum
nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quid locutus

sum

sum ipsis. Ecce hi sciunt quę dixerim ego. ℣ Hęc autem cum dixisset, vnus
assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens. ❧ Sic respondes ponti/
fici? ℣ Respondit ei Jesus. ✝ Si male locutus sum, testimonium perhibe
de malo. Si in autem bene, quid me cędis? ℣ Et misit eum Annas ligatum
ad Caiphan pontificem. Erat aūt Simon Petrus stans, ℟ calefaciens se.
Dixerunt ergo ei. ❧ Nunquid ℟ tu ex discipulis eius es? ℣ Negauit ille, ℟
dixit. ❧ Nō sum. ℣ Dicit vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius ab/
scidit Petrus auriculā. ❧ Nōne ego te vidi in horto cū illo? ℣ Iterū ergo
negauit Petrus, ℟ statim gallus cantauit. Adducunt ergo Jesum a Caipha
in prętoriū. Erat aūt mane: ℟ ipsi non introierunt in prętoriū, vt nō cōtami
narentur, sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, ℟
dixit. ❧ Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? ℣ Respōde/
runt, ℟ dixerunt ei. ❧ Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eū.
℣ Dixit ergo eis Pilatus. ❧ Accipite eum vos, ℟ vm legem vestram iudi
cate eū. ℣ Dixerunt ergo Judęi. ❧ Nobis non licet interficere quenquā.
℣ Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moritu
rus. Introiuit ergo iteruz in prętorium Pilatus, ℟ vocauit Jesum, ℟ dixit ei.
❧ Tu es rex iudeorz? ℣ Respondit Jesus. ✝ A temetipso hoc dicis, an alii
tibi dixerunt de me? ℣ Rndit Pilatus. ❧ Nunqd ego Judęus suz? Gēs
tua, ℟ pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? ℣ Respōdit Jesus. ✝
Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnū meū,
ministri mei vtique decertarent, vt non traderer iudęis. Nunc aūt regnum
meum non est hinc. ℣ Dixit itaqz ei Pilatus. ❧ Ergo rex es tu? ℣ Rn/
dit Jesus. ✝ Tu dicis, qa rex suz ego. Ego in hoc natus sum, ℟ ad hoc veni
in mundū, vt testimoniū perhibeam veritati. Omnis eniz qui est ex veritate,
audit vocem meam. ℣ Dicit ei Pilatus. ❧ Quid est veritas? ℣ Et cum
hoc dixisset, iteruz exiuit ad eos, ℟ dixit eis. ❧ Ego nullā inuenio in eo cām.
Est aūt consuetudo vobis, vt vnum dimittā vobis in pascha. Vultis ergo di
mittā vobis regem iudeorz? ℣ Clamauerūt oēs dicentes. ❧ Nō hunc, sed
Barrabā. ℣ Erat aūt Barrabas latro. Tunc ergo apprehēdit Pilatus
Jesum, ℟ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt
capiti eius: ℟ veste purpurea circundederunt eū: ℟ veniebāt ad eū, ℟ dicebāt.
❧ Aue rex iudeorz. ℣ Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras,
℟ dicit eis. ❧ Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis, qa nullā cām
inuenio in eo. ℣ Exiit ergo Jesus portans spineam coronā ℟ purpureū ve
stimētū. Et dicit eis. ❧ Ecce homo. ℣ Cū ergo vidissent eū pōtifices ℟ mi
nistri clamabant dicentes. ❧ Crucifige, crucifige eū. ℣ Dicit eis Pilatus.
❧ Accipite eū vos, ℟ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cām. ℣ Rn/
derunt ei Judęi. ❧ Nos legem habemus, ℟ secundum legem debet mori:
qa filiū Dei se fecit. ℣ Cū ergo audisset Pilat⁹ būc sermonē, magis timuit.
Et ingressus est prętoriū iterū: ℟ dicit ad Jesum. ❧ Unde es tu? ℣ Jesus aūt
rnsum nō dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. ❧ Mihi nō loqueris? Nescis qa

 potestatem

potestatem habeo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere te? ℣ Respondit Jesus. ✠ Non haberes potestatem aduersus me vllã: nisi datum tibi esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. ℣ Et exinde q̃rebat Pilatus dimittere eũ. Judęi aũt clamabãt, dicẽtes ℟ Si hunc dimittis, nõ es amicus Cęsaris. Omnis enĩ qui se regẽ facit, cõtradicit Cęsari. ℣ Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: & sedit pro tribunali in loco q̃ dicitur Litho strotos: hebraice vero gabatha. Erat aũt parasceue paschę hora quasi sexta: & dicit iudęis. ℟ Ecce rex vester. ℣ Illi aũt clamabãt. ℟ Tolle tolle, crucifige eũ. ℣ Dicit eis Pilatus. ℟ Regem vestrum crucifigam? ℣ Respondẽrũt pontifices. ℟ Non habemus regem nisi Cęsarem. ℣ Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperũt autem Jesum: & eduxerunt. Et baiulans sibi crucẽ, exiuit in eum qui dicitur Caluarię locum hębraice autem Golgotha: vbi eum crucifixerunt: & cũ eo alios duos hinc & hinc, medium aũtẽ Jesum. Scripsit autem titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Jesus Nazarenus rex iudęorum: Hunc ergo titulum multi legerunt Judęorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Jesus. Erat autem scriptum hebraice, gręce, & latine. Dicebant ergo Pilato pontifices iudęorum. ℟ Noli scribere rex iudęorum: sed quia dixit, Rex sum iudęorum. ℣ Respondit Pilatus. ℟ Quod scripsi scripsi. ℣ Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta sua, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. ℟ Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. ℣ Ut scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hęc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Jesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cũ vidisset ergo Jesus matrẽ, & discipulũ stantẽ quẽ diligebat, dicit matri suę. ✠ Mulier ecce filius tuus. ℣ Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. ℣ Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. Postea sciens Jesus, quia iã oĩa cõsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. ✠ Sitio. ℣ Vas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi autẽ spongiã plenã aceto hyssopo circũponentes, obtulerunt ori eius Cum ergo accepisset Jesus acetũ, dixit. ✠ Cõsummatũ est. ℣ Et inclinato capite tradidit spiritũ. Judęi ergo, qm̃ parasceue erat, vt nõ remanerent in cruce corpora sabbatho: (erat enim magnus dies ille sabbathi:) rogauerunt Pilatũ, vt frangerentur eorũ crura, & tollerentur. Venerũt ergo milites, & primi quidẽ fregerũt crura, & alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad Jesũ aũt cũ venissent, vt viderũt eũ iã mortuũ, nõ fregerũt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius aperuit: & cõtinuo exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit testimoniũ perhibuit: & verũ est testimoniũ eius. Et ille scit, qa vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enĩ hęc, vt scriptura impleretur, dicẽs. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit. Videbunt in quẽ transfixerunt.

Post

Post hęc autẽ rogauit Pilatũ Joseph ab Arimathea: eo quod esset discipulus Jesu: occultus aũt pp̃ metũ iudęorũ, vt tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus eius. Venit aũt & Nicodemus, q̃ venerat ad Jesũ nocte primũ, ferẽs mistură myrrhę, & aloes quasi libras centũ. Acceperũt ergo corpus Jesu: & ligauerũt eũ linteis cũ aromatibus, sicut mos est iudęis sepelire. Erat autẽ in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumẽtũ nouũ: in quo nõdũ quisq̃ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen iudęorum, quia iuxta erat monumentus, posuerunt Jesum.

℣ Sermo dñi nostri Jesu Christi ante passionẽ habitus coră apłis. Ca. 26.

Ante diem festum paschę, sciens Jesus, quia venit hora, eius vt trănseat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, q̃ erăt in mundo, in finẽ dilexit eos. Et cęna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Judas Simonis Iscariotis, sciens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad eũ vadit, surgit a cęna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum, pręcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cępit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrũ. Et dicit ei Petrus. Dñe tu mihi lauas pedes? Rñdit Jesus: & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies aũt postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in ętern̄ũ. Rñdit ei Jesus: Si non lauero te, non habebis partẽ mecum. Dicit ei Simõ Petrus: Dñe nõ tm̃ pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est nõ indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Et vos mũdi estis, sed nõ oẽs. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eũ: propterea dixit, non estis mundi oẽs. Postquam ergo lauit pedes eorũ, accepit vestimẽta sua, & cum recubuisset iterum dicit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister & dñe: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dñs & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplũ enim dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis: non est seruus maior dño suo: neq̃ apostolus maior eo, qui misit illum. Si hęc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Nõ de oĩbus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed vt impleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusquã fiat, vt cũ factum fuerit, credatis, quia ego sum. Amẽ amẽ dico vobis: qui accipit siquẽ misero, me accipit. Qui aũt me accipit, accipit eũ qui me misit. Cũ hęc dixisset Jesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit. Amen amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem, hęsitantes de quo diceret. Erat autẽ recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Jesu: quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei Quis est de quo dicit? Itaq̃ cum recubuisset ille supra pectus Jesu, dixit ei: Dñe quis est qui tradet te? Respondit Jesus. Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Judę Simonis Iscariotis. Et post bucellã, introiuit in illum satanas. Et dicit ei Jesus: Quod facis, fac citius. Hoc aũt

nemo

nemo sciuit discumbentium,ad quid dixerit ei.Quidã autem putabant,quia loculos habebat Judas,q̃ dixisset ei Jesus,eme ea quę opus sunt nobis ad diẽ festum,aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille bucellã, exiuit continuo.Erat aũt nox. Cum ergo exisset,dicit Jesus. Nunc clarificatus est filius hois:ꝛ Deus clarificatus est in eo.Si Deus clarificatus est in eo: ꝛ Deus clarificauit eũ in semetipso:ꝛ continuo clarificabit eũ.Filioli adhuc modicum vobiscum sum.Quęritis me:ꝛ sicut dixi iudeis,quo ego vado,vos non potestis venire.Et vobis dico modo:Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ,sicut dilexi vos,vt ꝛ vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent oẽs,quia mei discipuli estis:si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Dicit ei Simon Petrus:Dñe quo vadis?Respondit Jesus.Quo ego vado nõ potes me modo sequi:sequeris aũt postea.Dicit ei Petrus:Quare non possum te modo sequi?Animã meã pro te ponã.Respondit ei Jesus: Animã tuam pro me pones?Amen amen dico tibi,non cantabit hodie gallus, donec ter me neges.Et ait discipulis suis:Non turbetur cor vestrum: creditis in Deũ,ꝛ in me credite. In domo patris mei mãsiones multę sunt. Si quo minus dixissem vobis,quia vado parare vobis locum.Et si abiero,ꝛ prępparauero vobis locum,iterum veniã ad vos:ꝛ accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego,ꝛ vos sitis:ꝛ quo ego vado scitis:ꝛ viam scitis. Dicit ei Thomas:Dñe nescimus quo vadis:ꝛ qõ possumus viam scire?Dicit ei Jesus, ego sum via,veritas,ꝛ vita. Nemo venit ad patrẽ nisi per me.Si cognouissetis me:ꝛ patrẽ meũ vtiq̃ cognouissetis:ꝛ amodo cognoscetis eũ:ꝛ vidistis eũ.Dicit ei Philippus:Dñe ostende nobis patrẽ,ꝛ sufficit nobis. Dicit ei Jesus.Tanto tpe vobiscum sum:ꝛ non cognouistis me?Philippe qui videt me,videt ꝛ patrem.Qõo tu dicis ostende nobis patrẽ?Non credis,quia ego in patre,ꝛ pater in me est?Verba q̃ loquor vobis,a me ipso non loquor. Pr aũt in me manens ipse facit opera. Non creditis,quia ego in pre,ꝛ pr in me est?Alioquin,propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me,opera q̃ ego facio,ꝛ ipse faciet:ꝛ maiora horũ faciet:quia ego ad patrem vado.Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo,hoc faciã,vt glorificetur pr in filio.Siquid petieritis patrem in nomine meo,hoc faciã.Si diligitis me,mandata mea seruate:ꝛ ego rogabo patrẽ,ꝛ alium paraclitum dabit vobis,vt maneat vobiscum in ętternum spũm veritatis,quẽ mundus non potest accipere:quia non vidit eum,nec scit eum. Vos aũt cognoscetis eum:quia apud vos manebit:ꝛ in vobis erit. Non relinquã vos orphanos,veniã ad vos.Adhuc modicũ,ꝛ mundus me iam nõ videt. Vos autẽ videtis me:quia ego viuo,ꝛ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo,ꝛ vos in me,ꝛ ego in vobis. Qui habet mandata mea,ꝛ seruat ea,ille est qui diligit me.Qui autem diligit me,diliget a patre meo:ꝛ ego diligã eum,ꝛ manifestabo ei meipsum.Dicit ei Judas, non ille Iscariotes:Domine quid factũ est,quia nobis manifestaturus es teipsum, ꝛ non mundo.Respondit ei Jesus, ꝛ dixit:Siquis diligit me, sermonem meum

meum seruabit.Et pater meus diliget eum:ꝛ ad eum veniemus,ꝛ mansionẽ apud eum faciemus.Qui nõ diligit me,sermones meos non seruat. Et sermonẽ,quẽ audistis,non est meus,sed eius qui misit me patris. Hęc locutus sum vobis apud vos manens:Paraclitus aũt spũs sanctus,quẽ mittet pater in noie meo,ille vos docebit oia,ꝛ suggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis.Pacẽ relinquo vobis,pacẽ meã do vobis. Non qõo mundus dat, ego do vobis.Non turbetur cor vestrum,neq̃ formidet.Audistis quia ego dixi vobis,vado,ꝛ venio ad vos.Si diligeritis me,gauderetis vtique,quia vado ad patrẽ:quia pr maior me est.Et nũc dixi vobis priusquã fiat,vt cum factum fuerit,credatis. Jam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius,ꝛ in me non habet quicquã.Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem,ꝛ sicut mandatum dedit mihi pr, sic facio. Surgite, eamus hinc.Ego sum vitis vera,ꝛ pater meus agricola est. Omnem palmitẽ in me nõ ferentẽ fructum tollet eum:ꝛ omnẽ qui fert fructũ,purgabit eum, vt fructum plus afferat,Jam vos mundi estis pp sermonem,quem locutus sũ vobis.Manete in me,ꝛ ego in vobis.Sicut palmes nõ põt ferre fructum a semetipso,nisi manserit in vite:sic ꝛ vos,nisi in me manseritis.Ego sum vitis,ꝛ vos palmites.Qui manet in me ꝛ ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.Siquis in me non manserit,mittetur foras sicut palmes,ꝛ arescet:ꝛ colligent eum:ꝛ in ignẽ mittent,ꝛ ardet.Si mãseritis in me,ꝛ verba mea in vobis mãserint:quodcunq̃ volueritis, petetis, ꝛ fiet vobis.In hoc clarificatus est pater meus,vt fructum plurimum afferatis,ꝛ efficiamini mei discipuli.Sicut dilexit me pr,ꝛ ego dilexi vos.Manete in dilectione mea.Si pcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea,sicut ꝛ ego patris mei prcepta seruaui,ꝛ maneo in eius dilectione. Hęc locutus sum vobis,vt gaudium meum in vobis sit,ꝛ gaudium vestrũ impleatur.Hoc est prceptum meum,vt diligatis inuicem,sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet:vt animam suam ponat quis pro amicis suis.Vos amici mei estis,si feceritis que ego prcipio vobis. Jam non dicam vos seruos:quia seruus nescit quid faciat dns eius. Vos autem dixi amicos,quia omnia quęcunq̃ audiui a patre meo nota feci vobis. Nõ vos me elegistis,sed ego elegi vos,ꝛ posui vos, vt eatis, ꝛ fructum afferatis,ꝛ fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo,det vobis. Hęc mando vobis,vt diligatis inuicem.Si mundus odit vos,scitote quia me priorem vobis odio habuit.Si de mundo fuissetis,mũdus quod suum erat diligeret.Quia vero de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis.Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt,ꝛ vos persequentur.Si sermonem meum seruauerunt, ꝛ vestrum seruabunt.Sed hęc omnia facient vobis propter nomen meum:quia nesciunt eum,qui misit me.Si non venissem,ꝛ locutus eis non fuissem,pctm nõ haberent.Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit,

ꝛ patrem

ꝛ patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quę nemo aliꝰ fecit, pēc catum non haberent. Nunc autem ꝛ viderunt, ꝛ oderunt me ꝛ patrem meuꝫ: Sed vt iam impleatur ſermo, qui in lege eoꝝ ſcriptus eſt. Quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit paraclitus, quem ego mittaꝫ vobis a patre ſpiritum veritatis, qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me: ꝛ vos teſtimoniū perhibebitis, qa ab initio mecum eſtis. Hęc locutus ſuꝫ vobis, vt nō ſcandalizemini. Abſqꝫ ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora, vt oīs, q interfecit vos, arbitret obſequiuꝫ ſe pręſtare Deo. Et hęc faciēt vobis, quia non nouerunt patrem, neqꝫ me. Sed hęc locutus ſum vobis, vt cū venerit hora eoꝝ reminiſcamini: qa ego dixi vobis. Hęc aūt ab initio non dixi: quia vobiſcum eram. Et nunc vado ad eum qui miſit me: ꝛ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit coꝛ veſtruꝫ. Sed ego veritatē dico vobis, expedit vobis, vt ego vadā. Si enim nō abiero, paraclitus nō veniet ad vos. Si aūt abiero, mittā eū ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundū de peccato ꝛ de iuſtitia, ꝛ de iudicio. De peccato quidē: qa non crediderunt in me. De iuſtitia vero, qa ad patrem vado: ꝛ iam non videbitis me. De iudicio aūt: quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ſpiritus veritatis, docebit vos oēm veritatem. Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quęcunqꝫ audiet, loquet, ꝛ q̄ ventura ſunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, ꝛ annunciabit vobis. Oīa quęcunqꝫ habet pater mea ſunt: propterea dixi: qa de meo accipiet, ꝛ annunciabit vobis. Modicum, ꝛ iam non videbitis me, ꝛ iterum modicum, ꝛ videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum ꝛ non videbitis me, ꝛ iterum modicum, ꝛ videbitis me, ꝛ quia vado ad patrē? Dicebāt ergo. Quid eſt hoc, quod dicit nobis, modicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit aūt Jeſus, quia volebant eū interrogare, ꝛ dixit eis: De hoc quęritis inter vos, quia dixi, modicum, ꝛ non videbitis me, ꝛ iteruꝫ modicū ꝛ videbitis me, ꝛ quia vado ad patrem. Amen amen dico vobis: quia plorabitis ꝛ flebitis vos, mundus aūt gaudebit, vos aūt contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit triſtitiam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit filium, iam non meminit pſſurę pp gaudium: qa natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum aūt videbo vos, ꝛ gaudebit coꝛ veſtrum. Et gaudium veſtrū nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis: ſiquid petieritis pr̄ez in noīe meo, dabit vobis. Uſqꝫ modo nō petiſtis qcq̄ in noīe meo. Petite, ꝛ accipietis, vt gaudiū veſtrū ſit plenū. Hęc in p/uerbijs locutus ſum vobis. Uenit hora, cū iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de pr̄e annunciabo vobis. In illo die in noīe meo petetis. Et nō dico vobis, qa ego rogabo pr̄ez de vobis. Ipſe enim pr̄ amat vos: qa vos me amaſtis, ꝛ credidiſtis, qa ego a Deo exiui. Exiui a patre, ꝛ veni in mundum,

dum. Iterū relinquo mundum, ꝛ vado ad pr̄em. Dicūt ei diſcipuli eius. Ecce nūc palā loqueris, ꝛ puerbiū nullū dicis. Nunc ſcimus, qa ſcis oīa, ꝛ nō eſt opuꝫ tibi, vt qs te interroget. In hoc credimus: qa a Deo exiſti. Rſpdit eis Jeſus. Modo creditis? Ecce venit hora, ꝛ iā venit, vt diſpergamini vnuſqſq in propria, ꝛ me ſolū relinquatis. Et nō ſum ſolus, qa pr̄ mecū eſt. Hęc locutus ſum vobis, vt in me pacē habeatis. In mundo pſſurā habebitis, ſed confidite, qa ego vici mundū. Hęc locutus eſt Jeſus, ꝛ ſublcuatis oculis in cęlū dixit: Pr̄ venit hora, clarifica filiū tuū, vt filiuꝫ tuus clarificet te. Sicut dediſti ei ptātem oīs carniſ, vt omne quod dediſti ei, det eis vitā ęternā. Hęc eſt aūt vita ęterna, vt cognoſcant te ſolū Deū verū, ꝛ quē miſiſti Jeſum Chr̄m. Ego te clarificaui ſup terrā, opuꝫ cōſummaui quod dediſti mihi, vt faciā. Et nūc clarifica me tu pr̄ apud temetipſuꝫ, claritate quā habui priuſq̄ mundus fieret aput te. Manifeſtaui nomē tuū hominibuꝫ: quos dediſti mihi de mundo. Tui erāt, ꝛ mihi eos dediſti, ꝛ ſermonē tuū ſeruauerūt. Nūc cognouerunt, qa oīa q̄ dediſti mihi abs te ſunt: qa verba q̄ dediſti mihi, dedi eis, ꝛ ipſi acceperunt. Et cognouerunt vere, qa a te exiui, ꝛ crediderūt, qa tu me miſiſti. Ego p̄ eis rogo. Nō p̄ mundo rogo, ſed p̄ his, quos dediſti mihi, qa tui ſunt. Et mea oīa tua ſunt, ꝛ tua mea ſunt, ꝛ clarificatus ſuꝫ i eis. Et iā nō ſuꝫ i mūdo: ꝛ hi i mūdo ſūt: ꝛ ego ad te venio. Pr̄ ſancte ſerua eos i noīe tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnū ſicut ꝛ nos. Cū eſſeꝫ cū eis, ego ſeruabā eos in noīe tuo: quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: ꝛ nemo ex eis pr̄it, niſi filius pditionis, vt ſcriptura impleat. Nunc autē ad te venio: ꝛ hęc loquor i mundo, vt habeāt gaudium meuꝫ impletuꝫ in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuū, ꝛ mundus eos odio habuit: qa nō ſunt de mundo, ſicut ꝛ ego non ſuꝫ de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos a malo. De mundo nō ſunt, ſicut ꝛ ego de mundo nō ſuꝫ. Sāctifica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum: ita ꝛ ego miſi eos in mundum: ꝛ pro eis ego ſanctifico meipſuꝫ, vt ſint ꝛ ipſi ſanctificati in veritate. Non p̄ eis aūt rogo tm̄, ſed ēt pro eis, qui crediturī ſunt per verbuꝫ eoꝝ in me: vt oēs vnū ſint, ſicut tu pr̄ in me, ꝛ ego in te: vt ꝛ ipſi in nobis vnū ſint, vt credat mundus, qa tu me miſiſti. Et ego claritatē, quā dediſti mihi, dedi eis: vt vnū ſint, ſicut ꝛ nos vnū ſumuꝫ. Ego in eis, ꝛ tu in me: vt ſint cōſummati in vnū, ꝛ cognoſcat mundus, qa tu me miſiſti, ꝛ dilexiſti eos, ſicut ꝛ me dilexiſti. Pr̄ quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, ꝛ illi ſint mecum, vt videant claritatem meā, quā dediſti mihi, ꝛ dilexiſti me ante mundi conſtitutionē. Pr̄ iuſte, mundus te nō cognouit. Ego aūt te cognoui, ꝛ hi cognouerunt, qa tu me miſiſti. Et notū feci eis nomē tuū, ꝛ notū faciam: vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit: ꝛ ego in ipſis.

Prędictę orationes ꝛ ſuffragia dicenda ſunt plus ꝛ minus, ſecundum quod neceſſarium fuerit: qa aliqui in extremis laborant longiori tpe, aliqui breuiori: ꝛ ſecundum hoc legenda ſunt ſuprāſcripta in totum, vel in partem.

Ac De officio faciendo poſt egreſſum animę de coꝛpoꝛe. Cap. 27.

Oꝛeſſa aūt alia dī hoc. V. Subuenite ſancti Dei, occurrite angeli dñi, Suſcipien/

Suscipientes aiam eius, Offerentes eam in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Christus, qui vocauit te: ꝛ in sinu Abrahę angeli deducant te. Suscipientes. ℣. Requiem ęter. ꝛc. ꝛ lux perpet. ꝛc. Offerentes. Deinde. ℟ yrie eleison. ✠ hriste eleison. ℟ yrie eleison. Postea. ℙ ater noster. Et ne nos in. ℣. Requiem ęter. ꝛc. ℟. Et lux perp. ꝛc. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exa. ꝛc. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spir. ✠ remus. Oratio.

Ubi domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat: ꝛ quę per fragilitatem humanę conuersationis peccata cōmisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ✠ remus. Oratio.

Commendamus dñe aiam famuli tui, in manibus sanctorum Abrahę, Isaac, Jacob, ꝛ oium patriarchaꝝ. Commendamus dñe aiam famuli tui, in manibus sctōrū Petri, ꝛ Pauli, ꝛ Johannis, ꝛ oium Aplorꝝ. Commendamus dñe aiaꝫ famuli tui, in manibus sanctoꝝ Stephani, Laurentij, ꝛ Blasij, ꝛ oiuꝫ sctōrū martyrꝝ. Cōmendamus dñe aiam famuli tui, in manibus sctōrū Sylvestri, Martini, ꝛ N. ꝛ oiuꝫ ꝓfessorꝝ. Cōmendamus dñe aiaꝫ famuli tui, in manibus sctōrū Bñdicti, Egidij, ꝛ Antonij, ꝛ oiuꝫ sctōrū Monachorꝝ. Cōmendamus dñe aiaꝫ famuli tui, in manibus sctārū virginū, Marię matris Dñi, Agnetis, Cęcilię, ꝛ Catherinę, ꝛ N. ꝛ oium virginū tuarꝝ. Cōmendamus domine in manus tuas spūm famuli tui, ne princeps ei noceat tenebrarum, sed tu dñe misericorditer eum ꝓtegas in secula seculorum. ℟. Amen.

Tunc illi, quibus iniunctum fuerit, lauent corpus: postea induant eum paramentis sui ordinis: ꝛ ponant eum in feretro. Et sacerdos simpliciter dicat. ℟ yrie eleis. ✠ hriste eleis. ℟ yrie el. ℙ ater nr̄. Secreto ✠ Et ne nos in. ℟. Sed libera. ✠ In memoria ęterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala nō timebit. ✠ Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. ℟. Et aiam pauperis tui ne obliuiscaris in finē. ✠. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dñe. ℟. Quia non iustificabit in conspectu tuo oīs viuens. ✠. A porta inferi. ℟. Erue dñe animaꝫ eius. ✠. Requiescat in pace. ℟. Amen. ✠. Domine exau. ℟. Et clam. ✠. Dominus vobis. ℟. Et cum spiritu. ✠ remus. Oratio.

Suscipe dñe animam famuli tui N. quaꝫ de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: ꝛ libera eam de locis pęnarum: vt quietis, ꝛ lucis ęterne beatitudine perfruatur, ꝛ inter sanctos ꝛ electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum dominum nostrum.

De latio corporis defuncti ad ecclesiam. Cap. 28.

Deinde sacerdos ꝛ clerici ordinate vadunt: ꝛ corpus portant in ecclesiā cantando hoc ℟. Subuenite. vt infra. ℣. Suscipiat te ꝛ ℣. Regez ęternam. Deposito corpore in ecclesia: vel alia hora congruenti sacerdotes ꝛ clerici pręparent se ad cantandū vigiliā. Duo clerici incipiant absolute sicut decet, inuitatorium. Regē cui oīa viuūt. Psalmus. Venite exultemus Domino. Et solenniter cantent totam vigiliam. Require infra. fol. 127.

Interim

Interim sacerdos cum ministris pręparet se, ꝛ decantetur missa solenniter ꝛ ordinate, si tempus congruum fuerit.

De officio sepulturę sacerdotis, vel clerici defuncti. Cap. 29.

Finita missa, sacerdos sine casula, cum pluuiali ꝛ ministris, subdiaconus cum cruce, ꝛ omnes alij in gradu suo veniant ordinate cum luminaribus, incenso, ꝛ aqua benedicta, ꝛ stent in circuitu feretri in modum rotę, ꝛ sacerdos a capite incipiat absolute hanc orationem fine. Oremus.

Non intres in iudiciū cum seruo tuo Dñe: ga nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te oium peccatorum ei tribuat remissio: non ergo eum, qs, tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christianę commendat: sed gratia tua illi succurrę te mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo S. Trinitatis. Qui viuis ꝛ regnas in secula seculorum.

Post istam orationem statim cantor incipiat sequens responsorium.

Et dū cantantur ℟, ſacerdos acciplat thuribulū de manu miniſtri, ꝛ incēſet corpus. Finito reſponſorio, cantor cum primo choro dicit. Kyrie eleiſon.



Et eo finito, ſacer. dicat alta voce. Pater noſter. Quo in ſilentio dicto: ſubiungat. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dñs vobiſcuꝫ. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oratio.

DEus cui omnia viuunt, ꝛ cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: te ſupplices exoramus, vt ſuſcipi iubeas animam famuli tui N. quam de ergaſtulo huius ſeculi vocare dignatus es, per manus ſanctorum angelorum tuorum deducēdā in ſinum amici tui Abrahę Patriarchę, reſuſcitandamque in nouiſſimo iudicij magni die, vt quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius, ꝛ miſericors abluas indulgendo. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ Finita oratione cantor incipiat Reſponſorium.

Dum cantantur ſupradictum Reſponſorium, accipiat ſacerdos thuribulum vt ſupra, ꝛ dicat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

HAc, quęſumus domine, hanc cum ſeruo tuo defuncto miſericordiaꝫ, vt factorum ſuorum in pęnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem vt ſicut hic cum vera fides iunxit fidelium turmis, ita illis eum tua miſeratio ſociet angelicis chorꝰis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui in Trinitate perfecta viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ Deinde cantor incipiat Reſponſorium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et reincipitur ℟. Libera me domine. Et dum cantatur accipiat sacer/dos thuribulum, vt supra. Et dicat. ℟ yrie eleison. Q̃ hriste eleison. ℟ yrie eleison. ꝛ P ater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

A bsolue

Absolue, q̃s dñe, animã famuli tui vt defunctus seculo tibi viuat, ꝛ peccata, quę per fragilitatem carnis humane conuersatione commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amn.
Finita oratione, predictus sacerdos precipiat portatoribus, vt accipiant feretrum. Illi autem accipientes deportent defunctum ad tumulum. Et dum portatur, clerici cantent subsequentes Antiphonas.

Antipho.

Cum autem pervenerint ad tumulum, cantatis antiphonis, dicat sacerdos absolute hanc orationem sequentem.

Deus, q̃ fudasti terrã, formasti cęlos, q̃ loca syderibus stabilita fecisti: q̃ captiuũ laqueo mortis hoĩes lauacri ablutione reparasti: q̃ sepultos Abrahã Isaac ꝛ Jacob in spelũca duplici, in libro vitę atq; totius glorię principes annotasti bñdicẽdos, ita bñ ✝ dicere digneris ꝛ hũc tumulũ famuli tui ℟. vt hic eũ requiescere facias: ꝛ in sinu Abrahę, Isaac ꝛ Jacob collocare digneris: q̃ dñm nr̃m Jesũ Xp̃m ꝓtritis laqueis infernoꝝ, resurgere, suoꝝq; mẽbra in se credẽtiũ resuscitare voluisti: respice dñe sup hãc fabricã sepulturę: descẽdat ad eã dñe Spiritus tuus sanctus, vt te iubente, sit in hoc loco famulo tuo ℟ quieta dormitio, ꝛ tempore iudicij tui cum sanctis omnibus vera resuscitatio: prestante Domino nostro Jesu Xpisto, Qui tecum, ꝛ cũ spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculoum. ℟. Amen.
Dicta oratione sacerdos accipiat aquam benedictam, ꝛ aspergat corpus defuncti, ꝛ tumulum, ꝛ similiter incenset. Quibus peractis in persona defuncti dicatur hęc antipbona. Et cantor eam incipiat. Antipbona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aperi te mi bi. Evovae. Psalmus.
Confitemini domino, quoniam bonus. folio 99. cum
Requiem ęternam dona ei domine. Antiphona.

Aperi te mi bi portas iustitię: & introibo in eas confitebor domino. Antipho. In grediar. Evovae. Ps.

Quemadmodũ desiderat cervus ad fõtes aquarũ, ita desiderat aĩa mea ad te Deus. Sitivit aĩa mea ad Deũ fõtẽ viuũ: qñ veniã & apparebo ante faciẽ Dei? Fuerũt mihi lachrymę męę panes die ac nocte: dũ dĩ mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Hęc recordatus sũ, & effudi in me aĩaz meã, qm trãsibo in locũ tabernaculi admirabilis vsqz ad domũ Dei. In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es aĩa mea? & quare conturbas me? Spera in Deo qm adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. Ad meipsum aĩa mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonĩ a monte modico. Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarũ tuarũ. Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me trãsierunt. In die mandavit dns misericordiã suaz: & nocte cãticũ eius. Apud me oratio Deo vitę męę: dicam Deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei? & quare tristis incedo, dũ affligit me inimicus? Dũ confringuntur ossa mea exprobrauerũt mihi, qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in Deo qm adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & Deus meus. Requiem ęternam dona eis domine. Antipbona.

Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum

Dei. Antipbo. Hęc requies mea. Evovae. Psalmus.

Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iuravit Domino: votum vovit Deo Jacob. Si introiero in tabernaculũ domus

domus męę: si ascẽdero in lectũ strati mei. Si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ. Et requiẽ tẽporibus meis, donec inveniã locũ dño: tabernaculũ Deo Jacob. Ecce audivimus eum in ephrata: invenimus eũ in campis sylvę. Introibimus in tabernaculũ eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge dñe in requiẽ tuã: tu & arca sanctificationis tuę. Sacerdotes tui induãtur iustitiã, & sancti tui exultent. Propter David serũ tuũ: nõ avertas faciẽ Christi tui. Juravit dns David veritatẽ, & nõ frustrabitur eũ: de fructu ventris tui ponã super sedẽ tuã. Si custodierint filij tui testamentũ meũ, & testimonia mea hęc, quę docebo eos. Et filij eorũ vsque in seculũ, sedebũt super sedem tuã. Quoniã elegit dns Sion: elegit eã in habitationez sibi. Hęc requies mea in seculũ seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu David: paravi lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Requiem ęternam dona eis domine. Antipbona.

Hęc requies mea in sęculum sęculi: hic habitabo: quoniam elegi eam.

Antipbona.

De terra formasti me. Evovae. Psalmus.

Domine probasti me, & cognovisti me: tu cognovisti sessionẽ meã, & resurrectionẽ meã. Intellexisti cogitationes meas de lõge: semitã meã & funiculũ meũ investigasti. Et oẽs vias meas prævidisti: quia nõ est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognovisti oĩa novissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manũ tuã. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eã. Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiã. Si ascẽdero in cęlũ, tu illic es: si descẽdero in infernũ, ades. Si sumpsero pẽnas meas diluculo: & habitavero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Et dixi, forsitã tenebrę conculcabũt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebrę nõ obscurabũt a te, & nox sicut dies illuminabit: sicut tenebrę eius, ita & lumẽ eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris męę. Confitebor tibi, qa terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & aĩa mea cognoscet nimis. Nõ est occultatũ os meũ a te, qõ fecisti in occulto: & substãtia mea in inferioribus

riozibus terrę. Imperfectū meū viderūt oculi tui, ꝛ in libro tuo oēs scribentur: dies formabuntur, ꝛ nemo in eis. Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eoꝝ. Dinumerabo eos, ꝛ super arenā multiplicabunt: exurrexi, ꝛ adhuc sum tecū. Si occideris Deus pctōres: viri sanguinū declinate a me. Quia dicitis i cogitatiōe: accipiēt in vanitate ciuitates suas. Nōne qui oderūt te dñe oderā, ꝛ sup inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio oderā illos, ꝛ inimici facti sunt mihi. Proba me Deus, ꝛ scito cor meum: interroga me ꝛ cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est, ꝛ deduc me in via ętterna. Requiem. Antipho.

De terra formasti me: carne induisti me: redemptor meus Domine resuscita me in nouissimo die. Antipho. Nō intres. Ewovae. ps.



Domine exaudi orationem meaz: auribus percipe obsecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciū cum seruo tuo: qa nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus aīmam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris, sicut mortuos seculi, ꝛ anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: ꝛ in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam a me, ꝛ similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi viam, in qua ambulez: quia ad te leuaui aiam meā. Eripe me de inimicis meis Dñe, ad te cōfugi: doce me facere volūtatē tuā, quia Deus meus es tu. Spūs tuus bonus deducet me i terrā rectā, ppter nomē tuū Dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīaz meā, ꝛ i misericordia tua disperdes oēs inimicos meos. Et perdes oēs q tribulāt aīaz meā: qm̄ ego seruus tuus suz. Requiē. Alia.

Nō in tres in iu di ci um cū ser uo tu o Do mi ne: qui a nō iu sti fi ca bi tur in cō spe ctu tu o om nis vi uēs. Alia.

Omnis



Omnis spiritus. Ewovae. Psalmus.

Laudate Dñm de cęlis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eū Sol ꝛ Luna: laudate eum omnes stellę ꝛ lumen. Laudate eum cęli cęlorum, ꝛ aquę omnes quę super cęlos sunt, laudent nomen Domini. Quia ipse dixit, ꝛ facta sunt: ipse mandauit, ꝛ creata sunt. Statuit ea in ętternum, ꝛ in seculum seculi: przeceptum posuit, ꝛ nō przeteribit. Laudate Dñm de terra dracones, ꝛ omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quę faciūt verbū eius. Montes, ꝛ omnes colles: ligna fructifera, ꝛ omnes cedri. Bestię, ꝛ vniuersa pecora: serpentes, ꝛ volucres pēnatę. Reges terrę ꝛ omnes populi: principes, ꝛ omnes iudices terrę. Iuuenes, ꝛ virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Dñi: quia exaltatū est nomen eius solius. Confessio eius super cęlum ꝛ terram, ꝛ exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquāti sibi. Ętate Dño canticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. Letetur Israel in eo qui fecit eum, ꝛ filię sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano, ꝛ psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est Dño in populo suo, ꝛ exaltauit māsuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eoꝝ, ꝛ gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: ꝛ nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hęc est omnibus sanctis eius. Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eū in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundū multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio, ꝛ citbara. Laudate eum in tympano, ꝛ choro: laudate eum in cordis, ꝛ organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem ętternam dona eis domine: Antipbona.

Omnis spiritus laudet Dominum. Antipbona.

Ego sum resurrectio. Ewovae. Canticum.

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, ꝛ fecit redemptionē plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut locutus est per os sanctoꝝ,qui a seculo sunt prophetarū eius. Salutem ex inimicis nostris,ꝛ de manu oīum,qui oderūt nos. Ad faciēdā miseri/cordiā cū patribus nostris,ꝛ memorari testamēti sui sancti. Iusiurādū,quod iurauit ad Abrahā patrē nostrum: daturū se nobis. Ut sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati:seruiamus illi. In sanctitate ꝛ iustitia coꝝ ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer,propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciē Dñi,parare vias eius. Ad dandā scientiā salutis plebi eius: in remissionē peccatoꝝ eoꝝ. Per viscera misericordię Dei nostri:in qbus visitauit nos oriēs ex alto. Illuminare bis,q in tenebris,ꝛ vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes nostros in viaꝫ pacis. R. equiez ꝑternam. Antiphona.

Et interim dum iste infrascriptę antiphonę cum suis psalmis cantantur, sacerdos dicat has sequentes orationes.

ORemus fratreꝫ charissimi pro spiritu fratris nostri N. quē Dñs de la/queo huius seculi liberare dignatus est:cuius corpusculū hodie sepultu/ræ tradit:vt eū pietas Dei i sinu Abrahę,Isaac,ꝛ Jacob collocare dignet, vt cū iudicij dies aduenerit,inter sanctos,ꝛ electos suos eū in parte dextera col locandū resuscitari faciat. Per Christum Dñm nostruꝫ. R. Amē. Oratio.

DEus cui omnia viuunt,ꝛ cui nō pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius,te supplices deprecamur:vt quicquid anima fa/mŭli tui N. vitioꝝ,tuiqꝫ voluntati contrariū fallente diabolo, seu propria iniquitate,vel fragilitate cōtraxit,tu pius ꝛ misericors abluas indulgēdo: eāqꝫ suscipi iubeas per manus sanctoꝝ angelorum tuoꝝ deducendā in sinum patriarcharū ꝛ prophetarum tuoꝝ,Abrahę scilicet amici tui,ꝛ Isaac electi tui,ꝛ Jacob dilecti tui:a quo aufugit dolor atqꝫ tristitia ꝛ suspiriū, fidelium quoque animę felici iucūditate lętantur,ꝛ in nouissimo magni iudicij die in/ter sanctos,ꝛ electos tuos eam facias perpetuę glorię percipere portionem: quam oculus non vidit,nec auris audiuit,ꝛ in cor hominis nō ascendit q̄ præparasti diligentibus te. Per Christum dñm nostrum. R. Amen. Oratio.

CLemētatis quidem est dñe,vt homo hominem,cinis cineres, mortalis mortalē tibi dño Deo audeat commendare:sed quia terra suscipit terram,

terram,ꝛ puluis conuertitur in puluerem:donec omnis caro in suam rediga tur originem,inde tuā pijssime pater lachrymabiliter quęsumus pietatem,vt huius famuli tui N. animam,quā de huius seculi cęnulenta vorągine ducis ad patriam,Abrahę amici tui sinu recipias,ꝛ refrigerij rore perfundas. Sit ab ęstuantis gehennę truci incendio segregata,ꝛ beatę requiei tuę,te donan/te,coniuncta. Et si quę sunt illi Domine dignę cruciatibus culpę,tu eas gra tia mitissimę lenitatis indulge:nec peccati recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatē,sed indulgentię tuę piam sentiat suauitatem. Cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, nouus homo sancto/rum omnium cętibus aggregatis cum electis tuis resurgat in parte dextra collocandis. Per Christum dominum nostrum. R. Amen. Oratio.

OPus est misericordię Dñe sancte,pater omnipotens,ęterne Deus ro gare pro alijs. Et quia pro nobis non sufficimus,suscipe (rogamus) animam serui tui N. reuertentem ad te'. Adsit ei angelus testamenti tui Michael,ꝛ per manum sanctorum angelorum tuorum inter sanctos ꝛ elec/tos tuos in finibus Abrahę, Isaac,ꝛ Jacob patriarcharum tuorum eā col locare digneris. Libera eam Domine de principibus tenebrarum,ꝛ de lo/cis pęnarum, ne famulus tuus vllis iam primęuę natiuitatis vel ignorantię confundatur erroribus. Agnoscatur a tuis, ꝛ misericordia bonitatis tuę ad locum refrigerij,ꝛ quietis in sinum Abrahę transferatur. Per Chm. Oro.

OMnes Christi corporis sepeliendi officium fidelium more complē/tes, Deum cui omnia viuunt, deprecamur: vt hoc corpus fratris nostri N. a nobis in infirmitate sepultum,in ordine sanctorum suorum resuscitet,ꝛ eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregare iubeat:cum quibus inenarrabi li gloria ꝛ perēni felicitate perfrui mereatur. Per Christum dominum no/strum. R. Amen. Oratio.

OOmnipotens sempiterne Deus,q humano corpori animā inspirare di/gnatus es,dum te iubente puluis redit in puluerem,tu imaginē tuā cuꝫ sanctis ꝛ electis tuis ęternis sedibus præcipias sociari. Per dñm nostrum. His omnibus expletis postq̄ defunctus sepultus,fuerit sacerdos cuꝫ aqua benedicta aspergat tumulum,ꝛ dicat alta voce. Orate omnes. Et oēs sub si/lentio dicant. Pr nr. ℣. Et ne nos inducas. R. Sed libera nos. ℣. Nō in tres in iudiciū cū seruo tuo dñe. R. Quia nō iustificabit in ꝓspectu tuo oīs viuēs. ℣. A porta iferi. R. Erue dñe aiaꝫ ei⁹. ℣. Requiescat i pace. R. Amē. ℣. Dñe exaudi. R. Et clamor meus. ℣. Dñs vob. R. cū spi. Oremꝰ. Oro.

SAtisfaciat tibi,q̄s dñe Deus noster, pro aia famuli tui fratris nostri, beatissimę Dei genitricis semperqꝫ virginis Marię,ꝛ beatoruꝫ apo/stolorū Petri ꝛ Pauli,ꝛ beati N. patroni nostri,omniumqꝫ sanctoꝝ tuoꝝ oratio:ꝛ præsentis familię tuę humilis ꝛ deuota supplicatio: vt peccatorum omnium veniam,quam precamur,obtineat:nec eum patiaris cruciari geben nalibus flāmis,quē filij tui Dñi nostri Jesu Christi pretioso sanguine rede/misti. Qui tecū ꝛ cū spū sctō viuit ꝛ regnat Deus,p oīa secula sec. R. Amē.

℣. Domi/

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et ſacerdos dicat. Anima eius, & animę oium fideliū defunctorum per miſericordiā Dei, requieſcant in pace. ℟. Amen. Et ſtatim cantor incipiat. ℟. Memento mei Deus: quia ventus eſt vita mea, cum quo reuertantur in eccleſiam. ℟.

Cumque reuertuntur in eccleſiam, ordinate ſtent in choro. Et finito reſponſorio, ſacerdos dicat. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

IBi Domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus ſeculo tibi viuat, & quę per fragilitatem mundanę conuerſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

An aliquid ſit exigendum pro ſepultura. Cap. 30.

ADeruditorum ſacerdotum inſtructionem non minus incongrue viſus eſt viſitatā queſtionē interponere: An liceat ſacerdotibus parochialibus aliquid exigere pro ſepultura defunctorum, & an aliquod pactum cum hęredibus defuncti interponendū ſit. Ad hoc dubium reſpondet Reuerendus pater dominus Michael Lochmaier ſacrę theologię & vtriuſq; iuris Doctor in ſuo parochiali curatorum, titu. 6. cap. 3. in hunc modum.

Ad propoſitę quęſtionis euidentiā propono cauſam facti: in nonnullis parochijs prouincię Saltzburgē. maxime diœceſis Patauin. inoleuit cōſuetudo

tudo talis, quod defuncto aliquo Parochiano, rector Parochialis, aut eius Vicarius pro ſepultura aliquid, quod communi vocabulo Remediū vocāt, ab hęredibus defuncti in pecunia conſueuit exigere & recipere: dubitatum ſepius fuit a nonnullis conſcientię timoratę viris, an hoc prętextu conſuetudinis licite fieri poſſit, & videtur q; ſic. Nam illud in communi practica in pluribus locis ſolet haberi ex antiqua conſuetudine. Etiam epiſcopus & eorum officiales hoc ſciunt & tolerāt. Igitur &c. Sed contra, videtur q; fieri nō poſſit, quia in talibus frequenter interuenit pactum vel exactio contra cōiſ iuris diſpoſitionem, q; pro ſepultura tanq; pro ſpirituali bono nihil ex pacto exigi debeat, vt in c. abolendę. de ſepul. & c. non latis. de ſimo. Et quia materia Remediorum eſt de lana & lacte, hoc eſt de vtilitate pecuniaria curatorus, de quorum numero me profiteor: ne alij domini non curati forſitan latius quaq; ipſis videbitur, procedere me cęcutientem, aut fauorizantem exiſtiment: aut certe domini curati, ſit interdum rigorem aut equitatem conſuetudini forte prępoſuero, me perſecutorem proprij ordinis acculent: intendo quantum potero inter deuia remediorum, exequiarum, & aliorum circa ſepulturas defunctorum obuenienti ū pari paſſu incedere. Et primo quid ſit Remedium, & acceptionem huius prępoſitionis, Pro, declarare. Deinde me paucis concluſionibus circa quęſitum abſoluere. Prędiſa igit acceptione ſepulturę, & aliorum in prędcedenti articulo, cum non reperiam aliquem antiquus aut modernum Doctorem, quid ſit Remedium diffiniſſe, ad cōem practicam eorum, q rei nomen impoſuerunt, recurro. Et dico, q; ſecundum practicā eorum, Remedium eſt illud, quod prędter id quod pro exequijs, ſiue officio defunctorus & cultu diuino peragendo ſolitum eſt dari ex rebus defuncti, aut eius hęredis in pecunia, ſiue exiſtimatione, occaſione iuris funerandi, ſiue ſepulturę & cęmeterij, a rectore parochiali aut eius Vicario petitur, ſiue exigitur, quaſi animę remedium: quod ſolitum eſt dari pro exequijs & cultu diuino. Et probatur hoc idem ex acceptionibus ſepulturę ſupradictis: vbi nulli alteri modorum ſepulturę conuenienter applicari poteſt remedium cum iſta prępoſitione, Pro, de cuius ſignificato nunc dicemus. Pro quo nota, q; hęc prępoſitio Pro, ſecundum Doc. in 4. diſt. 25. quos imitatur Arch. in c. Agatho 63. di. & in c. Judices. & c. ordinationes. 1. q. 1. pluribus modis accipitur. Uno modo notat appreciationes, vel cōitatem, vel cauſam principaliter & primo mouentem, & ſic qualitercunq; capiatur ſepultura, prędterquam tertio modo, non eſt licitum aliquid exigere, aut recipere pro ſepultura: immo eſt ſimoniacum, ita q; illud temporale, ſiue ſit pecunia, ſiue alia res ſit, eſt vt pretium ſepulturę, quę eſt quoddam ſpirituale. Et peccat mortaliter qui ſic dedit & recipit, & qui mediator ſiue cooperator ad hoc fuit. 1. q. 1. reperiuntur. & q. 3. vēdentes. Nec in hoc excuſat ignorantia, cum ſit iuris diuini, quę neminem excuſat. Nec excuſat conſuetudo aliqua, vt patet in iuribus ſupra pro falſitate quęſiti adductis: quia conſuetudo non prędiudicat iuri naturali vel diuino, quod prohibet ſimoniam. Et ſic intelligi debent iura, quę dicunt, quod recipere

Universidad de Deusto
Biblioteca

pere aliquid pro sepultura,aut exequijs,fit simoniacū. ¶ Secundo hęc prę positio, ℙro,notat causam finalem,ꝛ motiuam,non remotā propinquaꝫ,sed occasionalem:ꝛ tunc licitum est ꝛ dare ꝛ accipere tpale pro spirituali, ꝛ tunc est, ℑste dat denarios pro missa,idest pro veneratione misse, vel propter ve nerationem,siue propter venerandam missam.Sic ēt intellige,cum dī, iste dat pecunias,vel recipit pro sepultura,aut exequijs,ꝛc. ¶ Tertio notat cau sam efficientem,vt sit sensus:iste dat denarios pro missa,vel ꝓ exequijs,idest pro deuotione misse,siue exequiarum:que mouent eum ad dandum:vel idest pro deuotione,quam habuit ad missam,vel ad exequias.Et hoc licite potest fieri ꝛ concedi:quia deuotio,quā habet quis ad predicta,licite potest eū mo uere ad dandum aliquid.Et potest etiam sacerdoꝫ licite recipere,ita tū ꝙ ces set oīs pactio ꝛ conuentio. 1.q. 1.c.quam pio. ¶ Quarto notat causam ad miniculatiuam ꝛ consecutiuam:que reducitur ad efficientem,vt cum dicitur, ℑlle ministrat librum sacerdoti pro celebranda missa,vel, ℑlle dat pecuniam presbytero pro ecclesia officianda.ꝛ tunc etiam potest concedi sic.74. distin. cap.vlt.vbi glo.cū similibus. ¶ Quinto notat cām excitatiuam, ꝛ secunduꝫ hoc dicunt quidam,ꝙ episcopus licite potest conferre beneficium familiari suo pro seruitio licito. ℕam ibi ista prępositio, pro, non notat causam fina lem,sed excitatiuam. Obsequium enim tale non debet esse causa finalis, sed potest esse excitatiua. Vide de hoc latius Archid.in d.cap. ordinationes. 1. quęstio. 1.Sunt ꝛ alię acceptiones huius prępositionis, ℙro, sed non sunt ad propositum nostrum:nam quandoque valet tantum,sicut loco:vt pro do te,idest loco dotis.ff.de dot.prę leg.l.vir vxori.quandoque pro,idest nomine: vt pro se,idest nomine suo:pro te,idest nomine tuo,vel ad commodum tuuꝫ. ff.de postu.l. 1.de commod.l.si vt certo.Sed hęc transeo,ꝛ conuerto me ad conclusiones,ꝛ sit hęc prima conclusio. ¶ Aliquid accipere,aut exigere oc casione funerum ex pacto pro sepultura est omnino illicitum. ℑste conclusio probatur in cap.abolendę.de sepul.ꝛ in cap.questa. 13.q.2. ℕec ratione ter re,vt dicitur:neque ratione officij,vt in cap.non satis.ꝛ cap. cum ecclesię. de simon. ℑmpendat ergo rector curatus predicta,ꝛ postea laudabiles consue tudines exigat,vt in c.ad apostolicam de simo.ꝛ latius infra dicetur. ¶ Se cunda conclu.non potest consuetudine introduci vt aliquid detur pro sepul tura,siue Remedium,aut alio nomine vocetur.vbi precessit pactio, siue exa ctio. ℙrobatur: quia initium consuetudinis fuit simoniacum ꝛ vitiosum: ideo non poterat bonaꝫ consuetudinem introducere. Et in illis duobus ca sibus quando precessit pactio vel exactio,intellige iura, videlicet c.non satis ꝛ seq.cum simil.de simo.que annullat consuetudinem in huiusmodi. ℕon va let ergo consuetudo,vt ante insepultum funus, vel etiam tempore sepulturę aliquid pro sepultura,vel nomine Remedij exigatur ab inuito:quia non ba bet talis consuetudo principium voluntarium. ℑdeo pretextu huius non dēt quis cogi. Et maxime presumeretur de simonia,siquis funus pro pignore ar restaret,Secus vbi ex postfacto ꝓsueuit aliqd dari. ℍabes ergo ꝓclusiue,ꝙ vbi

Notabilis, & oi digna prius ac ceptione est hęc pro con suetudi- num va rietate exceptio

vbi pactio vel exactio precedens dedit causam consuetudinis,talis cōsuetu do non valet.Et de hoc vide ℙan.in c.suaꝫ.ꝛ c.ad apostolicam. de simon. ¶ Tertia conclusio,potest induci consuetudine, quando non precessit pa ctio aut exactio, vt si ex mera liberalitate ꝛ deuotione populi talis consuetu do fit introducta,ꝙ pro sepultura,siue exequijs,aut officio defunctorum ali quid detur:ita tamen ꝙ predicta prius liberaliter exhibeantur. ℙrobat: qa talis consuetudo tunc non habet initium,nec fundamentum vitiosuꝫ,sed lau dabile. Mā ex quo dantes a principio libere soluerunt, vñr se ad hoc obligas se sub nomine cuiusdam oblationis:quam laici solent facere clericis tempo re spiritualium,vt no.de conse.dist. 1.omnis Christianus. ℑta no. ℙan.in d. c.ad apostolicam.ꝛ c.Jacobus de simo.ꝛ late in d.c.suam. eo. tit. vbi etiam disputat,quō possit induci consuetudo ex libera donatione,ꝛ ex his,que sunt mere facultatis. ¶ Collige igitur ex predictis,ꝙ tria requiruntur ad hoc, vt valeat consuetudo,ꝙ pro sepultura,aut nomine remedij, siue pro officio defunctorum aliquid exigatur ꝛ detur. ℙrimum,ꝙ consuetudo talis habue rit principium voluntarium,hoc est,ꝙ primo tale quid liberaliter soluerint, ita ꝙ non sit inuite ab eis exactum. Secundum,ꝙ talis ꝯsuetudo non ha buerit fundamentū vitiosum,aut simoniacum,ita ꝙ non interuenerit pactuꝫ siue conuentio in futurum de tali quid soluendo,tanꝯ pretiū sepulturę. Ter tium,ꝙ predicta,ꝓ quę aliquid datur,prius liberaliter exhibeantur,ꝛ ꝙ pre textu consuetudinis talis,nequaquam denegentur. Ex postfacto tñ nō soluē tes laudabilem consuetudinem, vbi predicta tria concurrunt,vel non seruan tes de soluendo certum quid,compelli possunt, non per rectorem parochia lis ecclesię,sed per ēpm suum,vt est tex.in d.c.ad apostolicam. ¶ Quarta cō clusio,rector parochialis, qui ex officio ꝛ rōne curę ad sepulturā ꝛ exequias suo parochiano defuncto tenetur,non potest licite pro his aliqd petere. Si aūt consuetudo habet,ꝙ aliquid detur,possunt laici compelli ad obseruādū laudabilē consuetudinē. ℙrima pars probat per d.c.Abolēdę. ꝛ ibi per gl. Secunda pars probatur ex iam dictis in precedenti conclusione. ¶ Quin ta cōclusio,si parochialis rector habet vnde viuat,tūc cessante consuetudine non potest aliquid pro sepultura,exequijs,siue nomine remedij exigere, sed gratis oblatū licite pōt recipere. ℑste cōclusio est ℙan.in d.c.suā. ℙroba tur prima pars:qa in tali casu cessante consuetudine rector parochialis tenet ex officio ꝛ rōne curę gratis spiritualia impendere,immo si in dicto casu ali quid recipit,tenetur restituere,vt ibi dicitur. Secunda parꝫ ꝓbatur in c.sicut ēpm. 1.q.2. ¶ Sexta concl.si rectori parochiali desunt sumptus necessarij, ꝛ pōt sibi aliunde acquirere victuꝫ, tum cessante consuetudine non pōt occa sione predictorum aliquid exigere. ℑste concl.etiam est ℙan.loco allegato, ℑmputet enim sibi,q tale beneficium exile,ꝛ tenue acceptauit. Querat ergo honeste sibi victum manibus,vel industria:puta scribēdo, pueros docendo, vel quid simile exercendo,vt in c.clericus victum.91. dis. Mā ꝛ apls quere bat sibi victū tpe predicationis,vt hī 2.Thes. 3.ꝛ 1.Cor 4. in c.acum apls.

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de censi. Si vero rector parochialis in tali casu non pōt honeste sibi victuꝫ aliter querere, tunc vel eps prouidebit sibi, vel parochiani possunt compelli ad prestandum sibi necessaria victui. De hoc vide bo. gl. in c. omnis christianus. de consec. dist. 1. que dicit, sacerdotem indigentem posse subtrabere parochianis spiritualia, nisi faciant oblationes, vnde possit viuere: Ad hoc etiā vide qō no. in c. de his de eccl. edi. ¶ Septima conclu. clerici extranei, qui non tenentur ex officio ad exequias, aut alia spiritualia impendenda, pñt licite operas suas spirituales locare, ꝛ conuenire, vt aliquid pro labore habeant, non vt directe pro spiritualibus recipiant tale, sed recompensationem laborum ꝛ damnorum, que sustinent in exhibendo presentias suas, ꝛ trahendo moꝝ in spiritualibus impendendis. cōclusio probatur per Inn. in c. pen. ne prel. vt su. An hoc est glo. in c. abolende. de sepul. ꝛ in ca. suam. de simon. vbi Pan. contra gl. tenet, ꝙ extranei sacerdotes, etiam si abundant, possunt exigere: cum ad hoc ex officio non teneant, ꝛ restringit gl. in c. precipimus. 21. q. 2. que simpliciter 'dicit' sacerdotem posse operas suas spirituales locare. Vide de hoc Doc. in c. significatum. de preb. ¶ Octaua concl. rector parochialis, qui sepulturā ꝛ exequias suo parochiano defuncto impēdit, sola hac intentione vt aliquid percipiat, alias non facturus, licet non incurrat simoniā conuentionalem, incurrit tamē vere simoniā mentalē, ꝛ grauiter peccat. Prima pars probatur in c. vlt. de sim. ex quo non precessit pactū expressum, nec emptio, nec venditio, nec exactio, nec ecclesia iudicat de tali simonia in foro ptentioso: Scōa pars ꝓbatur, qa pcessit intentio deprauata, ꝛ sic incurrit simoniaꝫ mentalē: q̄ sola penitentia purgatur, vt ibi dī: quia nullam censurā ecclesiasticam incurrit. Ad hoc est glo. in simili casu in c. vnico. de cle. non resid. lib. 6. ¶ Nona conclusio, cōsuetudine introduci pōt, vt clerici curati ex bonis defuncti certum quid percipiant. Hanc concl. probat Host. in sum. de consuetudine in quibusdam terris: vbi clerici curati de consuetudine recipiunt ꝛ exigunt lectum, in quo defunctus moritur. Item ꝛ vestes in quibus moritur. Alicubi consuetudo est, ꝙ curati habeant pannum, quod feretro superponitur. Alibi, ꝙ ex armento habeant melius caput pecoris. Exemplificat etiam Pan. in d. c. ad apostolicā. de consuet. in Britania, vbi in morte datur curatis tertia pars oīum bonorum defuncti, conuertenda tī ad cultum diuinum ꝛ eleemosynam pauperum. Dicunt tī Doc. ꝙ subsistente tali consuetudine tanq̄ laudabili, si clerici funus sepelire non vellent, nisi ab heredibus defuncti fieret eis cautio de redemptione lecti, aut vestimentorum, ꝛ aliorum, que ex consuetudine de rebus defuncti veniunt, simoniaꝫ cōmitterent: multo magis, qñ absq̄ pecunia hoc exigunt, nolentes aliter sepelire, vt in c. questa. 13. q. Si aūt clerici pactū faciunt de redimendo lecto, aut panno, ꝛ huiusmodi ēt antequam funus sepeliatur, per hoc nō incurrunt simoniā, sed est licitū, cū illa sint tpalia: dummodo per hoc nō neget sepultura, vel immisceatur ius sepulture. Et si post sepulturam heredes nollent obseruare pactum aut consuetudinē, pāt clerici agere cōtra eos, vt superiꝰ dictū est. ¶ Decima cōcl. concur-

rentibus tribus ad laudabilē consuetudinem in hac materia introducendam requisitis, valet cōsuetudo vbi rector parochialis ꝓ sepultura nōie remedij certū quid, siue ante sepulturam, siue ex postfacto ab heredibus defuncti recipit vel exigit. Hec conclusio elicitur ex precedētibus; ꝛ probo eaꝫ de laudabili cōsuetudine in officialatu curie Pata. in Uienna, cui ad annos plures officialis prefui: Ubi cum adultus, qui saltem semel cōicauit, moritur, dant heredes occasione sepulture nōie Remedij. 12. denarios Uien. ꝓ puero 7. denarios: q̄ consuetudo si predicta tria, de quibus supra in tertia conclusione, cōcurrunt, nequaq̄ venit condēnāda. Et debet hec prepositio, pro, in hac conclusione ꝛ similibus sumi nō primo modo, sed altero ex tribus sequētibus. ¶ Uenio nūc ad vndecimam conclusionē, que est rōsiua ad causaꝫ facti quesiti, ꝛ est hec. Nō valet consuetudo vbi remediū anteq̄ exigatur a dātibus, ex cōsuetudine tanq̄ in incerto consistens in quota ignoratur: si ꝓ rectorē parochialē ꝛ heredes defuncti, aut alias interpositas personas ad certuꝫ qd ꝛ quotam ex conuentione, aut pacto reductum exigitur ꝛ recipitur. Hec conclusio est contra cōem practicā, circa quasdā ecclesiaꝫ diecesis Salzburgē. ꝛ Patauien. in Bauaria ꝛ Austria superiori solitam obseruari. Ubi cuꝫ aliqs moritur, heredes defuncti ignorant, vel ad minus dubitant, ad quā quotā determinate rectori curato nōie Remedij teneant: sed tandē ex quentione aut pacto certificantur, quantū dare debent. Et ꝓbo hanc cōclusionē, primo ex eo, quia est contra naturā cōsuetudinis, vt incertū introducat, ꝛ super incerto fundetur. Nam ex quo consuetudo habet vim legis, vt ex ea Remedium, ꝛ nō alias licite peti possit, tūc debet esse certa sicut lex, vt in c, erit aūt lex. 4. dist. ergo, si consuetudo esset laudabilis, ꝛ sic valeret, oporteret ꝙ heredes statim ex ea scirent ad quid certum, ꝛ ad quam quotam nōie Remedij ꝓ sepultura tenerentur. Itē talis consuetudo, immo potius abusio continet in se expresse pactum, aut cōuentionē, que in huiusmodi reprobatur, vt sepius dictū est supra. Nam qñq̄ rector aut Uicarius pro remedio. 12. Flor. Renen. petit: ꝛ tandē ex tractatu ꝛ conuentione tī ad quinq̄ peruenitur. Itē talis consuetudo non presumitur habuisse principium volūtarium, sed exactū, aut cōuentum. Quis enim dicet laicos a principio adeo fuisse liberales, ꝛ ad sepulturam sic deuotos, ꝙ occasione sepulture funeri impendende vltra exequias dederint. 15. Flozen. Renen. aut circa? Item talis cōsuetudo tanq̄ corrupte la pluribus rectoribus, ꝛ maxime Uicarijs, q plus curāt de lana, q̄ de aia, ꝓstat causam delinquendi, ꝛ grauandi pauperes heredes defunctoꝝ, vt sepius vltra vires ꝛ solitum plus exigāt: quia quasi ex arbitrio eorum dependet, qd pro remedio recipere velint. Nam hec quota, que fuit hoc anno ex cōsuetudine nōie Remedij solita dari, nō erit anno sequenti, ꝑm eos: cū pestilentia viget, vel cū nouus rector, aut Uicarius superuenerit, consuetudo mutatur: immo plus, aut minus, vt videmus in practica. Item talis consuetudo dat occasionem rectoribus ecclesias suas locantibus, ꝙ consuetam pensionem siue absentiam augmentant. Nam videntes Uicarios eorum ex Remedijs ditari,

ri,ecclesiam quam quis hoc anno arrendauit pro 50. Flor. Renen. in absen/
tia,sequenti anno locat p 60.ꝛ tandē 80.prout vidi in practica. Et sic Vica/
rij per magnas absentias grauati, sub pietate Remedioꝝ,abradūt oues mo/
rientes de cute vsq3 ad carnē,ꝛ ossa:qō est omnino inhumanum. Item con/
tra naturam aliarum consuetudinum,facit illud qō inducit crescere, ꝛ nunq3
decrescere:Remedium enim semper cū cremento exigitur: quia nunq3 con/
sueuerunt rectores dicere,progenitores tui dederunt pro Remedio 12.dena
rios:sed sic,auus tuus dedit 10.Flor.Renen.pater tuus, q possedit hunc mar
sum similiter dedit 10.aut 12.ꝛ tu solū exhibes 7.aut 4.Flor.Renen. Quod
omnino habet speciem mali. ¶ Nec valet dicere,ꝙ huiusmodi Remedia
iuxta morem eoꝝ licite recipiantur, Primo,propter malam decimationem
prędialē,ꝛ maxime propter personalē,quę rare a laicis soluitur, Secundo,
pp offertoria,ꝛ alia iura parochialia debita,neglecta,vt sic quę defunctus in
vitā nō persoluit,saltem eius hęredes post mortē de bonis suis sub nomine
Remedij persoluant:quia super decimis soluendis talis consuetudo eos nō
excusat. De quo tñ dic,vt notatur in c.1.de deci.lib.6.ꝛ c.ad apostolicę.ꝛ c.a
nobis.ꝛ c.tua.de decis. Propterea posset cōtingere,ꝙ in trib⁹ diebus successi
ue morerentur pater,filius,ꝛ nepos,ꝛ sic de eisdē bonis exigeret occasione p/
dictorum eadē taxa per viam remedij:qō est inconueniens.Quidam tñ astu
ti rectores siue Vicarij ppendentes Remediū sic exigendū fore illicitus,mi/
scent Remedium cum exequijs,siue cultu diuino peragendo,ꝛ simul ex con/
uentione taxant:quod tñ ex predictis etiam constat esse illicitum. ¶ Conclu
sio vltima,quę ab antiquo solita sunt ecclesiis ꝛ ecclesiarum ministris tribui,
non debent aliquo modo immutari.text.est in l. priuilegia.in fi.C. de sacro/
sanc.eccl.per quem tex.dicit Barth.ꝙ cōitas est solita certū quid dare eccle/
się,nō pōt per statutum immutare.Ex quo pōt inferri,ꝙ parochiani nō pos
sunt per statutum tollere,quo minus oblagium,aut Remedium solitū, ex lau
dabili consuetudine introductum,debeat ꝛ exigi possit.Si tñ Remediū es/
set laicis nimis onerosum,ꝛ per lapsum,siue deprauatā cōsuetudinē introdu
ctum,pñt laici p statutum ad certum quid reducere ꝛ statuere inter se,ꝙ sepul
tura ipsius officio peracta aliquid in certa quota detur,siue remediū,aut alio
vocabulo nominetur. Probatur hoc:qa,si ex cōsuetudine laudabiliter intro
ducta vsi sunt se quasi tacite ad aliquid dandum a principio obligasse,multo for/
tius se possint ad hoc expresse per statutum obligare:dūmodo tñ coacti per
rectorem curatū hęc non statuant,ita ꝙ ex parte ipsius rectoris circa statutuꝝ
ois pactio ꝛ conuentio cesset,vt patet ex supradictis. Et valde expediret hu
iusmodi statutū fieri, Primo,ex parte laicoꝝ,vt de cętero circa remedia am
putaret eis materia ꝗrelādi. Scō,ēt ex parte curatoꝝ: vt eis p statutū hmōi
circa remedia exigenda precluderentur vię ꝛ modi simoniacę prauitatis.

¶ An facienda sint conuiuia sacerdotibus in funere defunctorum. Ca. 31.

OX his infero,ꝙ non valet consuetudo,ꝙ post sepulturā homines,ꝛ ma
xime sacerdotes conueniāt in loco vno ad prandiū sumptibus defuncti,
vt

vt in c.nullus.de presb.de consec.dist.5.quem tex.omnino vide.vbi gl. dam/
nat hanc consuetudinem,quę est in Anglia,ꝛ etiam in certis locis Bauarię.
Et ex hoc etiam reprehenduntur quędam fraternitates sacerdotum: in qui/
bus ex statuto fratres in anno aliquoties,ꝛ post exequias fratres conueniūt:
ꝛ de bonis fraternitatis relictis,siue donatis,lautum prandium faciunt: pro/
ut in facto vidi in Panden.Austrię. Finaliter ex omnibus supradictis cōclu
do negatiuam partem ad casum facti quęsiti, videlicet,ꝙ curatus non potest
licite ex pacto aliquid pro sepultura exigere:potest tñ Remediuꝝ cum ex lau/
dabili consuetudine introductum est,licite recipere,ꝟm limitationes supra in
conclusionibus recitatas. Nec obstat ratio pro veritate quęsiti adducta,ꝙ il
lud solet haberi in cōi practica ꝛ ex consuetudine: quia practica talis non est
cōsuetudo laudabilis,sed potius depraua ta corruptela. Nec excusat in hmōi
recipientes,ꝛ exigentes,etiam si sit longęua ꝛ diuturna. Nam diuturnitas tē/
poris in talibus non diminuit peccatum,sed auget,vt in d.c.non satis.de sim.
ꝛ vt inquit tex.in c.cum ecclesię corpore.eo.tit.ꝛ in c. fi. de consue. tanto gra/
uiora sunt crimina,quanto diutius infęlicem animam detinent alligatam, ꝛc.
Neque tolerantia eorum ꝛ suorum officialium predictos excusat, neq3 facit
talem consuetudinem licitam:quia tolerantia talis non inducit tacite dispen
sationem cum recipiente siue exigente,cum nec Papa in talibus,quę sunt p
hibita, quia simoniaca, possit dispensare, vide gl.in c. cum iam dudum. de
preb.per Doct.in c.super eo.de cogna.spi.ꝛ in c.constitutis.de fil.presb.Ex
quo etiam habes,ꝙ per istam malam cōsuetudinem non derogantur anti/
qua ꝛ noua iura,quę prohibēt aliquid ex pacto pro sepultura recipere ꝛ exi/
gere:quia cum iura illa contineant ius naturę ꝛ diuinum,ex quo simonia taꝝ
diuino quā naturali iuri sit contraria,non possunt per contrariam consuetu/
dinem, vtpote irrationabilem abrogari.Et de hoc vide S.Tho. quolibe.
nono.ar.2.Episcopus etiam talem consuetudinem corruptam simulans,si/
ue expresse tolerans,a peccato minime excusatur:quia ex officio ad ipsum p/
tinet prauas tollere loci consuetudines,ꝛ inhibere clericis, ne quicquam hac
de causa exigant,vt no. Pan.in d.c.abolendę.de sepul.in 2.notab.

¶ Quibus personis denegatur sepultura ecclesiastica. Cap. 32.

AD cuius euidentiam quęro qui sunt, qui priuantur ecclesiastica sepul/
tura. Solutio. Quindeciꝝ differentijs personarum interdicitur eccle/
siastica sepultura. ¶ Primo,excommunicatis.clem.1.de sepul.Et hoc ve/
rum nisi absoluantur etiam in extremis:sed hęredes pro eis satisfacere tenē/
tur,vt in cap.parochiano eo.titu.Et secundum Gul.idem est de excommu/
nicatis minori,si notorie excommunicati sunt. Idem de excommunicatis etiā
iniuste,vt no.gl.in c.literas.de restitut.spol. Sepelientes vero nominatiꝝ ex/
cōicatoꝝ maioꝝ,sunt ipso facto excommunicati,vt in cle.1.de sepul. ¶ Se/
cundo,manifestis vsurarijs.d.clem.1.ꝛ cap.quanquam.de vsuris.lib.6.hoc
verum nisi pęniteant,ꝛ faciant cautionem. ¶ Tertio, qui in torneamentis
moriuntur.cap.1.de tornea.Et exponit Host.etiam si quis ibi letale vulnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

acceperit,licet postea superuixerit:qui quamuis pœniteat,ꝛ ei eucharistia nō negetur,carebit tñ ecclesiastica sepultura. ¶Hoc intellige ſm Guil. tam de militibus quam de armigeris eorum,qui ibidem in armis se exercent. Secus de illis,qui illuc vadunt causa curiositatis, vel ad videndum, vel alia quacunqꝫ de causa. Adde etiam prædictis quod no. Ricar. in 3.dist. 37. ꝙ illi, q bastiludia faciunt,peccant mortaliter,cū simili ratione videantur esse prohibita,vt torneamenta. Et ex hoc innuitur ꝙ morientes in illis non sepelientur in sacrato. Et hoc videtur verum per rationeꝫ.d.c.1.ibi vnde mortes hominum ꝛ animarum pericula sæpe proueniunt:nam in talibus bastiludijs sæpe prædicta proueniunt. Secus dicendum videt in currentibus ad brauium. vt Viennæ, ꝛ in multis ciuitatibus:nam raro vel nunquam eueniunt in tali cursu mortes hoium. Interdictis. ¶ Quarto,nominatim interdictis.d.cle.1. ꝛ hoc sub excōmunicationis pœna.alij autem interdicti similiter priuantur. Quod intellige de interdictis a diuinis ꝛ participatione sacramentorum secundum ¶Pan.quia interdicti a iurisdictione,vel ab aliquo officio non priuantur sepultura. Raptoribus. ¶ Quinto,raptoribus,qui pertinaciter,cū possint,in vita non satisfaciunt,ꝛ in morte non possunt.cap.2.de rap. Archiepiscopus Flor. dicit, ꝙ si raptor potuit restituere,ꝛ non restituit,nec securitatē dedit, denegabuntur ei sacramenta ꝛ sepultura. Si vero cum haberet vnde redderet, distulit vsque ad mortem pœnitere, ꝛ tunc est impotens ad restituendum, si est alias contritus ꝛ dispositus ad restituendum,si posset,dabuntur ei sacramenta,sed priuabitur ecclesiastica sepultura ad terrorē aliorum:nisi parentes, vel amici eius vellent restituere pro eo,quia tunc sepelietur in sacrato. ¶Pan. vero in c.super eo.de rap.dicit de mente glo.quæ communiter tenetur:Quod aut decessit quis in peccato rapinæ,nec pœnituit,ꝛ tunc etiā sibi cœmeterium denegatur:quia decessit in mortali. Aut pœnituit in morte,ꝛ satisfecit, ꝛ tunc ex toto cōceditur sepultura:ꝛ clerici debēt interesse sepulturæ:ꝛ ita proprie loquitur tertius casus d.c.super eo. Et ista interpretatio tanqꝫ benignior tenenda est. Blasphematoribus Se occidētibus. ¶ Sexto,blasphematoribus Dei,ꝛ qui sancta cōtemnūt. ¶ Septimo,illis qui se occidunt.13.q.2.Quibus.23.q.5.placuit. Et hoc intelligē dum est secundum Guli. si se peremerunt ex desperatione, vel indignatione,aut iracūdia. Secus si ex furore,vel a casu. Unde si quis propter fugam præcipitaret se in aquam,quia sic credebat euadere posse,nō imputatur ei,si cōtrariū eueniat,arg.c.nerui.13.dist.ꝛ d.c.ex parte.in gl: Concordat ¶Host. Nota tñ ſm quosdā, ꝙ si ille,qui occidit se ex desperatione,aliquandiu postquam vulnus viueret,ita ꝙ eū pœniteret,ꝛ confiteretur,ꝛ ostenderet signa cōtritionis in morte,tali non est deneganda ecclesiastica sepultura,ex quo non decedit in peccato mortali. Non confessis, & non cōtritis semel in anno. ¶ Octauo prohibetur ei sepultura,de quo certū est ꝛ manifestum,non fuisse confessum,vel nō communicasse semel in anno:iuxta c.omnis vtriusqꝫ.de pœ.ꝛ remis. Quidam hoc limitant,nisi se super hoc emendasset in articulo mortis,ꝛ cōfitendo,ꝛ cōmunicando, vel saltē signa cōtritionis ostēdisset in fine:quia tūc nō negabitur sepultura ſm eos. Cōtrariū tamen

tñ puto verū,s.quod per illam etiam non euadit pœnam.d.c.omnis. propter rationes quas adduxi supra.c.4.in secunda partic.primæ.ibi vide. Si vero occultum est,ꝙ quis non est confessus infra annum:nō negabitur ei sepultura:qa ex quo est occultum,non debet publicari peccatū. Aut si dubitetur: qa forte confessus alicui mendicantiū,ꝛ de eius cōsilio abstinuit ab eucharistia. Interdicto. ¶ Nono,illi,cui interdictus est ingressus ecclesiæ.c.is q.de sen.excom.lib.6. Monacho proprietario. ¶ Decimo, monacho propriū habenti,vt in c.super quodam.de sta.mon. Tutorē habijs sacerdotē instituēti. ¶ Undecimo,illi,qui sacerdotem tutorem filijs suis instituit.98.dist.c.neqꝫ apud gl.ibi contrarium tenet. Iudeis, paganis, & hereticis. ¶ Duodecimo,iudeis,paganis, ꝛ hæreticis. de consec.dist.1.c.ecclesiam,ꝛ seq. Dimissis corporibus. ¶ Tertiodecimo,corporibus exēteratis vel diuisis,vt ossa ad sepulturam deportentur,vt in extrauag. Bonif.viij. de testandæ.sub tit.de sepul. Post mortem de hæresi cōuictis. ¶ Quartodecimo,illis, qui post mortem de hæresi conuincantur,vt in c.siquis episcopus.de hære. Notorijs. ¶ Quintodecimo,generaliter nullus notorius decedens in ipso notorio mortali peccato,sepeliēdus est. d.c.quibus,ꝛ c.non estimemus.ꝛ c.pro obeuntibus.ꝛ c.cū grauia.13.q.2.oēs enim casus suprædicti locum habēt in notorijs:peccatores enim occulti sunt sepeliendi: habet etiam locum in non reconciliatis. Si enim confiteantur, sicut eis cōceditur corpus Christi,ita ecclesiastica sepultura.23.q.3. quæsitū. Si etiam signa pœnitentiæ apparuerunt,si loquelam amiserant,tūc post mortem sunt absoluendi,ꝛ ad orationes ꝛ alia ecclesiastica suffragia recipiendi, ꝛ sepeliendi:sed hæredes pro eis satisfacere tenentur proximis:vt in d.c.parochiano.eo.tit.ꝛ de rapt.c.literis.ꝛ c.a nobis.2.de sent.excom. Et ad probandum huiusmodi signa,sufficit in hoc casu vnus testis.26.q.6.qui recedunt. ꝛ c.seq. Fallit tamen hoc in raptoribus,ꝛ violatoribus ecclesiæ,ꝛ illis, qui moriuntur in torneamentis,ꝛ alijs similibus supra recitatis: quibus ecclesiæ sepultura interdicitur. Adde etiā prædictis quod no. ¶Panor.in c.ex parte. præalleg. ꝙ decedens sine confessione exteriori in extremo vitæ facta,debet sepeliri in cœmeterio ecclesiæ:ex quo confessionem non contempsit,sed morte præuentus est. Non est enim credendus,ꝙ decesserit in mortali peccato.de quolibet enim præsumendum est bonum,nisi contempsisset per annum confessionem,vt dictū est supra,etiam si mors fuisset casualis. Quid fiet,si tales, de quibus dictum est,de facto sepeliuntur in ecclesia,vel cœmeterio? Solutio. si corpora eorum discerni possunt, exhumandi sunt, alias non.cap. sacrum eod.titu.ꝛ ecclesia vel cœmeterium est reconciliandum, vt in cap. consuluisti. de consec.eccl.vel alt. Quid fiet,si dubitetur de cadauere,vtrum fuerit cuiusdam Christiani,pagani,vel hæretici, vel excommunicati? Solutio. videtur in meliorem partem interpretandum d.cap.sacrum. ¶ Sed qua pœna puniendi sunt,qui ad sepulturam aliquem recipiunt in casu non concesso? Solutio.tenentur ad restitutionem corporis si petatur,ꝛ omnium,quæ occasione illius receperunt.c.fraternitate.ꝛ c.ex parte.1.ꝛ cum liberum.eo.ti.ꝛ alijs pœnis,vt supra dictum est. Utrum suspensi ꝛ huiusmodi sint sepeliēdi? Solutio secundum ¶Panor. in c.ex parte.2.eo.tit.quod sic, quacunque pœna moriant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dummodo penituerint. Et possint sepeliri in cemeterio cum solennitate misse ꝛ aliorum officiorum. Nec sacramenta ecclesie talibus sunt denegan/da. vt in capitu. fi. 13. questio. 2. Tales tamen non sunt deponendi de furcis sine licentia principis: qui tamen debet se in hoc facilem reddere. vt in l. 1. ꝛ 2. ff. de cadaue. pu.

¶ Ordo sepeliendi aliquem secularem defunctum. Cap. 33.

Cum defunctus aliquis ad ecclesiam, vel cemeterium defertur sepelien/dus, per sepe diuersarum religionum clerici adesse solent: qui propter varias suas ordinationes ꝛ ritus varie legunt, ꝛ varie cantant, ꝛ plurimum non consonantiam, sed potius dissonantiam gignunt. Idcirco vt talis disso/nãtia euitetur, modus cantandi non antiquus, sed quẽ nunc ritus Romanus tenet, hic inferius annotatur. Postquam corpus defuncti positũ fuerit in ec clesia, in qua tumulari debet: sacerdos cum stola ꝛ pluuiali incipiat absolute.

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quoniam nul/lus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccato/rum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quesumus domine, tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fi/deiq; christianę commendat: sed gratia tua illi succurrente me/reatur euadere iudiciũ vltionis, qui dũ viueret insignitus est signaculo sanctę Trinitatis. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amen. Et cantores illius loci debent incipere. ℟. Subuenite sancti Dei. folio. 112. ꝛ omnes alij clerici debent inceptum ℟. totum vsque in finem prosequi. Versus vero. Susci piat te Christus cantabunt ipsi cantores, vel alij duo, quibus iniunctũ a cã tore pro suę voluntatis libito, fuerit post repetitionẽ vero, scilicet Susci pien/tes. alij duo, quibus cantor innuerit, vel ipsimet cantores dicent ℣. Requiẽ eternam. ceteri vero clerici cantabunt repetitionem, scilicet. Offerentes eã in conspectu altissimi. ℟ Subuenite. vt supra. ¶ Dum autem cantatur predictum Responsorium, sacerdos accipiat aquam benedictam de manu ministri. ꝛ aspergat corpus defuncti, ꝛ postea similiter incenset illud. Et fini to ℟io, cantor cũ primo choro dicat Kyrie el. Et secundus chorus Christe el. Deinde omnes simul dicant Kyrie el. Quo finito sacerdos dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spiritu tuo.

Deus, cui omnia viuunt, ꝛ cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices exoramus, vt suscipi iubeas ani/mam famuli tui. N. per manus sanctorum angelorum deducendam in sinu ꝛ amici tui Abrahę patriarchę, resuscitandamque in nouissimo iudicij magni die: vt quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius ꝛ misericors a/bluas indulgendo. Per Christum. ℟. Amen. Finita oratione, cantores in/cipiant ℟. Libera me domine. fo 113. Et repetitur ℟. Libera me dñe. ꝛ interim dum dictum ℟. secundo cantatur, fiat de aqua benedicta ꝛ incen so, vt supra. Completo vero ℟. dicatur vt su. Kyrie eleis. ꝛ Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eius.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Absolue, quesumus Domine, animam famuli tui N. vt defunctus secu lo tibi viuat: ꝛ que per fragilitatem carnis humana conuersatione pec cata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum. ℟. Amen. Finita oratione aliqui de circunstantibus accipiant feretrum, ꝛ deportent defunctum ad tumulum: ꝛ dum portatur, clerici cantent sequentes antiphonas. In paradisum deducant te angeli. fol. 114. Antipbona. Ego sum. vt supra. fol. 116. Canticum. Benedictus dominus Deus Is/rael. Finito cantico cantetur antipbona. Ego sum. tota. His omnibus finitis, sacerdos accipiat aquam benedictam, ꝛ aspergat corpus defuncti, ꝛ tumulum, ꝛ postea incenset similiter, ꝛ dicat alta voce. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi quesumus domine Deus noster, pro anima famuli tui Dei genetricis semperque virginis Marię, ꝛ sanctissimorum Petri ꝛ Pauli Apostolorum, ꝛ sancti N. omniumque sanctorum tuorum oratio: ꝛ presentis familię tuę humilis ꝛ deuota supplicatio, vt peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemi sti. Qui tecum ꝛ cum spiritu sancto viuit ꝛ regnat Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Et idem sacerdos dicat. Anima eius, ꝛ animę omnium fidelium defuncto/rum per misericordiam Dei. Et cantores immediate subiungant.

Et tunc statim cantores incipiant. ℟. Memento mei Deus. fol. 117. Dum predictum ℟. cantatur, reuertantur in ecclesiam. Et postquam re/uersi fuerint, stent ordinate in choro. Et finito Responsorio sacerdos dicat alta voce. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus se culo tibi viuat: ꝛ que per fragilitatem mundane conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum Do minum nostrum. ℟. Amen.

De officio sepulturę paruulorum. Cap. 34.

INcipit officium sepulturę paruulorum Christianorum. Quando puer extrahitur de domo, ꝛ deportatur ad ecclesiam, dicuntur psalmi graduales, videlicet psal. Ad dominum cum tribularer. cum reli. infra. fo. 126. Quilibet cū Gloria pat. ꝛ Sicut erat, ꝛc. ℭ Vel sic, cū puer extrahitur de domo, incipiatur psalmus Beati immaculati, ꝛc. folio 99. ꝛ psalmus. Laudate pueri dominum. folio. 30. Et dicuntur cum Gloria patri. ꝛ Sicut erat. Et quando puer fuerit in ecclesia incipitur antiphona. Hic accipiet benedictionem a Domino, ꝛ misericordiā a Deo salutari suo, quia hęc est generatio quęrentium dominum. Psalmus. Domini est terra, ꝛ cum Gloria pa. ꝛ Sicut erat. folio 31. Quo finito dicatur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. De autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in ęternū. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

OOmnipotens ꝛ mitissime Deus, qui omnibus paruulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a seculo, fine vllis eorum meritis vitam illico largiris ęternam, sicut animę huius paruuli bodie credimus te fecisse: fac nos, quęsumus per inter cessionem beatę Marię virginis, ꝛ omnium sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari: ꝛ in paradiso cum beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum dominum. ℟. Amen.

℣ Dum portatur ad tumulum dicatur aña. Juuenes ꝛ virgines, senes cum iunioribus laudent nomen dñi. ps. Laudate dñm de cęl. fol. 116. Deinde dicatur Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie elei. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟ Taliū est enim regnum cęlorum. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

OOmnipotens sempiterne Deus, sanctę puritatis amator: qui animam huius paruuli ad cęlorum regna bodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tuę sanctissimę passionis, ꝛ intercessione beatę Marię semper virginis, ꝛ omnium sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus sanctis ꝛ electis tuis semper facias congaudere cęlestibus. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo patre in vnitate spirit. ℭ Dñ reuertuntur ad ecclesiā, pronunciatur Aña. Benedicite dñs, deinde dicatur bs. Benedicite oīa opera Dñi Dño. su. fo. 71. Quo finito: dr tota aña. Benedicite dñm oēs electi eius, agite dies lętitię, ꝛ confitemini illi. Deinde dicatur ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spir. Oratio.

ODeus, qui corda fidelium sancti Spūs illustratione docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere, ꝛ de eius semper cōsolatione gaudere. Oro.

OConcede nos famulos tuos, quęsumus domine Deus, perpetua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere, ꝛ gloriosa Beatę Marię semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, ꝛ ęterna perfrui lętitia. Oratio.

ODeus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assisti-

assistitur, ab bis in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

ℭ Ritus sepeliendi defunctum secularem, secundum vsum Patriarchatus Venetiarum. Cap. 35.

QAm clerici ad funus aliquod accedunt, a colytis ꝛ cruce precedentibus, ordinate pergunt ad locum, vbi est corpus, scilicet vel ad ecclesiā, vel ad domum defuncti, legendo psalmos graduales distincte ꝛ morose. Et cum peruenerint ad ecclesiam, vbi tumulandus est defunctus, ingrediendo eam cantent sequens responsorium, vt hic inferius notatum est, cum suo versu ꝛ resumptione.

Finito ℟. si non fit fuit cantatum nocturnum trium lectionum, cantatur. Quo finito incipiatur responsorium sequens, cum versu ꝛ resumptione.

Kyrie eleis. Obriste eleis. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos indu/cas. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto, ąs dñe, supplicationibus nostris, ⁊ pias aures tuas ad pręces nostras inclinare digneris: vt nos de throno maiestatis tuę clementer exaudias, ⁊ orationes famulatus nostri dignanter admittas. Te inuocamus dñe sancte, pater ops, ęterne Deus, pro aia famuli tui, quam bodierna/die de hac luce vocare dignatus es: vt iubeas ei pręparari paradisi tui loca vi/rentia: nõ eam exurat flamma ignis crudelis gehennę: quia propterea dñs noster Jesus Christus filius tuus in ligno crucis sub Pontio Pilato pati dignatus est, vt animas, quę per Adę transgressionem perierant, sua sancta resurrectione ab inferni claustris liberaret. Confundantur ergo gehennę ianitores, ⁊ ministri nequitię erubescãt: deducant eam angelicę potestates in sinum patriarcharum Abraham, Jsaac, ⁊ Jacob patrũ nostrorum: consequa/tur a tua potentia paratam electis iucunditatem, ⁊ a dextris hęreditatem a/depta lętetur, vt cum dies ille tremendus agnitionis tuę aduenerit, vna cum sanctis ⁊ electis tuis, qui tibi placuerunt, in gloria maiestatis tuę resurgere mereatur, ad indulgentiã, nõ ad pęnã: ⁊ animã illam, quã fontis vnda perfu/dit, ⁊ chrisma salutis inunxit, non finas flammarũ ardoribus cruciari, nec pec/catorũ vinculis alligari, sed liberã redde paradiso tuo, per indulgentiã pie/tatis tuę: quia tuã clementiã dum in hoc seculo constitit, non negauit. Per Christum. ℟. Amen. ℟. Anima huius dum derelinqueret mundum soli Deo deuota est: Caro enim requiescet donec tẽpus veniat. ℣. Ad te dñe leuaui animã meã, Deus in te confido, nõ erubescã. Caro. Oremus. Ofo.

Deus vniuersorũ creator, ⁊ cognitor, q es beatitudo sanctorũ, pĩsta nobis petentibus, vt spiritum fratris, vel sororis, nostri vel nostrę corporis nexibus absolutum, in lucis ęternę facias regione gaudere. Per Christum. ℟. Amen. Antiph. Animam de corpore, quam assumpsisti dñe, fac gaude/re cum sanctis tuis in gloria. Oremus. Oratio

Supplices exoramus pietatem tuã dñe sancte, pater ops, ęterne Deus ꝑ anima famuli tui, quã de hac luce ad te accersiri iussisti, vt eã in regio/ne viuorũ constituas, ⁊ partem beatę resurrectionis inter sanctos ⁊ electos tuos

tuos habere concedas. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amẽ. ℟. In pa/radisum. fol. 114. Ad Dñs Alia. Ego sum resurrectio. fo. 116. Kyrie elei/son. Obriste eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. A porta inferi. ℟. Erue Dñe. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Obsecramus misericordiam tuam ętерne Deus, qui hominem ad ima/ginem tuam creare dignatus es, vt animam famuli tui, quam hodier/na die rebus humanis eximi, ⁊ ad te accersiri iussisti, blande ⁊ misericorditer suscipias: non ei dominentur vmbrę mortis, nec tegat eam chaos ⁊ caligo tenebrarum: sed exuta omnium criminum labe, in sinu Abrahę collocata, lo/cum lucis ⁊ refrigerij se adeptam esse gaudeat, ⁊ cum dies iudicij aduenerit, cum sanctis ⁊ electis tuis eam resuscitari iubeas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem ętернam dona ei domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

In die 7. vel 30. atque in anniuersario responsorium. Cap. 36.

Kyrie elei. Obriste elei. Kyrie elei. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiam eius. ℣. Re/

Universidad de Deusto
Biblioteca

℣. Requiescat i pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi oronē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

TE dñe sancte, pater omnipotēs, eterne Deus, suppliciter deprecamur p anima famuli tui, quam a voraginibus huius seculi ad te accersiri precipisti: vt digneris ei domine dare locum lucidum, et locum refrigerij et quietis, liceatque ei transire portas infernorum, et penas tenebrarum, maneatque in mansionibus sanctorum, et in luce sancta, quam olim Abrahe promisisti, et semini eius: vt cum magnus dies ille resurrectionis aduenerit, resuscitare eum digneris domine ad requiem vna cum sanctis et electis tuis, deleas eius delicta atque peccata, vsque ad nouissimum quadrantem, tecumque in mortalitatis tue vitam et regnum consequatur eternum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Antiphona. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Oremus. Oratio.

OMni vulneris nouitate percussi, et quodammodo cordibus sauciati, misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus, vt chari nostri animam proprium ad te datorem reuertentes blande, leniterque suscipias: et siquas ille ex hac carnali commoratione contraxit maculas, tu Deus solita pietate clementer indulgeas: obliuionisq; in perpetuum tradas: atque eandem laudē tibi cuz ceteris redituram, et ad corpus qñq; reuersuram, sanctorum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui viuis et regnas. ℟. Amen. Antipb. Animam precamur, quam creasti domine, vt suscipi iubeas in regnum tuum: et in sinu Abrahe collocari facias, vt cum beato Lazaro portionem accipiat. Oremus. Oratio.

OOmnipotentis Dei misericordiam deprecemur, cuius iudicio nascimur et finimur, vt spiritum fratris, vel sororis nostri, quem domini pietas de incolatu mundi huius tranire precepit, requies eterna suscipiat: et eū beate resurrectioni presentet: et in finibus Abrahe, Isaac, et Jacob collocare dignetur. Per Christum dominum nostruz. ℟. Amē. Ańa. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā, pp nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua: educes de tribulatione animam meam. Oremus. Oratio.

DEus, qui iustis supplicationibus semper presto es, qui pia vota dignaris intueri, da famulo tuo, cui hodie officia prestamus, cum sanctis atq; electis tuis beati muneris portionem. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Antiphona. Credo domine Deus carnis resurrectionem, et vitam eternam: sed tantum deprecor tuam clementiam, vt non inter hedos, sed inter oues consortium, merear. Oremus. Oratio.

CLementiam tuam suppliciter exoramus domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, redemptor animarum, pro anima famuli tui, quam de hac luce accersiri iussisti, vt angelus tuus suscipiat eam et spiritus tuus refrigeret eaz: vt cuz iudicabitur non exeat condemnata. Per Christum. ℟. Amen. ps. De profundis. cum Requiem eternam. infra. fol. 137. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Oremus. Oratio.

ABsolue

ABsolue, quesumus domine, animam famuli tui: et animas omniuz famulorum tuorum confratrum nostrorum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitati respirēt. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescāt in pace. ℟. Amē.

OFFICIVM DEFVNCTORVM.

Quod dicitur secundum ordinē Breuiarij reformati extra tempus Paschale prima die cuiusque mensis, non impedita festo nouem lectionum, aliquin prima die similiter nō impedita. In Aduentu autem et in Quadragesima feria secunda cuiuslibet hebdomadę. In choro dicitur post officium die i, idest vesperę post vesperas, et matutinū post laudes, diei, nisi alia sit consuetudo ecclesiarum, extra chorum pro opportunitate temporis Cap. 37.

C Ad vesperas absolute incipitur.

Ańa. D la ce bo Do mi no. E vo va e. Psalmus.

DIlexi quoniam exaudiet Dominus, vocem orationis meę. Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo. Circūdederūt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inueni, et nomen domini inuocaui. O domine libera animam meam: misericors dominus et iustus: et Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum, et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Placebo Domino in regione viuorum. Requiem eternam dona eis Domine, Et lux perpetua luceat ei. Antiphona.

D la ce bo Do mi no in regi o ne vi uo rum. Antipbo.

H ei mi bi. E vo va e. Psalmus.

AD dominum, cū tribularer, clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera animam meaz a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi: aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittę potentis acutę: cum carbonibus desolatorijs. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui, cū habitātibus cedar, multū incola fuit anima mea. Cū his qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis impugnabāt me gratis. Requiē. Ańa.

Hei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiphona. Domine. Evovae. Psalmus

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi? Auxilium meum a domino: qui fecit celum & terram. Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te, dominus protectio tua super manum dexterā tuā. Per diem sol non uret te: neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animaz tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuuz, ex hoc nunc & vsque in seculum. Requiem eternam dona eis domine.

Antipb. Si iniquitates. Evovae. Psal.

De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tuę intendentes, in vocē deprecationis męę. Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe quis sustinebit? Quia apud te ppitiatio est, & ppter legē tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea in verbo eius: speravit anima mea in dño. A custodia matutina vsqz ad noctē, speret Israel in dño. Quia apud dñm misericordia, & copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet Israel: ex oībus iniquitatibus eius. Requiem eternaz dona eis domine. Antipbona.

sustinebit. Antipb. Apud. Evovae. Psalmus.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctuz tuum, & confitebor nomini tuo. Super misericordia tua & veritate tua:

tua: quoniaz magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In quacumque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteantur tibi dñe omnes reges terrę: quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria domini. Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit: & alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias. Requiem eternam dona eis domine. Et lux. Antipb.

vocem de celo dicentem mihi. ℟. Beati mortui, qui in Domino

moriuntur. Antipbona. Omne. Evovae. Canticum.

Magnificat anima mea Dominuz. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatez ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctuz nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordię sue. Sicut locutus est ad patres nostros: Abrahaz, & semini eius in secula. Requiem eternam. Antipbona.

nit et: & eum qui venit ad me non eiciam foras.

Psalmus & preces infrascripte dicuntur flexis genibus, similiter & ad Laudes. Pater noster. Secreto. ℣. Et ne nos inducas in tentat. ℟. Sed libera nos a malo. Psalmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LAuda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea, psallã Deo meo quandiu fuero. Nolite confidere in principibus: in filijs hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorũ. Beatus cuius Deus Jacob adiutor eius: spes eius in Domino Deo ipsius, qui fecit cęlum & terram, mare, & omnia quę in eis sunt. Qui custodit veritatez in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cęcos. Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas: pupillum & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Regnabit Dominus in secula: Deus tuus siõ, in gẽrationę & gẽrationẽ. Requiẽ ęter. eius loco ad laudes dr ps. De profundis. Qui ps̃alm non dr̃ in die comm. omnium fidelium defunctorum. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: prẽsta, quęsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Oratio.

DEus venię largitor, & humanę salutis amator, quęsumus clementiam tuam, vt nostrę congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. Oratio.

RIdeliũ Deus oĩum ꝓditor & redẽptor, aĩabus famulorũ famularumq; tuarũ remissionem cunctorũ tribue peccatorũ, vt indulgẽtiã, quã semp optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas in secula seculorum. In die cõm. oĩũ fid. defunct. qñ dr̃ hęc vltima tñ oro dr̃. Qui viuis & regnas cũ Deo patre, in vnitate Spũs sancti Deus, p oĩa secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Requiẽ ęterña dona eis Dñe. ℟. Et lux ꝑpetua luceat eis. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℭ Ad Matutinũ incipit inuitat.

Inuita. Regem cui omnia viuunt, Venite adoremus. Psal.

VEnite exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro, ꝓoccupemus faciẽ eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei. Regesuo



QUoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terrę, & altitudines montium ipse conspicit. Venite. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridas fundauerunt manus eius: venite adoremus & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, & oues pascuę eius. Regẽ cui. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri:

totum.

℣ Dictum inuitatorium cum suo psalmo non dicitur, nisi in crastino oīum sanctorum: ꝛ cum funus ꝓsens fuerit. Quibus diebus dñr infrascripti tres nocturni, ꝛ Añe duplicantur. Alijs temporibus dr̄ tñ vnum nocturnum cuz suis laudibus, hoc ordine. Secunda ꝛ Quinta Feria primuz noctur. Tertia ꝛ Sexta secundum noctur. Quarta feria ꝛ sabbatho tertium noctur.

℣ In j. nocturno pro Secunda ꝛ Quinta Feria. Antiphona.

Di ri ge, E v o v a e. Psalmus.

VErba mea auribus ꝑcipe dñe: intellige clamorez meū. I ntende voci ōronis meę, rex meus ꝛ Deus meuz. Q uñ ad te orabo dñe: mane exau dies vocē meam. D ane astabo tibi, ꝛ videbo: quñ nō Deus volenz iniquita tem tu es. N eque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. O disti oēs qui operant iniquitatem: perdes oēs qui lo quuntur mendaciū. Q iruz sanguinū ꝛ dolosum abominabitur dñs: ego aūt in multitudine mi sericordię tuę. I ntroibo in domū tuā: adorabo ad templū sanctū tuū in timore tuo. D ñe deduc me in iustitia tua ꝓp inimicos meos: di

rige

rige in cōspectu tuo viam meam. Q uoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. S epulcrum patens est guttur eorum: linguis suis do lose agebant: iudica illos Deus. D ecidant a cogitationibus suis: secundū multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te do mine. E t lętentur omnes qui sperant in te: in ęternum exultabunt, ꝛ habita bis in eis. E t gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniā tu benedices iusto. D omine vt scuto bonę voluntatis tuę: coronasti nos. R equiem ęternam dona eis domine. E t lux perpetua. Antiphona.

D i rige domi ne Deus me us in conspectu tu o vi am

me am. Añ. A on uertere domine. E v o v a e. Psalmus.
D omine ne in furore tuo arguas me. Psalmus. vt supra. folio 48.
cum R equiem ęternam dona eis domine. E t lux. Antiphona.

A ŏuer te re do mi ne: ꝛ eripe a ni mā meā: quoniā non est in moꝛte

qui me moꝛ sit tu i. Añ. Ne quādo. E v o v a e. Psalmus.
O Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequē tibus me, ꝛ libera me. N e quando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. D omine Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in in manibus meis. S i reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. P ersequatur inimicus ani mam meam: ꝛ comprehendat, ꝛ conculcet in terra vitam meam, ꝛ gloriam meam in puluerem deducat. E xurge domine in ira tua: ꝛ exaltare in finibus inimicorum meorum. E t exurge domine Deus meus in pręcepto quod mandasti: ꝛ synagoga populorū circundabit te. E t propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos. I udica me domine secundum iusti tiam meam: ꝛ secundum innocentiam meam super me. C onsumetur nequi tia peccatorum, ꝛ diriges iustum: scrutans corda ꝛ renes Deus. I ustum ad iutorium meum a Domino: qui saluos facit rectos corde. D eus iudex iu stus fortis ꝛ patiens: nunquid irascetur per singulos dies? N isi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, ꝛ parauit illum. E t in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. E cce parturijt

iniustitiam:concepit dolorem,ꝛ peperit iniquitatē. ℣. Lacus aperuit,ꝛ effodit eū:ꝛ incidit in foueam,quā fecit. ℣. onuertetur dolor eius in caput eius: ꝛ in verticem ipsius iniquitas eius descendet. ℣. onfitebor domino secundum iustitiam eius: ꝛ psallam nomini ☩ñi altissimi. ℟. equiem eternam. Ana.

Ne quando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui re/



dimat,neque qui saluum faciat. ℣m curiā. ℣. A porta inferi. ℟. Er/

rue do mine a nimas eorum. ℣m patriarchinum. ℣. Diri/ge

do mi ne de us me us. ℟. In con spe ctu tuo vi am me am. Deinde dicitur Pater noster qui. secret. Quo completo dicat bebdomadarius alta voce versum. Et nos inducas in tentationem. Respondeant omnes. Sed libera nos a malo. Tunc lector absolute incipiat lectionem; ꝛ eandem terminet fine Tu autem Domine miserere nobis. Et sic leguntur omnes lectiones in officio mortuorum. Lectio prima.

PArce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo,quia magnificas eum:aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo:ꝛ subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam salivam meam:peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi,ꝛ factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum:ꝛ quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam:ꝛ si mane me quæsieris, non subsistam. Finita lectione secundum vsum patriarch. ven. dicitur post omnes lectiones. Beati mortui qui in Domino moriuntur. ꝛ sequitur Responsorium.

Credo quod redemptor me us vi

uit: ꝛ in no uissimo di e ve

de ter ra surrectu rus sum: ꝛ in carne me a videbo De/

um Saluatorem me um. ℣. Quem vi su rus

sum ego ipse ꝛ non a li us: ꝛ oculi mei con spectu/

ri sunt. ℣. Et in car ne. Lectio secunda.

TAedet animam meam vitæ meæ,dimittam aduersum me eloquium meum,loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo:noli me condemnare. Indica mihi,cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur,si calumnieris,ꝛ opprimas me opus manuū tuarum,ꝛ consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt:aut sicut videt homo,ꝛ tu vides? Nunquid sicut dies hominis dies tui:ꝛ anni tui sicut humana sunt tempora? Ut quæras iniquitatem meā:ꝛ peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim:cum sit nemo,qui de manu tua possit eruere. Responsorium.

Qui la za rum re su sci ta sti a monumen to

sepulti duz. Tu es dominedona requiem ꝛ lo cum indulgenti æ. ℣. Qui venturus es iudicare vivos

ꝛ mortuos ꝛ se culum per ignem. Tu eis. Lectio iij.

MAnus tuæ domine fecerunt me:ꝛ plasmauerunt me totum in circuitu:ꝛ sic repente præcipitas me? Memento quæso,quod sicut lutum feceris

me, ꝛ in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, ꝛ sicut caseū me coagulasti: Pelle ꝛ carnibus vestisti me, oſſibus ꝛ neruis compegisti me. Vitā ꝛ misericordiā tribuisti mihi, ꝛ visitatio tua custodiuit spiritū meū. ℣.

In ij. noctur. ꝓ feria. Tertia ꝛ Sexta. Añs.

In lo co pa scu ę. Evovae. Psalmus.

Dominus regit me, ꝛ nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit

Deduxit me super semitas iustitię, propter nomen suū Nam ꝛ si ambulauero in medio vmbrę mortis: non timebo mala, qm̄ tu mecum es. Virga tua ꝛ baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū: ꝛ calix meus inebrians quam preclarus est. Et misericordia tua subsequatur me, omnibus diebus vitę meę. Et vt inhabitem in domo domini, in longitudine dierum. ℟. equiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua. Antiphona.

Antiphona.

De li cta. Evovae. Psalmus.

Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido nō erubescam. Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinēt te, non confundentur. Et confundātur omnes iniqua agentes: superuacue. Vias tuas domine demonstra mihi: ꝛ semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, ꝛ doce me: quia tu es Deus saluator meus, ꝛ te sustinui tota die. ℟. eminiscere miserationum tuarum dn̄e, ꝛ misericordiarum tuarum, q̄a ſeculo sunt. Delicta iuuentutis meę: ꝛ ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam dn̄e. Dulcis ꝛ rectus dn̄s: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Dirriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuersę vię domini misericordia ꝛ veritas, requirentibus testamentum eius ꝛ testimonia eius. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quis est homo qui timet dominum? legem statuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, ꝛ semen eius hereditabit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum: ꝛ testamentum ipsius, vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. ℟. espice in me, ꝛ miserere mei: quia vnicus ꝛ pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt, de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam ꝛ laborem meum: ꝛ dimitte vniuersa delicta mea. ℟. espice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: ꝛ odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam, ꝛ erue me: non erubescam, quoniam speraui in te. Innocentes ꝛ recti adhęserunt mihi: quia sustinui te. Libera deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis. ℟. equiem ęternam dona eis do.

Antiphona. Delicta iuuentutis meę ꝛ ignorantias meas ne

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dñs protector vitę meę, a quo trępidabo? Dū appropiant sup me nocentes: vt edāt carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderūt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo. Unam petij a domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vitę meę. Ut videā voluntatem dñi: & visitem templum eius. Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam dño. Exaudi dñe vocē meam, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam dñe requiram. Ne auertas faciem tuā a me: & ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto, nec derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus. Quoniam pr̄ meus & mater mea dereliquerunt me: dñs assumpsit me. Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in semitam rectam pp inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerūt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra viuentium. Expecta dñm, viriliter age: & confortet cor tuū, & sustine dñm. Req.

Tunc secrete dicitur Pater noster. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera nos. Lectio quarta.

Responde mihi quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum

cum tuū? Contra foliū qđ vento rapit ostendis potentiā tuā, & stipulā siccā psequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & cōsumere me vis peccatis adolescentię meę. Posuisti in nervo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo cōsumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur a tinea. Responsorium

Lectio quinta.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conterit: & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui pręteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo: vt quiescat donec optata veniat, & sicut mercenarij dies eius. Responsorium.

Lectio sexta.

Quis mihi hoc tribuat, vt inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebus, quibus nūc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respōdebo tibi. Operi manuū tuarū porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis. ℟. vj. Ne recorderis peccata mea. quere supra, folio 112.

In tertio nocturno per feria Quarto & Sabbatho. Antipbona.

Psalmus.

Expectans expectaui dñm, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticū nouū, carmen Deo nostro. Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in dño. Beatus vir cui est nomen dñi spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Multa feciſti tu dñe Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato nō postulasti: tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptū est de me, vt facerē voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuā in medio cordis mei. Annūciaui iustitiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo, dñe tu scisti. Iustitiam tuam nō abscondi in corde meo: veritatem tuā, & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam: a concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.

Quo-

Quoniam circundederūt me mala, quorū nō est numerus, cōprehenderunt me iniquitates meę: & nō potui vt viderem. Multiplicatę sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine, vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice. Confundantur & reuereantur simul: qui quęrunt animā meam, vt auferāt eam. Conuertantur retrorsum & reuereantur, qui volunt mihi mala. Herant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, euge, euge. Exultent & lętentur super te omnes quęrentes te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei. Adiutor meus & protector meus es tu: deus meus ne tardaueris. Requiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis.

Antipbona.

Psalmus.

Beatus qui intelligit, cum. Requiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat ei. supra. folio 48.

Antipbona.

Psalmus.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fon. supra. fol. 174. Antipbona.

tuorum

tuorum ne obliuiscaris in finem. vt supra dicitur.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. Lectio vij.

SPiritus meus attenuabit: dies mei breuiabunt, & solũ mihi superest se-
pulchrũ. Nõ peccaui: & in amaritudinibus morat oculus meus. Libe-
ra me Dñe, & pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet cõtra me. Dies me-
trãsierũt: & cogitationes meę dissipatę sunt torquẽtes cor meũ. Noctẽ verte-
rũt in diẽ: & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus do-
mus mea est: & in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi, pater me-
us es: mater mea & soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc pręstolatio mea
& patientia mea? Tu es Domine Deus meus. Responsorium

Ecce tem me quo ti di e & non me pę ni ten-
tem ti mor mor tis con tur bat me. Quia in in-
fer no nulla est redemptio: mi serere me i de-
us, & sal ua me. ℣. De us in no mi ne tuo sal uam
me fac: & in virtute tu a li be ra me. Qui a in. Lectio vij.

PElli meę consumptis carnibus adhęsit os meum: & derelicta sunt tan-
tummodo labia mea circa dentes meos. Miseremini mei, miseremi-
ni mei saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare perse-
quimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt
scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stilo ferreo,
& plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod redem-
ptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum cir-
cunda-

cundabor pelle mea: & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.
Quem visurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Re-
posita est hęc spes mea in sinu meo. Responsorium.

Domine secundum actum meum
noli me iudicare: nihil
bi dignum in conspectu tuo
deo de precor ma ieста tem tu-
am. At tu Deus deleas iniqui-
tatem me am. ℣. Am plius
laua me domine ab iniustitia me a, & a delicto me o
munda me. At tu. Lectio nona.

QUare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus
me videret. Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.
Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo,
vt plangã paululũ dolorem meum: antequã vadã, & non reuertar ad terrã te-
nebrosam, & opertam mortis caligine, terrã miserię & tenebrarum, vbi vmbra
mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Responsorium.

Libera

Supradictum responsorium dicatur tantummodo, cuius fit pro defunctis vigilia trium lectionum, Responsorium. **Libera me Domine de morte.** cum suis versiculis dicitur solummodo in crastino omnium sanctorum, & quãcunque nouem lectiones pro defunctis dicuntur: quere supra. fol. 113. Ad laudes incipitur absolute, Antiphona.

Te

Te decet hymnus Deus in sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorũ prevaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti, & assumpsisti: habitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuę: sanctum est templum tuum, mirabile in equitate. Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terrę, & in mari longe. Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitãt terminos a signis tuis: exitus matutini, & vesperę delectabis. Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum: quoniam ita est preparatio eius. Rivos eius inebrians, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lętabitur germinans. Benedices coronę anni benignitatis tuę: & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur. Induti sunt aretes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent. Requiem ęternam dona eis domine. Antipbona.

Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuã & gloriã tuã. Quoniã melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meũ. Si memor fui tui super stratũ meũ: in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarũ exultabo: adhęsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanũ quesierũt aiam meã: introibũt in inferiora terrę, tradẽtur in manus gladij, partes vulpiũ erũt. Rex vero lętabit in Deo: laudabũtur oẽs, q iurãt in eo: quia obstructũ est os loquentiũ iniqua. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Lętentur, & exultent gentes, qm̃ iudicas populos in equitate: & gentes in terra dirigis. Cõfiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suũ. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eũ omnes fines terrę. Requiem ęternã. Ańa.

Me

EGo dixi in dimidio dierum meorum: vadã ad portas inferi. Q. uęsiui residuum annorũ meorum: dixi non videbo Dñm Deum in terra viuentium. N. on aspiciam hominem vltra, z habitatorem quietis. G. eneratio mea ablata est, z conuoluta est a me: quasi tabernacula pastorũ. P.ręcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me, de mane vsque ad vesperã finies me. S. perabã vsq3 ad mane, quasi leo sic cõtriuit oia ossa mea. D. e mane vsque ad vesperã finies me, sicut pullus hirũdinis sic clamabo: meditabor vt colũba. A. ttenuati sunt oculi mei, suspiciẽtes in excelso. Dñe vim patior, respõde p me: qd dicã: aut qd respõdebit mihi, cũ ipse fecerit? R. ecogitabo tibi oẽs annos meos: in amaritudine animę męę. D. ñe si sic viuitur, z in talibus vita spiritus mei, corripies me z vivificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. T. u aũt eruisti animã meã, vt nõ periret: pecisti post tergũ tuũ oia peccata mea. Q. uia nõ infernus confitebitur tibi, neq3 mors laudabit te: nõ expectabũt q descendũt in lacũ veritatem tuã. V. iuens viuens ipse cõfitebitur tibi, sicut z ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam. D. ñe saluum me fac: z psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitę nostrę in domo domini. R. equiem. Antipbo.

LAudate dñm de cęlis: laudate eum in excelsis. folio 116. Antipbona.

BEnedictus dñs Deus Jsrael: quia visitauit z fecit. fo. 116. Antipbona.

tuus fu e rit, viuet: z omnis q viuit z credit in me nõ morietur in ęternũ. Qua aĩa finita dĩ P̃ nr̃. Iecr. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. p̃De pfundis. f. 127. C Nota q p̃s. De profundis. dicitur ad laudes defunctorum diebus ferialibus: z nullo alio tpe dĩ: Sed dicto versu. Et ne nos. z respõso. Sed libe. dicantur versus sequentes, scilicet ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aĩas eorũ. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu sacerdotali feciisti dignitate vigere, pręsta quęsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Alio.

DEus, venię largitor, z humanę salutis amator, q̃sumus clementiã tuã, vt nostrę congregationis fratres, propinquos, z benefactores, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum oĩbus sanctis tuis, ad ppetuę beatitudinis p̃sortiũ peruenire cõcedas. Ipo.

HIdeliam Deus omnium conditor z redemptor, animabus famulorũ famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis z regnas in sec. ℣. Requiem ęternaz dona eis dñe. ℟. Et lux perpe. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. C Vel dicatur vna de intrascriptis orationibus. C In die depositionis defuncti. Oratio.

DEus, cui proprium est, misereri semper z parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti, vt non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam a sanctis angelis suscipi, z ad patriam paradisi perduci, vt quia in te speravit, z credidit, non pęnas ęternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per dominum nostrum Jesum Christum.

C In die 3. 7. vel trigesimo depositionis defuncti. Oratio.

QUesumus dñe, vt animę famuli tui N. cuius depositionis diẽ tertiũ, vel septimũ, vel trigesimũ p̃memoramus sanctor z atq3 electorũ tuorum largiri digneris consortiũ, z rorẽ misericordię tuę perennẽ infũdas. Per dñm.

C Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

℄ Pro vino defuncto. Oratio.

INclina dñe aurẽ tuã ad preces nostras, quibus misericordiã tuã supplices deprecamur: vt animã famuli tui N. quã de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, ⁊ sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per dominum. ℄ Pro vna defuncta. Oratio.

OAꝑsumus domine pro tua pietate miserere animę famulę tuę N. ⁊ a contagijs mortalitatis exutam, in ęternę saluationis partem restitue. Per dominum nostrum. ℄ Pro patre, ⁊ matre. Oratio.

DEus qui nos patrem ⁊ matrem honorare precepisti, miserere clementer animabus patris ⁊ matris meę, eorumq; peccata dimitte: meque eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostrum Jesuꝝ.

℄ Pro pluribus parentibus. Oratio.

DEus, qui nos patrem ⁊ matrem honorare precepisti, miserere clementer animabus parentum nostrorum: eorumque peccata dimitte: nosq; eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostrum Jesum.

℄ Pro pluribus defunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, cui nũquam fine spe misericordię supplicatur, propitiare animabus famulorum famularũque tuaruꝝ, vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserũt, sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per dominum. ℣. Requiem ęternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

MISSA PRO DEFVNCTIS IN CANTV.

℄ Missa in agenda pro mortuis. Cap. 38.

R Equiem ę ternam do na e is dómi/ ne: ⁊ lux perpetua lu ce at e is. ps. Te de cet hymnus Deus in Sion

Sion, ⁊ tibi reddetur votum in Je ru sa lem: ex au di ora ti onem meam: ad te om nis ca ro ve ni et. Re qui em ę ter nam.

K ỹ ri e e ij. leison. C hri ste e ij. le i son.

K ỹ ri e e le i son.

K ỹ ri e e le i son.

℟. Gradua.

R Equiem ę ter nam do/ na e is Do mi ne:

⁊ lux perpe tua

℣. lu ceat e is.

℣. In memoria ęter

Sacerd.

na e ritiu

stus: ab au di ti one ma la

nō ti me bit.

Tractus.

A Bsol ue Do mi ne a ni mas om/

nium fidelium defuncto rum

ab omni vin cu lo deli cto rum.

℣. Et grati a tua il lis succur ren te me/

re antur e ua de re iu di cium vlti o nis.

℣. Et lu cis ęter nę beatitu di ne

per fru i.

Sequi/

Sequitur sequentia.

D Ies i rę di es illa, soluet se clum in fa uil la : te ste

Da uid cum Sy bil la. Q uan tus tremor est futurus: quan/

do iudex est venturus, cuncta stricte discussurus. T uba mirum spar/

gens sonum per sepulcra regi onum, coget om nes ante thro/

num. Mors stupebit ₹ natura: cum resurget creatura, iudican/

ti responsura. L iber scriptus profe retur: in quo totū contine/

tur: vnde mundus iudicetur. I udex ergo cum se debit: quicquid latet

appare bit: nil inultum remanebit. Q uid sum miser tunc dicturus?

quem patronum rogaturus? dum vix iustus sit securus? R ex tremen/

dę maiestatis, qui sal uandos saluas gratis, sal ua me fons pi e tatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Recor da re Je su pie, quod suꝫ causa tuę vię, ne me per das illa die: Quęrens me se di sti lassus, redemisti crucē passus: tantus la bor non sit cassus. Iuste iudex vl tionis, donum fac re/ missi o nis, ante diem ra ti o nis. In gemisco tanquam reus: cul/ parubet vultus meus, supplicanti parce deus. Qui Mariam absol/ uisti, ꝛ latro nem exaudisti, mihi quoqꝫ spem dedisti. Preces meę non sūt dignę, sed tu bone fac benigne, nē perēni cremer igne. Inter oues locum prę sta: ꝛ ab hędis me seq̄stra, statuens in parte dextra. Con/ futatis ma le dictis, flāmis acribus ad dictis, voca me cum bene di/ ctis. Oro supplex ꝛ a clinis: cor contritus quasi ci nis, gere cura

curam me i fi nis. Lacrymosa di es illa, qua resurget ex fauilla. Iudi can dus homo reus: huic ergo pa r ce deus. Pi e Jesu domine, dona e is re quiem. A men. Offertorium.

Omine Jesu Christe rex glo ri ę, libera a nimas oi um fi de li um defunctorum de pęnis infer ni, ꝛ de profundo la cu: libera eas de o re le o nis: ne ab/ sorbeat eas tar tarus, ne cad ant in obscu rū: sed signi fer sanctus Michael re prę sen tet e as in lu cem san ctam. Quam o lim Ab ra hę pro mi si sti ꝛ se/ mi ni e ius. ℣. Hos/

Sacerd.

Lux

¶ Ordo visitandi tumulos defunctorum. Cap. 39.

ORdo visitandi tumulos defunctorum immediate postquã pro eis cantata fuerit missa, in die depositionis eorum tertio, septimo, trigesimo, vel anniuersario. Cũ missa pro aliquo defuncto decantanda fuerit, ante inchoationem missę sacrista, vel alius, cui ipse commiserit, pannum nigrum super sepulchrum illius defuncti apponat, ꝛ duo candelabra cum duobus cereis accensis, vnum ad caput, aliud ad pedes collocare nõ obliuiscatur. Tẽpore vero cõgruo dictus sacrista campanam pulset, vt tali signo clerici ad sepulcrum defuncti processionaliter visitandum conuenire possint. Et dũ cantur. Agnus Dei, præparentur ab ipso sacrista aqua benedicta, incensum, ꝛ pluuiale nigrum vel viride. Et data benedictione a sacerdote, completa missa, ꝛ inchoato a cantoribus responsorio. Qui Lazarum resuscitasti a monumento. supra. folio 130. Acolytus accepta cruce vadat ad sepulchrum defuncti, ipsumque sequantur clerici bini, ꝛ bini, ita quod vltimo loco veniat sacerdos pluuiali indutus, ꝛ in manu librum gestans habens a dextris diaconum cum aqua benedicta, a sinistris vero subdiaconum cum incenso. Cũ autem ad sepulchrum ventum fuerit, acolytus cum cruce ꝛ hebdomadarius cum ministris, ꝛ omnes alij clerici sacerdotes, siue fratres circa sepulchrum ordinate se disponant. Et hebdomadarius accipiat aquam benedictam de manu diaconi, ꝛ aspergat sepulcrum defuncti, deinde thuribulum, vt idem adoleat incenso. Quibus peractis, ꝛ responsorium finito, cantor cum primo choro dicat Kyrie eleison. folio 112. Et eo finito, sacerdos dicat alta voce Pater noster dicat totum secrete. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣ A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟ Et clamor meus. ℣ Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo, Oremus. Oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Absolue quęsumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ꝛ electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

℣ Pro vna defuncta. Oratio.

Inueniat, quęsumus domine, anima famulę tuę lucis ęternę consortium, cuius perpetuę misericordię consecuta est sacramentum. Per Christum dnm nr̃m. ℟. Amen. ℣ Pro pluribus defunctis. Oratio.

Deus vita viuentium, spes morientium, salus omnium in te sperantium, pręsta propitius: vt animę famulorum famularumque tuarum a nostrę mortalitatis nexibus absolutę, beata Maria semper virgine intercedente, in perpetua cum sanctis tuis luce lętentur. Per Christum dominum nostrũ. ℟. Amen. ℣. Requiem ęternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. Deinde cantores dicant.

Cantores immediate incipiant responsorium. Memento mei Deus. f. 178. Et dum cantatur prędictum responsorium reuertantur in ecclesiam. Et postquam reuersi fuerint, stent ordinate in choro: ꝛ finito responsorio, sacerdos dicat alta voce. Pater noster. ꝛ eo in silentio dicto, subiungat versum. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Tibi domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat, ꝛ quę per fragilitatem mundanę conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣ Pro vna defuncta. Oratio.

Tibi domine commendamus animam famulę tuę N. vt defuncta seculo tibi viuat: ꝛ quę per fragilitatem mundanę conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣ Pro pluribus defunctis. Oratio.

Tibi domine commendamus animas famulorum famularumque tuarum, ꝛ omnium fidelium defunctorum, vt defuncti seculo tibi viuant: ꝛ quę per fragilitatem mundanę conuersationis peccata commiserunt, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum. ℟. Amen.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES

Cum Litanijs dicuntur flexis genibus in omnibus sextis ferijs Quadragesimę, quando officium fit de feria: dicuntur autem in choro post Matutinum diei, extra chorum pro opportunitate temporis. Cap. 40.

Ant. Ne reminiscaris. ps. Domine ne in furore. i. folio 48. Psalmus.

Beati quorum remissę sunt iniquitates: ꝛ quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ęrumna mea, dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: ꝛ iniustitiã meã non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam dño: ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Ueruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione, quę circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectum tibi dabo, ꝛ instruã te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus: quibus non est intellectus. In chamo ꝛ freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantes autẽ in dño misericordia circũdabit. Lętamini in dño ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini oẽs recti corde. Gloria. ps. Dñe ne in furore tuo argu. ij. sup. f. 48. ps. Miserere mei Deus bin. fol. 48. Psalm.

Domine exaudi oronẽ meã: ꝛ clamor meus ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me: in quacũq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacũq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fumus dies mei, ꝛ ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fenũ, ꝛ aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panẽ meũ. A voce gemitus mei, adhęsit os meum carni męę. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax i domicilio. Uigilaui, ꝛ factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: ꝛ qui laudabãt me aduersus me iurabãt. Quia cinerẽ tanquã panẽ manducabã: ꝛ potũ meũ cũ fletu miscebã. A facie irę indignationis tuę: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerũt: ꝛ ego sicut fenũ aru. Tu aũt dñe in ęternũ permanes, ꝛ memoriale tuũ in generatione ꝛ generationẽ. Tu exurgẽs miserebe-

ris

ris sion: quia tẽpus miserendi eius, quia venit tẽpus. Q uñ placuerũt seruis tuis lapides eius, ℣ terre eius miserebuntur. E t timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe, ℣ oẽs terre gloriã tuã. Q uia ędificauit dñs siõ, ℣ videbit in gloria sua. R e sperit in orationẽ humiliũ: ℣ nõ sprevit preces eorũ. S cribantur hec in gene ratione altera: ℣ populus qui creabitur laudabit dñm. Q uia prospexit de excelso sancto suo: dñs de cẽlo in terrã aspexit. U t audiret gemitus cõpedi torũ: vt solveret filios interemptorũ. U t annunciẽt in sion nomẽ dñi: ℣ lau dẽ eius in Hierusalẽ. I n queniẽdo populos in vnũ: ℣ reges, vt seruiãt dño. R espõdit ei in via virtutis suę: paucitatẽ dierũ meorũ nuncia mihi. N e revoces me in dimidio dierũ meorũ: in generatione ℣ generationẽ annꝰ tui. I nitio tu dñe terrã fundasti: ℣ opera manuũ tuarũ sunt celi. I pſi peribunt, tu autẽ permanes: ℣ oẽs sicut vestimentũ veterascent. E t sicut opertorium mutabis eos ℣ mutabuntur: tu autẽ idẽ ipse es, ℣ anni tui non deficiẽt. H ilꝫ O e profũdis cla. supra. fo. 127. ꝑs. O ñe exaudi oꝛonẽ meã auribus pci. sup. fo. 115. Aña. Ne reminiscaris dñe delicta nostra, vel parentũ nostrorꝫ.

Oratio dicenda ante litanias, quę non est dicenda de precepto ecclesię, sed tantum pro devotione.

I Nenarrabilem magnitudinis tuę potentiam, oꝑs Deus, petimus ℣ ora mus: vt nos patriarcharũ fides ędificet, prophetarũ scientia illuminet, inuitet, martyrũ tolerãtia corroborꝫet, confessorũ perseuerantia confirmet, ℣ oĩa exẽpla sanctorũ instruãt, ac precipua illorũ inuocamus merita, quorũ no mina in libro vitę scripta esse non dubitamus: vt pro nobis ℣ pro omnibus in hoc loco ℣ in toto mundo famulantibus ante te Deum nostrum interces sores adesse dignentur. Per Xpistũ dñm nost. R. Añ. Litania. Ca. 41.



Sancta Dei genitrix ora
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora
Omnes sancti angeli ℣ archang. ora.
Oẽs sancti btorum spũum ord. orat.
Sancte Johannes Baptista ora
Oẽs scĩ patriarchę ℣ prophetę ora.
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Johannes ora.
Sancte Thoma ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Bartholomęe ora.
Sancte Matthęe ora.
Sancte Simon ora.
Sancte Thadęe ora.
Sancte Matthia ora.
Sancte Barnaba ora.
Sancte Marce ora.
Sancte Luca ora.
Omnes sancti apostoli ℣ euangeli/ ste orat.
Oẽs sancti discipuli Domini orate.
Omnes sancti Innocentes orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Sancte Fabiane ora.
Sancte Sebastiane ora.
Sancti Johannes ℣ Paule orate.
Sancti Cosma ℣ Damiane orat.
Sancti Gervasi ℣ Protasi orat.
Omnes sancti Martyres orate.
Sancte Sylvester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Ambrosi ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes sancti pontifices ℣ confesso res orate.
Omnes sancti Doctores orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Sancti Antoni ora.
Omnes sancti monachi ℣ eremitę, orate pro nobis.
Oẽs sancti sacerdotes ℣ levitę orat.
Sancta Maria Magdalena orat.
Sancta Agnes ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cęcilia ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Katherina ora.
Sancta Margarita ora.
Oẽs sancte virgines ℣ viduę orate.
Omnes sancti ℣ sanctę Dei inter ce/ dite pro nobis.

Propitius esto: parce nos domine.
Ab ira ℣ odio ℣ omni mala volun/ tate libe.
A fulgure ℣ tempestate libe.
A spiritu fornicationis libe.
A morte perpetua libe.

Per

Per mysterium sanctę incarnationis tuę. libe.
Per aduentum tuum libe.
Per natiuitatem tuam libe.
Per baptismum ꝛ sanctum ieiuniuꝫ tuum libe.
Per crucem ꝛ passionem tuam libe.
Per mortem ꝛ sepulturam tuam lib.
Per sanctam resurrectionē tuā libe.
Per admirabilē ascēsionē tuā libe.
Per aduētū spūs sācti paracliti libe.
In die iudicij libe.

Pec ca to res, te ro ga mus au di nos.

Ut nobis parcas te rog.
Ut nobis indulgeas te rog.
Ut ad veram pēnitentiam nos perducere digneris te rog.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere ꝛ conseruare digneris te rog.
Ut domnuꝫ apostolicum ꝛ omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris te rog.
Ut inimicos sanctę ecclesię humiliare digneris te rog.
Ut regibus ꝛ principibus Christianis pacem ꝛ veram concordiam donare digneris. te rog.
Ut cuncto populo Christiano pacem ꝛ vnitatem largiri digneris, te rog.
Ut nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare ꝛ conseruare dign. te rog.
Ut mentes nostras ad cęlestia desideria erigas, te rog.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, ꝛ benefactorum nostrorum ab ęterna damnatione eripias, te rog.
Ut fructus terrę dare ꝛ conseruare digneris, te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare dig. te rog.
Ut nos exaudire digneris te rog.
Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tol lis pec ca ta mun di, parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Deus in adiutorium. ꝛc.
℣ Saluos fac seruos tuos, ꝛ ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Oremus pro papa nostro.

nostro. ℟. Dominus conseruet eum, ꝛ viuificet eum, ꝛ beatum faciat eum in terra: ꝛ non tradat eum in animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare domine omnibus nobis bene facientibus propter nomen sanctum tuum vitam ęternam. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem ęternam. ꝛc. ꝛ lux perpetua. ꝛc. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentib. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper ꝛ parcere, suscipe deprecationem nostram: ꝛ nos ꝛ omnes famulos tuos, quos delictorum catbena constringit, miseratio tuę pietatis absoluat. Oratio.

Exaudi, qs dñe, supplicum preces, ꝛ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus ꝛ pacem. Oratio.

Ineffabilē nobis dñe misericordiā tuā clementer ostende: vt simul nos ꝛ a peccatis oibus exuas, ꝛ a pęnis, quas ꝓ bis meremur eripias. Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pęnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: ꝛ flagella tuę iracundię, quę pro peccatis nostris meremur, auerte. Oratio.

Oꝑs sempiterne Deus, miserere famulo tuo papę nostro ℣ ꝛ dirige eum secundum tuam clementiā in viam salutis ęternę: vt te donante tibi placita cupiat, ꝛ tota virtute perficiat. Oratio.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, ꝛ iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem: vt ꝛ corda nostra mandatis tuis dedita, ꝛ hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Oratio.

Accende igne sancti spiritus renes nostros, ꝛ cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus, ꝛ mundo corde placeamus. Oratio.

Fidelium Deus omnium conditor ꝛ redemptor, animabus famulorū famularumqꝫ tuarum remissionem cunctorū tribue peccatorum, vt indulgentiā, quā semper optauerunt, pijs supplicationibus cōsequantur. Oratio.

Actiones nostras, quęsumus domine, aspirando pręueni, ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio ꝛ operatio a te semper incipiat, ꝛ per te cępta finiatur. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul ꝛ mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide ꝛ opere futuros esse prenoscis, te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosqꝫ vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Exaudiat nos omnipotens ꝛ misericors dominus. ℟. Amen.

Psal

Universidad de Deusto
Biblioteca

PSALMI GRADVALES

Dicuntur feria quarta cuiuslibet hebdomadę in Quadrag. non impedita aliquo festo nouē lectionum, in choro ante Matutinū diei, extra chorum pro opportunitate temporis. Cap. 42

CAnticum graduum ante inchoationes matutini absolute incipitur. Psalmi dicunt sedēdo: orationes vero & versiculi flexis genibus: & oia p ordinē, vt hic sequit. Psal. Ad dñm cū tribularer clam. fol. 126. Et dñr hi primi psalmi fine Gloria patri. & fine Requiē eternam. vltimo excepto. Leuaui oculos meos in montes, vnde ve. fol. 126. Psalm.

LAetatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domū dñi ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem, quę ędificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderūt tribus, tribus dñi, testimoniū Israel: ad cōfitendū nomi dñi. Quia illic sederūt sedes in iudicio: sedes super domū Dauid. Rogate q̄ ad pacē sunt Hierusalē: & abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domum Domini Dei nostri, quęsiui bona tibi. Psalmus.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cęlis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorū suorū. Sicut oculi ancillę in manibus dñę suę: ita oculi nostri ad dñm Deū nr̄m, donec misereat nr̄i. Miserere nr̄i dñe, miserere nr̄i: quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nr̄a: opprobriū abundantibus & despectio superbis. Psalmus.

NIsi quia Dñs erat in nobis: (dicat nunc Israel) nisi q̄a dñs erat in nobis. Cū exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitā aqua absorbuisset nos. Torrētē ptrā isset anima nostra: forsitan ptranāsset anima nr̄a aquā intolerabilē. Benedictus Dñs, q̄ non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nr̄a sicut passer: erepta est de laqueo venantiū. Laqueus cōtritus est: & nos liberati sumus. Adiutoriū nostrū in nomine dñi: q̄ fecit cęlū & terrā. Requiem ęternā. Et lux ppetua luceat eis. Of nr̄. secrete. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Aparta inferi. ℟. Erue dñe animas eorū. ℣. Requiescant in pace. ℟. Am. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spir. Oremus. Dñe.

ABsolue, quęsumus dñe, animas famulorum famularūq; tuarum, & omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per. Oratio.

QUi confidunt in domino, sicut mons sion: nō commouebitur in ęternū qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsque in seculum. Quia nō relinquet dominus

nus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat. Psalm.

IN conuertendo dominus captiuitatem sion: facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrū: & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus lętantes. Conuerte domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro. Qui seminant in lacrymis: in exultatione metent. Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c. Psalmus.

NIsi dominus ędificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ędificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hęreditas domini, filij merces fructus ventris. Sicut sagittę in manu potentis: ita filij excussorum. Beatus vir, qui implebit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria patri. ps. Beati omnes qui timent dominum: qui ambu. supra. folio 30. Psalmus.

SAepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc Israel. Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatē suā. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt sion. Fiant sicut fęnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. De quo implebit manum suam qui metet: & sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui prętereibant, benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini. Gloria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ℣. Pater noster. secreto. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libe. ℣. Memento congregationis tuę. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

DEus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram: & nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuę pietatis absoluat. Per Christum dominū nostrū. Psalmus. De profundis clamaui ad. folio 127. Gloria patri. Psalmus.

DOmine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me. Si nō humiliter sentiebā, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea. Speret israel in domino ex hoc nunc, & vsque in seculum. Gloria patri, & filio, & spiritui. Psalmus.

MEmento domine Dauid & omnis. folio 114. cum Gloria pat. Psalmus.

Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce quam bonum & quam iucundum: habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros hermon: qui descendit in montem Sion. Quoniam illuc mandauit dominus benedictionem: & vitam vsque in seculum. Gloria patri, & filio, & spiritui. Psalmus.

Ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini. Qui statis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit celum & terram. Gloria patri, & filio. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. secret. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Prætende domine famulis & famulabus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant, & quę digne postulant, consequi mereãtur. Per Christum dominum. ℟. Amen.

Finis sexti & vltimi Tractatus primę partis libri Sacerdotalis de Sacramento extremę vnctionis, & de sepulturis, & alijs annexis.

SECVNDA PARS LIBRI SACERDOTALIS, DE officio Sacerdotis curati,

PROÆMIVM.

¶ De varijs benedicendi, seu benedictionum acceptionibus ex diuina scriptura acceptis. Cap. 1.

Onsummata per Dei gratiam priori parte huius libri Sacerdotalis de quinque Sacramentis ecclesię, & eorum annexis, per Sacerdotem inferioris ordinis, ideſt non Episcopi, consecrandis & ministrandis: eadem Dei gratia pręueniente, in hac secunda parte, de Benedictionibus ad sacerdotem non Episcopum pertinentibus tractandũ videtur.

¶ Benedicere, vel benedictio accipitur in sacra scriptura & in malum & in bonum sensum. Et in malum quidem benedicere, idem est quod blasphemare. Job. 2. Benedic Deo, & morere, dixit vxor Job ad eum: ideſt blasphema, vel maledic Deo, vt te de hac vita ejiciat. Et 3. Reg. 31. Benedixit Naboth Deum & regem, ideſt blasphemauit. Et hoc ideo sub nomine benedictionis eam proferebant antiqui, propter horrorez nominis blasphemię. Sed de hoc non intendimus. Benedicere hoc est blasphemare.

¶ Accipitur secundo benedicere, vel benedictio, pro bonis imprecandis, vel tribuendis alicui. Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, masculum & fœminam: benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terrã: & subijcite eã: & dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli, & vniuersis animantibus, quę mouentur super terram. Et eiusdem 22. Dixit Deus Abrahę. In semine tuo benedicentur omnes cognationes terrę: ideſt salutem habebunt in Christo, qui secundus carnem natus est ex semine Abrahę. Gal. 3. Et semini tuo, qui est Christus. Rursus Gene. 27. Isaac benedicens filium suum Jacob, bona illi imprecatus est, dicens. Det tibi Deus de rore cęli, &c. Eccle. 3. Benedictio patris firmat domos filiorum. Benedicere hoc est benedicere, ideſt precari

¶ Benedicere etiã, seu Benedictio sumitur pro laude. Psal. 33. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Psal. 57. In ecclesijs benedicite Deo Domino. Gen. 34. Melchisedech benedixit Abrahę propter victoriam, quam consecutus est de

Benedicere, ideſt laudare.

est de inimicis: ideſt laudauit eum. Et pſal. 127. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum, ideſt laudabitur. ¶ Quarto loco ſumitur benedicere, ſeu benedictio pro gratiarum actione, ac ſi diceretur benedico ideſt gratias ago. Deute. 8. Benedicas Domino, cum ſaturatus fueris. 1. Paral. 29. Benedixit omnis eccleſia Deus. Tobię 4. Omni tẽpore benedic Deũ. Et eiuſd. 12. Benedicite Deum cęli, ideſt, ei gratias agite: quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Pſal. 15. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: ideſt ei gratias agam. Et de his tribus, hic minime tractandum eſt. ¶ Accipitur quinto benedicere, pro ſanctificare. Gene. 2. Benedixit Dominus diei ſabbathi, ideſt ſanctificauit illum. Similiter Leuiti. 9. Aaron extendens manum ad populum, benedixit ei, ideſt ſanctificauit. Saluator etiam noſter dominus Jeſus, vt dicitur Matth. 26. Accepit panem, & benedixit, ideſt in corpus ſuum tranſubſtantiauit. Contingit autem aliquãdo benedici & ſanctificari homines, aliquando res inanimatas. De hominibus quidem dicitur Exod. 31. Ego Dominus, qui ſanctifico vos. 2. Paralı. 5. Sanctificati ſunt omnes ſacerdotes. Res vero ſanctificantur, ſicut tẽplum, vel eccleſia, altare, vaſa miniſterialia cultus diuini. Exo. 39. Poſteis. Et quia homines potiſſimum per ſacramenta eccleſię ſanctificantur: quę epiſcoporum & inferioris ordinis ſacerdotum miniſterio ſunt exhibenda, de quibus in pontificali, & in priori parte huius libelli tractatum eſt, nunc videndum reſtat qualiter res benedicantur & ſanctificentur, & conſecrentur, & ad ſalutem hominũ diſponantur. Quia vero princeps huius mundi Satan peſſimus, hominum ſaluti & vitę tam ſpirituali quam etiam corporali inuidet, multa nociua rebus humano vſui deputatis adinuenit: vt ipſis & ſpiritualiter & corporaliter noceat: ideo eccleſia inſtituit res benedici in virtute Dei, vt inimici prauitas eradicetur, & fideles in bono ſtatu & quiete conſeruentur. Quamuis autem iuxta beati Pauli apoſtoli dictum .1. Timot. 4. omnis creatura Dei bona ſit, inquantum a Deo eſt: tamen ad effugandam virtutem inimici ab ipſa, nihilominus per eccleſiam & ſacerdotem ſanctificatur, vt ibidem idem Paulus ſubiungit dicens: creatura ſanctificatur per verbum & orationem, ſcilicet ſacerdotis, ex inſtitutione eccleſię. Cum igitur ad ſacerdotem, tanquam ad perſonam ad tale miniſterium deputatam, pertineat, eiuſque officium ſit, creaturas ad vſum humani generis a Deo creatas benedicere & ſanctificare: ideo in hac parte huius libri Sacerdotalis tractabitur de benedictionibus, quas ſacerdos non epiſcopus poteſt facere ſuper rebus ipſis. ¶ Habuit autem originem hęc benedictionis ſeries a Chriſto: qui in ſaturatione quinque millium hominum panem benedixit, Johan. 6. capitu. Et etiam in benedictione & conſecratione ſacramenti Euchariſtię. ¶ De qua rerum benedictione tractaturi, incipiemus a benedictione aquę: qua & populus & omnes res benedicendę aſperguntur & ſanctificantur.

Benedicere. i. gratias agere.

Benedicere. i. ſanctificare.

¶ De

¶ De aquę bñdictę, qua i eccłia pp̃lus aſpergit, iſtitutione & effectu. Ca. 2.

¶ Ex concilio Manetenſi.

Omnibus diebus dominicis vnuſquiſque preſbyter in ſua eccleſia ante miſſarum ſolennia aquam benedictam faciat in vaſe nitido, & tanto miſterio conuenienti, de qua populus intrans eccleſiam aſpergatur. Et atrium eiuſdem eccleſię cum crucibus circumeundo ſimiliter aſpergat, & pro animabus ibidem quieſcentibus oret. Et qui voluerit in vaſculis ſuis accipiat ex ipſa & per manſiones & agros & vineas, ſuper pecora quoq; ſua atque ſuper pabula eorũ, nec nõ ſuper cibos & potũ ſuũ cõſpergat.

¶ Ex epiſtola beati Alexandri Papę primi & martyris fratribus per Aegiptum miſſa.

Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cĩcti aſperſi ſanctificentur. Quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam, ſi cinis vitulę aſperſus populum ſanctificabat atque mundabat, quanto magis aqua, quę ſale aſperta, diuinisque precibus ſacrata eſt, populum ſanctificat atque emundat? Et ſi ſale aſperſo per Eliſeum prophetam ſterilitas aquę ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacrata aqua ſterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinatos ſanctificat, atque purgat, & cętera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & a phantaſmatum verſutijs hominem defendit?

¶ De benedictione ſalis & aquę ſecundum conſuetudinem ſanctę Romanę eccleſię. Cap. 3.

Sacerdos bñdicturus aquã p aſpergẽdo populo indutus ſuppelliceo, & ſtola ad collũ poſita, veniẽs ad vrceolũ aquę benedicendę dicat ℣. Adiutoriũ nr̃m in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlũ &c. Et clerico tenẽte coram eo ſal in aliquo vaſculo ad hoc deputato, ſacerdos elevata dextera ſuper ſal, bñdicit illud. Et notãdũ q̃ iſti modi, ſ. de ſuperpelliceo & ſtola & ℣. Adiutoriũ nr̃m. & elevatione manꝰ, in omnibus benedictionibus ſunt obſeruandi. Dicto ergo. ℣. Adiutoriũ nr̃m. Sacerdos incipit abſolute exorciſmꝰ ſalis.

¶ Exorciſmus ſalis.

Exorcizo te creatura ſalis p Deũ viuũ: ✝ p Deũ verũ ✝ p Deũ, ✝ ſãctũ, p Deũ, q̃ te p Eliſeũ Prophetã i aquã mitti iuſſit, vt ſanaret iſter iliças aquę: vt efficaris ſal exorcizatũ i ſalutẽ credẽtiũ: vt ſis oibꝰ te ſumẽtibus ſanitas animę & corporis: & effugiat atque diſcedat ab eo loco, in quo aſperſum fueris, oĩs phantaſia & nequitia vel verſutia diabolicę fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus per eũ, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs clemẽtiã tuã op̃s Deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quã in vſum generis humani tribuiſti, bene ✝ dicere & ſanctificare ✝ digneris, vt ſit omnibus ſumentibus ſanitas animę & corporis: vt quicquid ex eo tactum vel aſperſum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione ſpiritualis nequitię. Per dñm. Exorciſmus aquę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXorcizo te creatura aquę in nomine Dei patris ✠ omnipōtentis, ꝛ in nomine Jeſu ✠ Chriſti filij eius Dñi noſtri, ꝛ in virtute ſpiritus ✠ ſancti: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatez inimici: ꝛ ip ſum inimicum eradicare ꝛ explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis: Per virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vēturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui ad ſalutem humani generis maxima quęque ſacramenta in aquarum ſubſtantia cōdidiſti, adeſto propitius inuocationibus noſtris: ꝛ elemento huic multimodis purificationibus pręparato, virtutem tuę benedictionis ✠ infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos dęmones, morboſque pellendos diuinę gratię ſumat effectum, vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium, hęc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur a noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidię latentis inimici, ꝛ ſiquid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aſperſione huius aquę effugiat, vt ſalubritas per inuocationem tui ſancti nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per dominum. Deinde mittat ſal in aquam in modum crucis dicendo. Commiſtio ſalis ꝛ aquę pariter fiat in nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. Deinde dicat ſacerdos. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus inuicte virtutis author, ꝛ inſuperabilis imperij Rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſę dominationis vires reprimis, q inimici rugientis ſeuitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potēter expugnas, te domine trementes ꝛ ſupplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturā ſalis, ꝛ aquę dignanter aſpicias, benignus illuſtres, ꝛ pietatis tuę more ſanctifices ✠: vt vbicunque fuerit aſperſa, per inuocationē tui ſancti nominis omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, ꝛ preſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus vbique adeſſe dignetur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Antipbona, quę cantari debet quando aqua in eccleſia aſpergitur ſuper populum. Cap. 4.

IN omnibus dominicis per annum, finita tertia, benedicta aqua a ſacerdote celebraturo miſſam, primo aſpergatur altare manu ipſa aqua benedicta genibus coram altari flexis: ꝛ ſtatim a ſacerdote incipiatur antipbona. Aſperges me, ꝛ chorus ſequatur, ꝛ dum cōiter cantatur cuz ſuo verſu ꝛ Gloria patri, ab eodem ſacerdote primo clerici, deinde ſeculares aſpergantur. Et ſacerdos aſpergens populū dicat pm. Miſerere mei. Antipbona.

Gota repetatur. Qua cantata ſacerdos ſtans ante gradus altaris maioris eccleſię, dicat ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

EXaudi nos dñe ſancte, pī ops, eterne Deus: ꝛ mittere digneris ſanctuz angelū tuū de cęlis, q cuſtodiat, foueat, ptegat, viſitet, atqz defendat oēs habitātes in hoc habitaculo, Per Chm dñz nrm. ℟. Aīn. Supra ſcripto modo p̄dicta cāten i oibus dñicis p totū annū in aſperſione aquę bñdictę, excepto qō in dñica de paſſione, ꝛ in dñica palmaz poſt pſalmū. Miſerere mei Deus, nō dī. Glia patri, ꝛc. ſed aña poſt pſalmū repetit. Et excepto tpe Pascalī, i. a Dñica Paſchę vſque ad octauam Pentecoſtes excluſiue: quo tpe dicitur, Antipbona. Vidi aquam. cum ſuo pſalmo, ꝛ Gloria patri, ꝛ filio.

¶ Tempore paſchali ad aſperſionem aquę benedictę, Antipbona.

Sacerd. T iij omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

℣. Gloria patri, ⁊ fi lio ⁊ spiri tu i sancto. Sicut er. Aidi a quam.

versiculi ⁊ oño vt supra. Repetatur tota ania: postea dicatur introitus misse.

De benedictione aquę in vigilia Epiphanię, quę licet in Romana curia non fiat, in multis tamen ecclesiis solenniter celebratur. Cap. 5.

¶ In vigilia Epiph. post Cõpl. vel ẽt lecta nona lcõne in matut. sacerdos indutus sacris vestibus cũ pluuiali, ⁊ diaconus ⁊ subdiac. sacris sui ordinis vestibus induti, p̃cedentibus acolytis, cuz cereis, ⁊ cruce, ⁊ thuribulo, ⁊ alijs sequẽtibus clericis, veniant ad locum, vbi paratus est alueolus cuz aqua. Et dum recedunt de choro, cantent sequens responsorium, cantoribus illud inchoantibus, ⁊ procedẽtibus. Deinde totus chorus sequatur. Responsorium.

tu

Finito responsorio, ante alucum aquę cantor incipiat antiphonam,

Psalmus.

GRatiam tuam quęſumus domine, mentibus noſtris infunde, vt qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius ꝛ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

ECce finitis reuertantur ad chorum, ꝛ cantent matutinas.

De proceſſione ad fontem in die Paſchę. Cap. iij.

IN die ſancto Paſchę fit proceſſio ad fontes poſt veſperas.

OFacta oratione poſt Magnificat, ordinetur proceſſio ad fontes cum cruce, cereis, ꝛ cereo paſchali, ꝛ thuribulo: ꝛ cantetur antipbona. Pręti more, ꝛ dicatur tota antipbona ante pſalmum.

Sacerd. Cc iij velut

Universidad de Deusto
Biblioteca

velut mor tu i, Al le lu ia. Psalmus. Laudate pueri dominum.

Hic psalmus dicatur totus cum Gloria pat. ⁊ dum cantatur procedunt ad fontes processionaliter. Completo psalmo repetatur aña. Postea dicatur Responsorium, Christus resurgens ex mortuis. Et dum Responsorius cantatur, sacerdos incenset fontes circunquaque. Responsorium.



Chri stus resur gens ex mor tu is iam non mo ri tur: mors il li vl tra non do mi na bi tur. Quod e nim vi uit, vi uit De o. Al le lu ia: Al le luia.

Duo clerici dicant versum. Dicant nunc Judæi quo modo mi lites cu sto di en tes se pul crum per di de runt regem ad la pi dis po si ti o nem: qua re non ser ua bant pe tram iu sti ti æ: aut sepul tum reddant: aut

aut re surgen tem a do rent, nobiscum di centes. Quod.

Completa repetitione post ℣. ⁊ Responsorium, dicatur ℣. In resurrectione tua Christe, alleluia. Responsorium. Lęti ⁊ terra lętentur, alleluia. Postmodum fine. Dominus vobiscum. Sacerdos dicat. Oremus. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui resurrectionis dominicę solennia colimus, ereptionis nostrę suscipere lętitiam mereamur. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. tunc incipiatur antiph. Respondens autem angelus. Et tota dicatur ante psalmum, Antiphona.

Respondens au tem ange lus dixit mu li e ri bus: no li te ti me re: sci o enim quod Jesum quę ri tis, al le lu ia.

Completa antiphona, incipiatur psalmus. In exitu. ⁊ dicitur cum totus cum Gloria patri. Psalmus.

Et dum psalmus dicitur processio reuertatur ad chorum: ⁊ dicto psalmo, antiphona repetitur. Finita aña, dicitur ℣.

In exi tu Israel de Aegypto. Dicite in nationibus, alleluia. Responsorium. Quia Dominus regnauit a ligno, alleluia. Oremus. Oratio.

DEus, qui omnes in Christo renatos genus regium ⁊ sacerdotale fecisti: da nobis ⁊ velle ⁊ posse quę præcipis: vt populo ad æternitatem vocato, vna sit fides mentium, ⁊ pietas actionum.

PRęsta q̃s op̃s Deus: vt q grã̃ dñicę resurrectionis agnouimus, ipsi per amorẽ spũs a morte aię resurgamus. Per eundẽ. ⁊c. ℟ Am̃. ℣ Dñs vob. ℟ Et cum spir. Vbi fuerit sepulcrum, ante ipsum in reuertione, post antiphonaꝫ. Respondens repetitaꝫ, duo clerici cantent hymnũ sequentem.

Surre xit Christus hodi e, humano pro so la mine: Mœrtem compassus corpore: miser rimo pro homine.

Apparuit discipulis,expoliatis inferis:recuperatis gaudijs,patrię quondam perditis. Nos ergo dulci modulo,cuncti canentes proprio, paschali pleni gaudio,benedicamus domino. Dicto hoc ℣. sub eodem cantu a choro cãtetur. Alleluia. octo vicibus. Postea a prędictis duobus dicantur. ℣. in eodem tono ipsius hymni.

O Mulieres tremulę,ad Galileam pergite: discipulis prędicite, quod surrexit rex glorię. Mulieres ad tumulum,dona ferunt aromatum: album videntes angelum,annunciantem gaudium. Eterna adsit claritas,surrexit quod humanitas:cęlorum regi maximas,deo dicamus gratias. Reiteratur a choro sub eodem cantu Alleluia. octo vicibus. Postea duo clerici dicant ℣. Surrexit dominus de sepulcro, alleluia. ℟ Qui pro nobis pependit in ligno,alleluia. Oremus. Oratio.

O Omps sempiterne Deus, qui angelum tuum de cęlo misisti,qui ab ostio monumenti saxum magnũ subleuaret, quique sedens super illud testimonium resurrectionis Dñi nostri Jesu Chri blando sermone mulieribus nunciaret:nosque huius sacratissimi sepulcri hodie gaudijs illustrare dignatus es:presta,qs,vt q huius venerabilis sepulcri claritatez agnouim⁹, per eiusdez Chri Dñi nostri resurrectionem ad gaudia eterna peruenire mereamur.Qui tecũ & cũ spũ scõ viuit & regnat. Per oia secula seculorum. ℟. Am̃. Postmodũ,vt in plerisqz ecclesijs,de ana de btã virgine p gaudio resurrectionis Regina cęli lętare. vt su. ℣. Ora p nobis scã Dei genitrix. all. ℟ Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.vt su. Oco.

GRatiam tuam,qs dne,mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

De processione facienda in litania maiori, scilicet in festo sancti Marci. Cap. 12.

EX legenda beati Gregorij Papę primi,Dum pestis, quę inguinaria dicebatur,vrbem Romã acriter vastaret,beatus Gregorius Papa misertus populi continue percuntis,instituit litaniã maiorẽ: & processionẽ septiformẽ ordinauit:totã Romanã vrbẽ in septẽ choros, seu septẽ partes diuidendo:quatenus plebis suę deus misereretur. In primo choro posuit totũ cleruz. In secũdo oẽs Abbates cũ monachis suis. In tertio oẽs abbatissas cũ suis ꝯgregationib⁹. In quarto oẽs infãtes,seu pueros. In quinto oẽs laicos. In sexto oẽs viduas. In septimo oẽs mulieres cõiugatas. Oi sertus est aũt dñs ppli sui:& vrbẽ a tali peste liberauit. Et ex hoc statutũ fuit, vt singulis annis p vniuersũ orbẽ,tali die fieret ꝓcessio,scilicet 7. calẽ. Maij, in festo vel sci Marci euãgelistę. Ex cõcilio Moguntinẽsi. Cap. 6. Placuit nobis, vt litania maior sit obseruanda a cunctis Christianis die, calend. Maij (sicut in Romana Ecclesia constitutum reperimus, & sicut sancti patres constituerunt) non equitando,non preciosis vestibus indutis sed cinere respersis,& cilicio indutis,nisi infirmitas impedierit.

Pre

Preparatis igitur clericis,& populo in ecclesia hora conuenienti, cum ad processionem exire debuerint,omnes flectentes genua, cantent hanc sequentem antiphonam ex integro flexis genibus. Antiphona.

men

men su um. Al le/

lu ia. Completa antiphona precedenti, incipiatur aña. Exurge dñe. ⁊ oēs surgētes eā psequantur. Aña.

Xurge do mine : ad iu ua nos : ⁊ libe ra nos

propter nomen tuum. ℣. Deus auri bus no stris au di/

uimus : pa tres nostri annun ci auerunt no bis. ℣. Glo/

ri a patri. Aña. Exurge domine. Repetita aña incipiatur litania, f. 141. a duobus clericis ante altare genuflexis: ⁊ chorus prosequatur, omnibus astātibus genuflexis, vlq; dum dicatur, Sancte Petre, ora pro nobis. Et tunc egrediatur processio precedentibus acolytis cum cereis, ⁊ cruce, ⁊ subsequētibus cleris, iunioribus precedentibus, vltimo sequatur sacerdos cum pluuiali: ⁊ diacono ⁊ subdiacono cū dalmaticis: ⁊ procedant cantando litaniam, quousque ad aliquam ecclesiam peruenerint: Quam ingressi, dimissa litania, incipiant antiphonam hanc sequentem, ⁊ eam cantent. Antiphona.

Eo sum de us patrum vestrorum dicit do mi/

nus. Vi dens vi di afflicti o nem po pu li me i : ⁊ gemi/

ge mi tum eius au di ui : ⁊ de scen di li be ra re e os. Qua cantata, dicat sacerdos ℣. Propitius esto peccatis nostris domine propter nomen tuum. ℟. Ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum? ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui iuste iraceris, ⁊ clementer ignoscis: afflicti populi lacrymas respice: ⁊ iram tuę indignationis, quam iuste meremur, propitiatus auerte. Per dominum nostrum Jesum. Postea cantetur aña cuz ℣. ⁊ oratione de sancto vel sancta in cuius honore ecclesia illa est titulata. Quibus finitis resumpta litania in loco vbi dimissa fuerat, vel si fuerit completa, incepto aliquo hymno, procedant ad processionem. Et cum ad aliam ecclesiam peruenerint, dimissa litania vel hymno, cantent antiphonam.

Clementissime domine ex au di po pu lum

tuum, tuam mi se ri cordiam deuote poscentem: ⁊ in

tu a prote cti o ne sperantem ad te conuer te pro pi ti us. ℣. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et libera nos pp nomē tuū. Oremus. Oratio.

Omnipotens, ꝙs domine, familię tuę: ⁊ intercedentibus omnibus sanctis tuis, munera compunctionis aperi, ⁊ largitate pietatis exaudi. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea dicatur antiphona, ℣. ⁊ oratio de sancto vel sancta, cuius est ecclesia. Postea resumpta litania vel hymno, vbi fuerant prętermissi, processionem prosequantur. Et cū peruenerint ad aliam ecclesiam, prętermissis litanijs, vel hymno, cantent aña.

Domine Deus noster: qui cū patribus nostris mi ra bi/

li a magna fe cisti; nūis quoq; glo ri ficare tēporibus: q mi si sti manum

manū tuam de alto: ꝛ li be ra sti nos sal ua tor no ster.
℣. Si ambulauerimus in medio tribulationis, viuificabis nos dominе.
℟. Et nomen tuum inuocabimus. Oremus. Oratio.
DEus, qui culpas delinquentium districte feriēdo percutis: ꝛ fletus quo que lugentiū non recusas: presta, quę sumus, vt qui pondus tuę animad uersionis cognouimus, etiam pietatis gratiam sentiamus. Per dominum.
Postmodum fiat memoria de sancto vel sancta, in cuius nomine illa ecclesia intitulata est per aliam. ℣. ꝛ oratione. Et reassumat litania vbi fuerat dimissa, vel hymnus, ꝛ ad processionem procedatur, vsque ad aliam ecclesiam ad quam processio vadit: ꝛ ibi dimissa litania, vel hymno cantetur. Antipbona.

MUlta sunt domine pec ca ta no stra, quę tibi pecca uimus pa ti en ti a Is ra el: li be ra nos domine in tempo re an gu sti ę no strę de us noster.
℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Oremus. Oratio.
DEus qui culpas nras pijs verberibus flagellas, vt nos a nostris iniqta tibus emundes: da nobis, ꝛ de verbere tuo, pficere, ꝛ de tua citius consolatione gaudere. Per dominum nostrum, ꝛc. Postea de sancto vel sancta, in cuius honore fundata est ecclesia, per antipbonas, versiculos ꝛ orationes fiat commemoratio. Et resumpta litania, vel hymno, vbi fuerant dimissa, procedatur ad aliam ecclesiam. Quam ingressi cantent Antipbonam.

PArce domine, parce populo tu o: quem re de mi sti san gui ne tuo: vt non in ęter num i rascaris nobis.
℣. Adiuua nos Deus salutaris noster. Responsorium. Et propter gloriam,

riam, nominis tui libera nos. Oremus. Oratio.
DArce domine, parce populo tuo: ꝛ nullis iam patiaris aduersitatibus fatigari: quos pretioso filij tui, Domini nostri Jesu Christi sanguine redemisti. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per.
Postea fiat memoria de sancto vel sancta illius ecclesię p aliaz. ℣. ꝛ oronē, ꝛ resumpta litania, vel hymno, pcedat ad pcessionē versus ecclesiā, vbi pcessio debet terminari. Quam ingressi clerici ꝛ religiosi, si affuerint, collocent se binc ꝛ inde: nec recedant, donec omnia fuerint completa. Et boc etiam in aljs processionibus obseruetur. Ingressi igitur ecclesiam cantent Aliam.

PEr ca ui mus domine, ꝛ tu ira tus es nobis: ꝛ non est qui ef fu gi at manum tu am: sed sup pli ca mus vt veniat su per nos mi se ri cor di a tu a: ꝛ qui Mi nimi tis pe per ci sti, mi se re re nobis domi ne de us no ster.
Kyrie el. Christe el. Kyrie ele. P̄ nr̄. Et ne nos. ℣. Saluos fac seruos tuos ꝛ ancillas tuas. ℟. Deus meus sperātes in te. ℣. Tribulationes cordi nr̄i multiplicatę sunt. ℟. De necessitatibus nr̄is libera nos dn̄e. ℣. Peccauimus cū patribus nr̄is. ℟. Iniuste egimus, iniqtatē fecimus. ℣. Miserere nr̄i dn̄e miserere nr̄i. ℟. Quia multū repleti sum⁹ despectione. ℣. Fiat misericordia tua dn̄e super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. ℣. Deus ne elongeris a nobis. ℟. Deus in auxiliū nr̄m respice. ℣. Memor esto cōgregationis tuę. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
ALamantium ad te domine preces dignāter exaudi: vt sicut Niniuitis in afflictione positis pepercisti ita ꝛ nobis in presenti tribulatione succurrere digneris. Per Christum dominum nost. ℟. Amen. Oremus.
DA nobis, quęsumus domine, de tribulatione lętitiaz: vt qui diu pro nostris peccatis affligimur, in tua misericordia respiremus. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.
SUccurre, quęsumus domine, populo tuo supplicanti: ꝛ opem tuam tribue benignus infirmis: vt syncera tibi mente deuotos, ꝛ presentis vitę remedijs

remedijs gaudeat, ꝛ futuris. Per Christum. ℟. Amen. ℣. Oremus.

DEus qui peccantium animas non vis perire, sed culpas: contine, quaꝫ meremur iram: ꝛ quam precamur super nos effunde clementiaꝫ, vt de merore gaudium tuę misericordię consequi mereamur. Per Christum dominum nostrum. ℟ Amen. ℣ Oremus.

AVres tuę pietatis, quęsumus domine, precibus nostris inclina: vt qui peccatorum nostrorum flagellis percutimur: intercedentibus beatissima virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis Petro ꝛ Paulo, beato Marco euangelista, ꝛ beato Gregorio confessore tuo atqꝫ pontifice, miserationis tuę gratia liberemur. Per Christum do. ℟. Amen. ℣ Oremus.

ADesto supplicationibus nostris omnipotens Deus: ꝛ sperãtes in tua misericordia, intercedentibus oibus sanctis tuis, cęlesti protegas benignus auxilio. Per Christuꝫ dñm. ℟. Amen. Postea fiat memoria de patrono illius ecclesię, per aũam, ℣. ꝛ oratione. Et terminetur oratio p Per dominum nostrum. in fine cantetur. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Et hoc modo terminantur omnes processiones sequentes. ¶ Si fuerint plures ecclesię visitandę, repetatur de suprapositis antiphonis, ℣. ꝛ orationibus. Si fuerint pauciores dimittatur de antiphonis, ℣. ꝛ orationibus medium, secundum q necessarium fuerit. ¶ Vbi autem tali die solent benedici fata, ꝛ vineę, egrediatur processio extra ciuitatem, vel opidum, aut villam, ꝛ dicantur seu cantentur benedictiones, quę supra posite sunt in secũda parte huius libri pro festo sancti Marci. folio 205. Et postea compleatur processio, sicut in hoc loco notatur. ¶ Ritus seu modus huius processionis obseruetur in omnibus processionibus sequentibus, nisi vbi aliud fuerit assignatum. ¶ Antiphonę dicendę in ecclesiis, per quas processio transit secundum earum titulos. ¶ De sanctissima Trinitate. Antipbona.

Duo clerici dicant ℣ sic. Quod etiam in sequentibus obseruetur. ℣. Benedicamus Patrem ꝛ Filium cum Sancto spiritu. ℟ Laudemus ꝛ superexaltemus eum in secula. ℣ Oremus. Oratio.

OOmnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, eternę trinitatis gloriam agnoscere, ꝛ in potentia maiestatis adorare vnitatem, quęsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De

¶ De sacratissimo corpore Christi Antipbona.

℣. Panem cęli dedit eis, Alleluia. ℟. Panem angelorum manducauit, homo, Alleluia. ℣ Oremus. Oratio.

DEus, q nobis sub sacramento mirabilí passionis tuę memoriã reliquisti: tribue, qs, ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructuꝫ in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ꝛ regnas per omnia secula seculoruꝫ. ℟. Amen. ¶ De Sancta Cruce. Antipbo.

℣. Adoramus te Christe: ꝛ benedicimus tibi. ℟. Quia per crucem tuam redemisti mundum. ℣ Oremus. Oratio.

DEus, qui vnigeniti filij tui pcioso sanguine viuificę crucis vexillũ sanctificare voluisti, concede, qs, eos, q eiusdez sanctę crucis gaudẽt bonore, tuã quoqꝫ vbiqꝫ protectione gaudere. Per eundem Christum. ℟. Amẽ.

¶ De

℣ De beata Virgine. Antipbona.

℣. Ora pro nobis sctā Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmissionibus Chri. Ore. Dio.

OOncede nos famulos tuos, ꝙs domine deus, perpetua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere: ꝛ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a ꝓsenti liberari tristitia, ꝛ ęterna perfrui lętitia. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣ De angelis. Antipbona.

℣. In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad tẽplum sanctum tuum, ꝛ confitebor nomini tuo. Oremus. Oratio.

ODeus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur, ab bis in terra vita nostra muniatur. Per Christum dominus nostrũ. ℟. Amen. ℣ De sancto Johanne Baptista. Antipbona.

℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomẽ erat Johanes. Oremus. Dio.

PRęsta, ꝙs ops Deus: vt familia tua per vias salutis incedat: ꝛ beati Johannis ꝓcursoris hortamenta sectando, ad eum quẽ ꝓdixit, secura perueniat Jesum Christum dominum nostrum. Qui tecum viuit. ℟. Am.

℣ Dum

℣ Dum processio procedit per ecclesias. si habetur antipbona, ꝛ oratio propria de sancto illius ecclesię patrono, a clericis ipsius ecclesię preparẽtur ꝛ cantentur: alias dicantur antipbonę, ꝛ orationes de communi sanctorum secundum eorum qualitates. ℣ De Apostolis. Antipbona.

℣. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Si fuerit vnus apostoli ecclesia. Oremus. Oratio.

BEati A. apostoli tui dñe precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Si fuerint plures apostoli. Oratio.

DEus q̃ nos per beatos aplos tuos A. ꝛ A. ad agnitionẽ tui nois venire tribuisti: da nobis eor gloriã sẽpiternã ꝛ ꝓficiẽdo celebrare, ꝛ celebrãdo proficere. Per Christũ dñm. ℟. Amen. ℣ De vno martyre. Añ.

℣. Gloria ꝛ honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

IN firmitatẽ nostrã respice ops Deus: ꝛ quia pondus proprię actionis grauat, beati A. martyris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos p/tegat. Per Christũ dñm nr̃m. ℟. Am̃. Si fuerit solũ marty. Orem. Dio.

PRęsta, ꝙs omnipotens Deus, vt interueniente beato A. martyre tuo, ꝛ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ꝛ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Sacerd. ad ℣ De

Universidad de Deusto
Biblioteca

℄ De pluribus martyribus. Antipbona.

℣. Lętamini in domino, ꝛ exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.

BEatorum martyrũ, pariterq; põtificũ N. ꝛ N. nos, q̃s, dñe merita tueã tur, ꝛ eorũ commendet oratio veneranda. Per Chriſtum dñm noſtrũ ℟. Amen. Si fuerint martyres non pontifices. Oremus. Oratio.

PRęſta, q̃s op̃s Deus, vt qui glorioſos martyres N. ꝛ N. fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiam⁹. Per Chr̃m dñm noſtrum. ℟. Amen. ℄ De vno confeſſore. Antipbo.

℣. Amauit eum Dominus, ꝛ ornauit eum. ℟. Stolam glorię induit eum. Oremus. Oratio.

EXaudi, q̃s dñe, preces noſtras: quas in beati N. confeſſoris tui atq; põtificis cõmemoratione deferimus: ꝛ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per Chr̃m dñm noſtrum. ℟. Amen. Si non fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris: quas in beati N. confeſſoris tui veneratione deferimus, vt qui noſtrę iuſtitię fiduciã nõ habemus, eius qui

qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Si fuerit abbas. Oremus. Oratio.

IAterceſſio nos, q̃s dñe, beati N. Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. De vna Virgine. Antipbona.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum. Si fuerit virgo martyr. Oremus. Oratio.

IAdulgentiam nobis domine beata N. virgo ꝛ martyr imploret: quę tibi grata ſemper extitit, ꝛ merito caſtitatis ꝛ tuę profeſſione virtutis. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si fuerit virgo ꝛ non martyr, vel nec virgo nec marty. Oremus. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beatę N. commemoratione gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Chriſtũ dominum noſtrum. ℟. Amen. ℄ De pluribus virginibus. Antipbona.

℣. Adducentur regi virgines poſt eam. ℟. Proximę eius afferentur tibi. Oremus. Oratio.

OA nobis, quęſumus domine Deus noſter, ſanctarum virginum ꝛ martyrum tuarum N. ꝛ N. palmas inceſſabili veneratione venerari, vt quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltẽ frequentemus obſequijs. Per Chriſtum dominum noſtrũ. ℟. Amen.

℄ De proceſſionibus faciẽ. in tribus diebus. Roga. Ex cõc. Aurel. Ca. 6.

CUm exigentibus peccatis galliarum, plurimi luporũ rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod remedium inueniri poſſet, congregati traduntur galliarum epiſcopi apud Viennam vrb̃ ẽ, atque in commune ſtatuiſſe, vt triduanum ieiunium facerẽt. Cumque dñs peſtem miſericorditer abſtaliſſet, hi dies in conſuetudinem

annuę celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouincias ante ascensionis domini diem celebrarentur. Agamus ꝛ nos hos dies cum summa reuerentia ꝛ deuotione cum abstinentia carnis, ꝛ humilitate cordis, vt inuisibiliū luporum, idest spirituū immundorum tentamenta vincere valeamus. Mullus autem bis diebus vestimētis preciosis induatur, quia in sacco ꝛ cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates ꝛ commessationes, quę sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare presumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequaquā mulierculę choros ducant, sed omnes in commune Kyrie eleison decantent: ꝛ cū contritione cordis, Dei misericordiam exorent. Pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, ꝛ pro ęteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentię, non lętitię.

¶ Ex concilio Aurelianensi. de consec. dist. 3. Cap. Rogationes.

Rogationes, idest litanias ante ascensionem Domini placuit celebrari: ita vt premissam triduanum ieiunium dominicę ascensionis solennitate soluat: hoc triduū serui ꝛ ancillę ab opere relaxētur, quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo oēs abstineāt, etiam quadragesimalibus cibis vtantur.

¶ De processione in tribus diebus rogationum, in quibus fiunt litanię minores. Cap. 13.

Feria 2. 3. ꝛ 4. in rogationibus conuenientes clerici ad ecclesiam hora conuenienti omnibus preparatis incipiant antiphonam. Oremus. folio 205. qua cantata, incipiatur antiphona. Exurge domine. folio 205. ꝛ cantent litaniam, ꝛ procedant: ꝛ omnia cantentur sicut notatum est in litanijs maioribus scilicet in festo sancti Marci euangelistę. In aliquibus ecclesijs solent portari dracones ꝛ lupi super perticas ad denotandū causaꝫ, quare instituta fuerit hęc processio in tribus diebus rogationum. Vbi autē consueuit, quod processio egrediatur ad cāpos ꝛ agros, sacerdos aspergat aquā benedictā per agros, ꝛ vineas, interim clerici cantent Añam. Rigans montes. ꝛ ps. Benedic anima mea. ij. quę antipbona tota dicatur ante psalmum, ꝛ tota post psal. repetatur. Antipbona.

nis. ps. Benedicani ma. ij. Evovae. Psalmus.

Benedic aia mea dño: dñe deus meus magnificatus es vehemēter. Confessionem ꝛ decorē induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extēdēs cęlū sicut pellē: q tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubē ascensuꝫ tuū: q ambulas sup pennas ventoꝝ. Qui facis angelos tuos spiritus: ꝛ ministros tuos ignē vrentē. Qui fundasti terrā super stabilitatē suā: non inclinabitur in seculū seculi. Abyssus sicut vestimentū amictus eius: sup montes stabūt aquę. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt mōtes, ꝛ descendunt cāpi: in locū quē fundasti eis. Terminuꝫ posuisti, quē nō transgredient: neqꝫ conuertētur operire terrā. Qui emitis fontes in cōuallibus: inter medium montiū ptransibunt aquę. Potabunt oēs bestię agri: expectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres cęli habitabūt: de medio petraꝝ dabunt voces. Rigans mōtes de superioribus suis, de fructu operū tuoꝝ satiabitur terra. Producens fenū iumentis: ꝛ herba seruituti hominuꝫ. Vt educas panē de terra: ꝛ vinū lętificet cor hoīs. Vt exhilaret faciem in oleo: ꝛ panis cor hois cōfirmet. Saturabuntur ligna cāpi, ꝛ cedri libani, quas plantauit, illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis: petra refugium herinatijs. Fecit lunā in tpe: sol cognouit occasuꝫ suuꝫ. Posuisti tenebras, ꝛ facta est nox: in ipsa ptransibunt omnes bestię syluę. Catuli leonū rugientes, vt rapiāt: ꝛ q̄rant a Deo escam sibi. Ortus est sol ꝛ congregati sunt: ꝛ in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suū: ꝛ ad operationē suā vsqꝫ ad vesperā. Quā magnificata sunt opera tua dñe: oīa in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum ꝛ spatiosum manibus: illic reptilia quoruꝫ non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei: oīa a te expectant, vt des illis escam in tpe. Dante te illis colligent: aperiente te manū tuā oīa implebuntur bonitate. Auertente aūt te faciē turbabuntur: auferes spūm eoꝝ ꝛ deficiēt, ꝛ in puluerē suū reuertentur. Emitte spūm tuum ꝛ creabūtur: ꝛ renouabis faciem terre. Sit gloria dñi in seculum: lętabitur dñs in operibus suis. Qui respicit terrā, ꝛ facit eam tremere: q tangit montes ꝛ fumigāt. Cantabo dño in vita mea: psallam Deo meo quandiu sum. Iucunduꝫ sit ei eloquiū meū: ego vero delectabor in dño. Deficiāt peccatores a terra, ꝛ iniq, ita vt nō sint: bñdic aia mea dño. Repetita post psalmū añā, dicatur. Kyrie elei. Christe eleison. Kyrie el. Pater noster. Et ne nos. Sed li. ℣. Dñs dabit benignitatē. ℟. Et ter

Sacerd. Oratio

ra nostra dabit fructum suum. ℣. Emitte spiritum tuum & creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. ℣. Domine exaudi orationes. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. O remus. Oratio.

BEne ✝ dicat nos deus Deus noster, & terre nostre fructus vberes multiplicet: vt seminantes in gaudio seminent, & metentes in exultatione colligant manipulos, & te semper benedicant. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

QVesumus omnipotens Deus misericordiam tuam, vt benedicere & multiplicare digneris fines & fruges famulorum tuorum, sicut multiplicasti fruges patriarcharum Abraham, Isaac, & Jacob: vt sit seruis tuis abundantia, & egenus & pauper laudent nomen glorie tue. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

CLementiam tuam omnipotens Deus supplices deprecamur: vt benedicere & visitare & irrigare digneris fruges & fines seruorum tuorum: & vt defendas ab omni infestatione inimici: & abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: vt tibi semper laudes referant, qui das escas omni carni. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

DEus qui celi, terreque es dominator, te supplices exoramus, vt angelū tuum mittere digneris, qui custodiat & defendat fines & fruges famulorum tuorum ab omni incursione inimici: vt abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam, & tibi semper laudes referant: vt hic & in eternum pro te salui esse mereantur. Per dominū. Finitis predictis orationibus in agris, procedant ad ecclesiam vbi fieri debet processio: & cantent omnia, sicut supra signatum est in litanijs maioribus. Completa processione, & dicto **Benedicamus domino**, & **Deo gratias**. Sacerdos depposito pluuiali accipiat planetam, & cantet Missam ferialem, vt in missali.

De Processio in festo Ascensionis Domini. Cap. 13.

IN festo Ascensionis Domini fit processio in aliquibus ecclesiis circa ecclesiam, vel plateam ipsius hoc ordine: Dicta tertia, sacerdos cum pluuiali, & ministri sacris vestibus suorum ordinum induti precedentibus acolytis, cū cruce, cereis, & thuribulo, & aqua benedicta, & clericis sequentibus, iunioribus precedentibus veniant ad chorum: Et sacerdos ad inchoationem processionis genuflexus incipiat hymnum de Ascensione Domini, **Jesu nostra redemptio**, vt infra in hymnis notatus est: & clericis prosequentibus procedant circa ecclesiam, vel plateas ipsius. Completo primo hymno incipiat secundus, **Aeterne rex altissime**, Ad portam vero ecclesie sacerdos incipiat antiphonam. **O rex glorie**, & omnes eam prosequantur procedendo ad chorum. Antiphona.

Finita alia, duo clerici cantent ℣. Ascendit Deus in iubilatione, Alleluia, ℟. Et dominus in voce tube, Alleluia. Et sacerdos. O remus. Oratio.

DEus, cuius vnigenitus in alta celorum potenter ascendēs, captiuitatē nostram sua duxit virtute captiuam, tribue, quesumus, vt dona, que suis participibus contulit, largiatur & nobis Jesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum viuit & regnat p omnia secula seculorum. ℟. Amen.

De processione in festo Pentecostes. Cap. 15.

IN die sancto Pentecostes in aliquibus ecclesijs fit talis processio. Finita tertia, sacerdos cum ministris paratus accedit ante altare maius: & genuflexis omnibus, sacerdos incipit hymnum. **Veni creator spiritus**, & reliqui prosequuntur. Et dicto primo versu, surgunt oēs, precedentibus acolytis cū cereis, cruce, & thuribulo, iunioribus precedentibus: & psequentes hymnus p̄dictum, circuneunt plateam ecclesie. Et facta processione intrant ecclesiam, & firmant se clerici hinc & inde, & sacerdos in medio, donec terminetur hymnus: Tunc incipitur introitus misse, & cantatur vsque ad **Gloria patri**. Interim aliqui clerici in eminenti loco positi proficiunt folia rosarum & aliorum florum paulatim super sacerdotē. Dicto ℣. post introitū, sacerdos dicit in cantu **Gloria pa.** & clerici psequentes vadunt ad chorum, & sacerdos cum ministris ad altare: & missam psequunt. Et alicubi fit talis processio etiam duobus diebus sequentibus.

De processione in festo corporis Christi. Cap. 16.

IN festo sacratissimi corporis Christi fit vbique generalis processio solennissima: & induuntur clerici, & religiosi sacris vestibus: & candelas in manibus deferunt accensas. In hac processione cantantur hymni de festo corporis Christi. Item hymni de passione domini, scilicet. **Vexilla. Pange lingua. Lustris sex.** Item hymni de ascensione domini. s. **Jesu nostra redemptio. & Aeterne rex altissime.** Hoc vnus autē obseruādū, quod cum clerici vel religiosi processionaliter procedentes transeunt ante sacratissimum sacramentū, debent genuflectere, & incipere alta voce hymnum. **Pange lingua glorioſi corporis mysterium.** & totus chorus debet ipsum

prosequi:ꝛ sic cantando procedere ad processionē. Hymno prędicto completo,cantent alios hymnos de festo,scilicet. Sacris solennijs.ꝛ hymnum. Verbum supernū prodiens:nec patris. Et postmodum alios hymnos supra positos:quos reqre infra in hoc libro. In reditu ad ecclesiam ad quā finienda est ꝓcessio,oēs religiosi ꝛ clerici debent ordinare se in ecclesia hinc ꝛ inde,ꝛ expectare sacramētū. Delato sacramēto in ecclesiaz, sacerdos illud deferens procedit ad maius altare,vel ad portā chori:ꝛ vertit se ad clerum ꝛ populum:q oēs sint genuflexi versis vultibus ad sacramētū:Et tūc cantātur sequentes ℣. scilicet. Verbū caro panē verū. ℣. Tantū ergo sacramentū. ℣. Genitori. Quibus cōpletis dicit ℣. Panē de cęlo prestitisti eis. ℟. Dē delectamentum in se habentem. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Orem. Oro. DEus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memoriam reliquisti:tribue quęsumus,ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari:vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Tunc sacerdos eleuans sacramentum cum ipso populum benedicit:ꝛ postmodum illud reuerenter reponit.

¶ De processione faciēda in festo sancti,vel sanctę pṕoni ecclię. Cap.17.

IN festo sancti,vel sanctę patroni ecclesię,potest fieri sequens processio. Congregato clero ꝛ populo ꝛ pręparatis omnibus ꝑtm ecclesię facultatem,quibus sanctus vel sancta honorandi sunt, videlicet paramentis,reliquijs,ꝛ cereis,cantata tertia incipiatur antipho. Exurge dñe. vt supra in processione litanię maioris in festo sancti Marci, folio 205. Et repetita aña cantātur litanię:ꝛ egreditur processio,vt ibi notatum est:adduntur etiam hymni proprij si sunt,alioquin cantentur hymni de communi,secundū qualitatē illius sancti,vel sanctę, videlicet si fuerit apostolus,de apostolis:si martyr,de martyribus:si confessor, de confessoribus: si virgo,de virginibus. Completa processione ecclesiam intrantes cantent antipbonam de sancto,vel sancta propria, vel de communi.si non habet proprium officium. Qua completa dicatur. ℣. Ora pro nobis beate vel beata N. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

BEnedic domine plebem tuā,ꝛ,beati vel beatę N. precibus tribue consequi defensionis auxilium. Per Christum. ℟. Amen. Orem. Oro. PRotector in te sperantiū Deus,respice populuz supplicantez:ꝛ beati vel beatę N interueniente suffragio perfice miseratus pia desideria singulorum. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio. PAsce nos dñe tuorū gaudijs vbiqz scōruz, qa nr̄ę salutis augmēta sūt, quoties illis honor impedit, in quibus tu mirabilis prędicaris. Per Chm. ℟ Am. Ore. Sequat oro ꝓpria illius sci,ꝛ terminet cu Per dñz. ꝛ Benedicamus dño. ℟. Deo gras. Postea sacerdos deposito pluuiali,ꝛ accepta planeta,ad altare cū ministris accedat,ꝛ icipiat missa de scto,vel sācta.

¶ Ordo

¶ Ordo processionis pro defunctis in crastino oium sanctorum. Cap.18.

CAntata missa hora tertia,ꝛ inchoato a cantoribus ℟. Credo ꝙ redemptor meus, vt sup. fol.129. de choro hoc ordine processio egrediatur. Precedant duo ceroferarij cum cereis, induti superpelicijs: quos sequatur crucifer superpelliceo indutus: deinde ceteri clerici,vti moris est in processionibus:vltimo plebanus vel hebdomadarius nigro pluuiali indutus:a dextera cuius procedat diaconus cum aqua benedicta,ꝛ a sinistra subdiaconus cum thuribulo ꝛ incenso. Peruentis autez ad primam mansionem,crucifer ꝛ ceroferarij facies suas ꝛ crucem vertant ad venientem processionem: ceteri clerici a dextris ꝛ a sinistris dicte mansionis in modum corone se collocent,plebanus vero vel hebdomadarius contra crucem. Interim omnibus dictum Responsorium cantantibus, diaconus tumulos aqua benedicta aspergat,ꝛ subdiaconus thure incenset. Finito vero Responsorio,dicat. Kyrie eleison.

Kyrie elei son. Christe elei son. Ky ri e e le i son.

Deinde hebdomadarius alta voce dicit.

Et cetera in silentio:ꝛ denique clara voce explicat. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū spiritu. Oremus. Oratio.

OMps sempiterne Deus,cui nunquam fine spe misericordię supplicatur,propitiare animabus famulorum famularumque tuarum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt,sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Deinde intonato a cantoribus ℟. Qui Lazarum.fo.130. processio ordine prenotato ad secundā mansionem procedat,vbi finito ℟. sacerdos dicat vt supra. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus venię largitor ꝛ humanę salutis amator, quęsumus clementiam tuam: vt nostrę congregationis fratres,sorores,propinquos, amicos, ꝛ benefactores,qui ex hoc seculo transierunt,btā Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis,ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Nota,quod prędicta non debent dici in secunda hac mansione, si non fuerint ibi sepulturę clericorum:sin autem,reseruetur dicta oratio ad locum sepulturarum clericorum:ꝛ sequens oratio loco eius dicatur.

Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEus,cuius miseratione aiē fideliū requiescūt,famulis ⁊ famulabus tuis hic ⁊ vbiqz in Christo quiescentibus,da propitius veniā peccatorū,vt a cūctis reatibus absoluti tecū fine fine lętent. Per Chrīm dñz no. ℟. Amē. ¶ Hijs finitis procedat processio ad tertia mansionē ordine supra notato immediate postquā inceptū fuerit a cātoribus sequēs ℟. Dñe qñ.f.130. Kyrie el. vt su. Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Dñe aias eorū. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

PRopitiare,qs dñe,animabus famulorum famularūqz tuarū misericordia sempiterna: vt mortalitatis nexibus expeditas lux eas ętterna possideat. Per Christū dñm nostrū. ℟. Amen. Deinde incepto ℣io sequenti ad quartā mansionem procedat processio ordinate. ℟. Memento mei Deus.fo.132. Kyrie eleis. vt sup. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Requiescāt in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratiō.

PRęsta,qs ops Deus: vt aias famulorū famularūqz tuarum ab angelis lucis susceptas,in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amen. Sequitur ℟. Dei mihi dñe fol.132. Kyrie eleison. vt sup. Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eorū. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spū. Oratio.

ABsolue,qs dñe,aias famulorū famularūqz tuarum,⁊ oium fideliū defunctorum ab omni vinculo delictorū: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirent. Per Christum dñm nostrū. ℟. Amē. ℟. Ne recorderis.f.112. Kyrie eleison. vt sup. Pater nr. ℣. Et ne nos īdu. ℟. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

DEus,cui proprium est misereri semp ⁊ parcere,propitiare animabus famulorum famularūqz tuarū,⁊ omnia eorū peccata dimitte,vt mortalitatis vinculis absolutę,transire mereantur ad vitā. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. ℟. Peccantem me quotidie. fol.133. Kyrie eleison. vt supra. Pater nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus vita viuentiū,spes morientium, salus oium in te sperantium, precamur propitius: vt aiē famulorū famularumqz tuarum a nostrę mortalitatis neribus absolutę,beata Maria semper virgine intercedēte,in perpetua cum sanctis tuis luce lętentur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amē. ℟. Dñe secundum.fo.134. Kyrie eleison. vt supra. Pater noster. ℣. Et ne nos

ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

SUpplices dñe pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus,obsecrantes: vt quicquid conuersatione contraxerunt humana,⁊ clementer indulgeas,⁊ in tuorum sede lętantium cōstituas redemptorum. Per Christum dominum. ℟. Amen. ℟. Libera me domine de vijs inferni.folio.134. Kyrie eleison. vt sup. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorū. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

ANimabus,qs domine,famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ tuę redemptionis facias esse participes: Qui viuis ⁊ regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Ad vltimam mansionem cantores cantent sequens. ℟. cum quo omnes clerici eo ordine quo exierunt processionaliter ad chorum reuertantur. ℟. Libera me domine de morte ętterna. fol 113. Kyrie eleison. vt su. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

FIdelium Deus omnium conditor,⁊ redemptor,animabus famulorū famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam,quam semper optauerunt,pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Requiem ętternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Re qui e scāt in pa ce. ℟. Amē. Quo dicto in sacristiā reuertantur.

¶ De processione facienda ad petendā pluuiam tpe siccitatis. Cap. 19.

Congregato clero ⁊ populo ad ecclesiam, incipiatur antiphona. Oremus. vt supra. folio 205. Postea cantetur antiphona. Exurge domine. vt supra in festo sancti Marci. folio 205. Qua dicta cum ℣. ⁊ Gloria pa. cantetur litania,⁊ fiat processio per oia sicut in festo sancti Marci in litanijs maioribus signatum est. Finita processione, cum redierint ad ecclesiam dicant antiphonam ⁊ psalmum sequentem.

PSal li te de o nostro psal li te in cythara: qui o pe rit cęlus nubi

nu bi bus, ꝛ pa rat ter rę pluuiam. E v o v a e. Psalm.

LAudate dñm, qñ bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda, decora/que laudatio. Q edificans hierusalē dñs: dispersiones Israelis cōgregabit. Q ui sanat contritos corde: ꝛ alligat cōtritiones eoꝝ. Q ui numerat multitudinē stellaꝝ: ꝛ oīb⁹ eis noīa vocat. M agnus dñs noster ꝛ magna virtus eius: ꝛ sapientię eius non est numerus. S uscipiens mansuetos dñs: humilians autem peccatores vsque ad terram. P ręcinite domino in confessione: psallite Deo nostro in citbara. Q ui operit cęlum nubibus: ꝛ parat terrę pluuiaꝝ. Q ui pducit in montibus fęnum, ꝛ herbam seruituti hominum. Q ui dat iumentis escam ipsorum: ꝛ pullis coruorum inuocantibus eū. N ō in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. B eneplacitum est domino super timentes eum: ꝛ in eis qui sperāt super misericordia eius. G loria patri. Repetita post psalmuꝝ antipbona. dicatur K yrie eleison. C briste eleison. K yrie eleison. P ater noster. Et ne nos. Sed libera. ℣. Conuertere domine aliquantulum. ℟. Et deprecare sup seruos tuos. ℣. Domine refugiuꝝ factus es nobis. ℟. A generatione in generationem. ℣. Metuamus dominum Deum nostrum. ℟. Quia dat nobis pluuiam tēporaneaꝝ ꝛ serotinaꝝ in tpe suo. ℣. Celi non possunt dare imbrem. ℟. Nisi tu volueris dñe. ℣. Dominus dat pluuiam super faciem terrę. ℟. Et irrigat aquis vniuersa. ℣. Aperiet dñs thesaurum suum optimū cęlum. ℟. Ut tribuat pluuiam terrę nostrę in tpe suo. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscuꝝ. ℟. Et cum spi. O remus. Oratio.

OBsecramus misericordiam tuam domine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus: vt squallentes agri fęcundis imbribus irrigentur, quibus pariter ęstiui mitigentur ardores, ꝛ sequentium morborum restringatur accessio: salus hominibus iumentisque proueniat: atque vt boc, te largiente, mereamur, peccata, quę nobis aduersantur, relaxa: qui pluis super iustos ꝛ iniustos: ꝛ iam nostris offensionibus relaxatis expectata nubium munera largiris: quibus ꝛ salus nobis ꝛ alimenta prestentur. Per Christum dominuꝝ nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

TErram tuam domine, quam videmus nostris iniquitatibus tabescentem, cęlestibus aquis infunde: atque irriga beneficijs gratię sempiternę. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

DA nobis, quęsumus domine, pluuiam salutarem: ꝛ aridam terrę faciem fluentis cęlestibus dignanter infunde. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui saluas omnes, ꝛ neminem vis perire: aperi fontem benignitatis tuę: ꝛ terram aridam, aquis fluenti cęlestis dignanter infunde. Per Christum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

DElicta

DElicta dñe nos ipsi cognoscimus: ꝛ ipsius terrę feditas monstrat trāsgressionis excessus, tu autem pijssime pater, q cęlū clausisti contumacibus ꝛ ingratis, reseratum humilibus ꝛ contritis concede deprecantibus, ꝛ nobis subsidia pluuiarū tribue, ꝛ merentibus abundantiam largiri digneris. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio

IN afflictione maxima constitutis, consolationem tribue domine Deus fons largissime pietatis: ꝛ descendat, quęsum⁹, pluuia salutaris: vt omnia, quę sub cęlo sunt irrigentur ab aquis: pasce seruos tuos imbribus consuetis: quos ad laudem tuę creare dignatus es maiestatis. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. O remus. Oratio.

OOmnipotens sempiterne deus, qui solus aquas emittis e cęlis, dona seruis tuis beneficium pluuię salutaris, vt quod facinore modo suspenditur, tuo iam gratuito munere prorogetur. Per Christum. ℟. Amen.

Postmodum dicatur missa ad pluuiam postulandam, vt habetur in missali.

C De processione pro postulanda serenitate. Cap. 20.

COngregato clero ꝛ populo ad ecclesiam, incipiatur antipbona. Oremus. vt sup fol. 205. Postea cantetur ańa. Exaudi nos domine, quoniam benigna est. supra in 4. feria cinerum. folio. 154. Qua cantata cum ℣. ꝛ Gloria pa. ꝛ repetita antipbona, incipiantur litanię, ꝛ fiat processio, sicut notatum est in festo sancti Marci. fol. 205. Finita processione cum redierint ad ecclesiam, cantetur Antipbona.

VIde runt te aquę domine deus: vide runt maiestatem tuam, ꝛ timu e runt: ꝛ turba tę sunt abyssi: ꝛ prodibi bi tę sunt aquę de cę lo. ps Ad oce mea. f. 168. E v o v a e. Repetita post psal. ańa. dicatur. K yrie eleison C briste eleison. K yrie eleison. P ater noster. Et ne nos. Sed libera. ℣. Vox dñi super aquas, Deus maiestatis intonuit. ℟. Dñs super aquas multas. ℣. Inundauerunt aquę super caput meū. ℟. Inuocaui nomē tuū dñe, ꝛ vocē meā audisti. ℣. Saluū me fac deus. ℟. Qñ intrauerunt aquę vsqꝫ ad animam meam. ℣. Illustra faciem tuam super seruos tuos dñe. ℟. Et saluos nos fac in tua misericordia. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cuꝫ spiritu tuo. O remus. Oratio.

VO/

DOmine Deus,qui in miniſterio aquarum ſalutis tuę nobis ſacramẽta ſanxiſti:exaudi orationem populi tui: ⁊ iube terrores inundantium ceſſare pluuiarum:flagellumque huius elementi ad effectum tui cõuerte myſterij: vt qui ſe regenerantibus aquis gaudent recreatos,gaudeant his caſtigantibus eſſe correctos. Per dominum noſtrum Jeſum. Oratio.

QUæſumus omnipotens Deus, vt inundantiam coerceas imbriũ: ⁊ hilaritatẽ tui vultus nobis impertiri digneriſ. Per do. Oremus. Oratio.

ADeſto dñe clamantes exaudi,⁊ aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicãtibus: vt q̃ p̃ peccatis noſtris iuſte affligimur,miſericordia tua p̃ueniẽte,clementiam ſentiamus. Per dominum noſtrum. Oremus. Oratio.

ODnipotens ſempiterne Deus,qui nos ⁊ caſtigando ſanas,⁊ ignoſcẽdo conſeruas:præſta ſupplicibus tuis, vt ⁊ tranquillitatibus huius optatę ſerenitatis ⁊ conſolationis lętemur,⁊ dono tuę pietatis ſemper vtamur. Per dominum noſtum Jeſum Chriſtum. Oremus. Oratio.

DEus,q̃ oĩum reruꝫ tibi ſeruientium naturam per ipſos motus aeris ad cultũ tuę maieſtatis inſtituis:ſerenitatem ⁊ tranquillitatẽ miſericordię tuę nobis remotis imbribus largiaris, vt cuius irã expauimus, clementiã ſentiamus. Per do.

Poſtea dicatur miſſa de ſerenitate, vt in miſſali.

De proceſſione facienda tempore peſtis ⁊ mortalitatis. Cap. 21.

CONgregato clero ⁊ populo ad eccleſiam, cantetur antipho. Oremus, vt ſupra. folio 205, deinde cantetur ańa, Exaudi nos dñe, vt in quarta feria cinerum. fol. 154. Qua cantata cũ ℣. ⁊ Gloria patri. Et iterum repetita antipbona, incipiatur litania,⁊ fiat proceſſio ſicut in feſto ſancti Marci notatum eſt, folio 205. Proceſſione ad eccleſiam, vbi terminari debet,regreſſa, cantetur ſequens antiphona cum ſuo pſalmo:⁊ cantetur tota ante ⁊ poſt Antiphona.

Repetita

Repetita poſt pſalmum Ańa. dicatur ſequens Reſponſorium.

B yrie el. C hriſte el. B yrie el. P ater noſter. ℣. Ne reminiſcaris domine delicta nra. ℟. Neq; vindictam ſumas de peccatis nris. ℣. Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. ℟. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis vi uens. ℣. Ne derelinquas nos domine deus noſter. ℟. Ne diſcedas a nobis. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. Gloria patri. ℟. Sicut erat. ℣. Sed libera nos a malo. ℟. Amen. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Mitte nobis auxilium de ſancto. ℟. Et de ſion tuere nos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Deus.

EXaudi nos Deus ſalutaris nr̃: ⁊ intercedẽtibus beata virgine Dei genitrice Maria, B. Petro apoſtolo tuo, B. Sebaſtiano martyre tuo, atq; B. Vincẽtio cõfeſſore tuo, pp̃ĩm tuũ ab ira cũdię tuę terroribꝰ libex, ⁊ miſericordię tuę fac largitate ſecux. Per eundẽ Chriſtum. ℟. Amen. Oremus. Dio.

ECcleſię tuę, quęſumus omnipotens Deus, placatus intende conuẽtũ: ⁊ miſericordia tua nos potius, quã ira p̃ueniat: quia ſi iniquitates noſtras

stra obseruarē volueris, nulla poterit creatura subsistere: sed admirabili pietate, qua nos fecisti, ignosce peccantibus: vt opera manuū tuarum nō facias interire. Per Christum dominum nost. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

EXaudi dñe pces nostras: ⁊ ne velis cum seruis tuis adire iudiciū: quia sicut in nobis nulla iustitia reperitur, de qua psumere valeamus, ita fontē tuę pietatis agnoscimus: a peccatis nostris nos absolui, ⁊ a necessitatibus liberari confidimus. Per Christum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus, cuius misericordia cęlestium quoq; virtutum indigent potestates: ⁊ in cuius conspecta nullus est dominum absq; sorde ⁊ pęna peccati: delicta populi tui quęsumus propitiatus auerte: vt quos proprię conscientię reatus accusat, bonitatis tuę patientia faciat veniam promereri. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus, cuius tanta est excellentia pietatis, vt vno peccatore conuerso maximū gaudiū facias ī cęlis haberi: respice in exiguā populi tui portionē, vt omni depulsa vexatione, hęreditas tua ⁊ numero augeatur, ⁊ deuotione proficiat. Per Christum dñm nr̄m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

EXaudi dñe, q̄s pplm tuū, de tua misericordia malorū luoꝝ veniā suppliciter: qa ⁊ potēs es dimittere peccata: ⁊ supplicia q̄ nr̄is meremur operibus, potentia tuę pietatis auerte. Per Chr̄m do. ℟. Am̄. Oremus. Dio.

IRam tuam, q̄s domine, a populo tuo miseratus auerte: quaꝝ nostris quidem meremur operibus, sed humana fragilitate sustinere nō possumus, illa nos itaque contine pietate, quam prestare soles indignis. Per dominuꝝ nostrum. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Completis orationibus, cantentur missa contra pestem, vt in missali, cum orationibus de beata Virgine, de sancto Sebastiano, ⁊ de sancto Vincentio Confessore.

De processione facienda in tempore tribulationum quarumcunque. Ex Decretis Liberij Papę. Cap. 21.

SI venerit fames, pestilentia inequalitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio statim ieiunijs, eleemosynis, ⁊ obsecrationibus Domini misericordia deprecetur.

Licet iã superius in plerisq; locis de die tactũ sit, nihilominus & hic specialiter dicendũ est. Sciendũ est igitur,q; duplex est dies. s. naturalis & artificialis,siue vsualis. Naturalis est spatium,quo sol ducitur circa totam terram ab oriente vsq; in occidentem. s. spatium diei & noctis,quod sp continet 24. horas. Dr dies ista a diis,quorum noia Romani quibusdam siderib. sacrauerunt. Vel a dyo,quod est duo:quia cõtinet duo tpa,noctem scilicet & diem vsualem. Artificialis,est spatiũ,quo sol morat super nostrũ hemisphęriũ ab ortu solis vsque ad occasum. Et hoc fm solis ascensum & descensum crescit pariter & decrescit. Dicitur autẽ dies a dian,qđ est claritas. Et dicitur vsualis siue artificialis,quia solum hoc tps aptum est vsibus & artificijs exercendis. Reliqua pars diei dicitur nox a noceo,quia nocet visui & vsui:& ideo vocata est dies a meliori parte sine commemoratione noctis, Juxta illud: Et factum est vespere & mane dies vnus.

Vursus partes diei sunt tres,fm Jsid. scilicet mane, meridies, & suprema. Mane est lux matura,& plena,nec iam crepusculum. Meridies dicitur quasi medidies. i. medius dies, vel quia tunc purior dies est. Suprema est postrema pars diei. Sero dicitur a clausis seris.

Noctis vero partes sunt septem,scilicet vesperum, crepusculum, conticinium,intempestum,gallicinium,matutinum,& diluculum. Vesperum dicitur a vespere occidentali stella: quę tenebras sequentes precedit, &

dicuntur tenebrę,quasi tenentes vmbras. Crepusculū dī dubia lux.s.inter lūcem ⁊ tenebras. Conticiniū est,qñ iā oēs silent. Intempestū est mediū noctis tps,qñ nil agi pōt,⁊ oia silent quasi inopportunū. Gallicinium dī pp gallos lucis prenuncios. Matutinum est inter abscessum tenebraꝝ,⁊ auroꝛe aduentū. Diluculū dī quasi incipiens pars diei lux ⁊ auroꝛa,q̄ solē p̄cedit. Est.n. auroꝛa diei clarescentis exordiū. ¶ Et nota,q̄ dies alij sunt syderales,in qbus sydera mouent,⁊ boies a nauigationibus excludunt:alij p̄liares, de qbus in libris Regū,qbus reges solent ad bella p̄cedere,⁊ alij intercalares,quos scimus duodeciz mēsibus superesse:alij caniculares,alij solstitiales, alij ęgnoctiales:de qbus iā p̄missuꝫ est,alij fasti,in qbus iura fant:alij nefasti eis ꝓtrarij: alij festi i.festini,vt dies azimoꝛ:alij p̄festi quasi p̄cul a festis, vt feriales:alij mali sunt,qñ in eis plus solito boies affligunt. Añ apostolus. Redimentes tps,qñ dies mali sunt:⁊ e cōtrario sunt boni:alij egyptiaci,de qbus p̄missum est:Est ēt dies salutis:in quo dñs venit ad saluādū:Est ēt dies iudicij: in quo dñs veniet ad iudicādū: q erit bonis dies letitię, malis aūt calamitatis ⁊ miserię. Momētū vero est minimū atq; angustū tps a motu syderū dictū:est.n.extremitas hoꝛe in breuibus interuallis cū aliquid sibi cedit atq; succedit, ꝓm Ysido. Hoꝛa grecū nomē est,⁊ terminum latine sonat:est.n.finis tpis. Quot autem hoꝛas continet dies naturalis dictum est in principio huius partis.

TRACTATVS TERTIVS TERTIÆ PARTIS Sacerdotalis, de anno Lunari.

¶ Quid sit annus lunaris,⁊ quot dies contineat. Cap. 1.

Annus lunaris dī tribus modis:Primo modo,annus lunaris est spatiū,quo luna circuit totū zodiacū:qđ facit in 29.diebus ⁊ 12. hoꝛis. Scōo modo,dī annus lunaris spatiū, quo luna circuit solē ab vna ascensione vsq; ad aliā,⁊ hoc facit in 29.diebus, ⁊ 12. hoꝛis. Mā cū luna separat a sole ad peragrandū zodiacū,⁊ postea reuertitur ad eundē punctū,in quo dimiserat solē,non inuenit illū ibi:qa sol iā tñ p̄cessit suo motu,q̄ luna laboꝛat recurrere ad eū,siue attingere ipsuꝫ duobus diebus ⁊ tribus hoꝛis. Tertio, dicitur annus lunaris spatium duodeciz lunationū in anno cōi,⁊ tredecim in emboliſmali:de qbus infra dicet. cū ergo lunatio q̄libet cōstet 29.diebus ⁊ 12.hoꝛis:qa nō curat ecclesia de minutis: ex 12. hoꝛis p̄cedentis lunationis,⁊ ex 12.sequentis constituitur vna dies naturalis: q̄ semper lunationi p̄cedenti attribuitur,ita q̄ lunatio p̄cedentis mensis semper habeat 30.dies,⁊ sequentis 29.nisi fit aliud pp bissextum,vel emboliſmū vel saltum lunę,vnde versus.

Luna paris mensis nunquam tricesima fiet. Impar triceno nunquam fine fine carebit. Tempoze bissexti febꝛi luna tricesima est.

Mā iulij luna tūc est vicesimanona. Mensis par dī: qa numerando a ianuario p̄ ordinem cadit in numerum parem,vt febꝛuarius,aprilis,iunius,augustus,october,decembeꝛ,quoꝝ lunatio semper est 29.dierū,excepto febꝛuario,

rio,cuius lunatio est 30.quando est bissextus. Impar vero est, quando cadit in numerum imparē,vt ianuarius,⁊ martius,maius,iulius, septembeꝛ, ⁊ nouembeꝛ,quoꝝ lunatio semper est 30.dieꝝ:excepto iulio, qui in vltimo anno cycli lunaris p̄ saltum lunę habet tantum 29. Ex his aūt 12. lunationibus constituuntur trecenti quinquaginta quatuoꝛ dies in anno lunari,⁊ sic annus lunaris in 11.diebus exceditur a solari:ex quo excessū omnis varietas ętatis lunę consurgit,ita quod vbicunq; fuerit luna p̄ma in p̄mo anno, sit in secundo 11.p̄opter quam varietatē duoꝝ numeroꝝ genera sunt inuēta,regulares videlicet,⁊ epactę,de quibus breuiter videamus.

¶ De regularibus lunaribus. Cap. 2.

Nunc videamus de regularibus. Et qdē regularis lunaris est numerus inuariabilis datus mensi ad inueniendū lunā in calen.mēsiū singuloꝝ. Habent aūt oꝛtum regulares ab illis quinq; diebus,q̄ supsunt in anno solari supꝛa 360.dies:vnde qnq; regulares dati sunt septembꝛi, a quo annus lunaris sumit initiū. Regulares vero alioꝝ mensiū sic foꝛmātur. Junge regulares mēsis cū diebus eius:⁊ ab illa summa subtrahe lunationē eius: ⁊ residuū q̄ remāserit,erit rlaris illius mensis,v.g. Septēber habet qnq; regulares: ⁊ dies eius sunt 30.q cōiuncti regularibus ꝓstituūt 35. ⁊ lunatio septēbꝛis est tricesima:qua subtracta remanent 5.q sunt regulares sequētis mēsis.s. octobꝛis:⁊ sic de alijs vsq; ad septēbꝛē. Mā ęgypty suū annū incipiūt a septēbꝛi: ⁊ ideo nos annū lunarē incipimus a sebtēbꝛi. De rlaribus tradit iste versus.

Dic.e g.bis 1.K.bis:post manet oꝛdo.q.d.

Dic e.bis:quę est quinta in alphabeto.i. primis duobus mensib.anni lunaꝛis dant qnq; p regularibus. Itē dic bis g.q̄ est 7.in alphabeto. 1. tertius ⁊ quartus mēsis habēt septē p regularibus. Itē dic bis.i.q̄ est nona in alphabeto.1.qntus ⁊ septimus mensis habēt 19.pro regularibus. Itez dic bis K. q̄ est 10.in alphabeto.1.sextus ⁊ octauus mensis habent 10.pro regularibus. Et nota q̄ fit trāsitus de qnto ad septimum,⁊ de sexto ad octauū: vt patet in formando ipsos regulares:quia Januarius ⁊ martius 9. ⁊ febꝛuarius ⁊ aprilis 19.habent,sed post manet oꝛdo.i.maius 11. Junius 12. Julius 13. Augustus. 14.habent.

¶ De Epacta. Cap. 3.

Sequitur de Epacta. Est aūt epacta numerus variabilis datus anno ad inueniendū lunā in calen.cuiuslibet mensis:⁊ dī epacta ab epi,q̄ est supꝛa,⁊ aucta,qa est superexcrescentia anni lunaris a solari. Ideoq; annus p̄mus cycli lunaris nullā habet epactā,quia nullus annus p̄cessit a quo 11. accepisset. Secundus vero habet 11.p epacta:qa epacta oꝛitur ab illis 11. diebus,qbus annus lunaris exceditur a solari. Tertius vero annus bēt 22. qa semper adduntur 11.si nō trāscendat 30. Si vero trāscendat 30.abiectis 30.residuū erit epacta illius anni:⁊ ideo in quarto anno, qa summa ascendit 33.abiectis 30.sunt epactę illius anni 3. Epactę vero gręce,dicuntur latine abiectiones annuę lunares:quę per numerū 11.vsq; ad tricenariū in se reuoluuntur:quas egyptij ideo adijciunt,vt lunaris ementio ratione solis coꝛ-

quetur. Luna.n. iuxta curſum ſuum 29. ſemis dies lucere dignoſcitur: ⁊ fiunt in annum lunarē dies 154. remanent ad curſum anni ſolaris dies 11. quos egyptij adiciunt. Abſq; his nō inuenies quota ſit luna in quolibet anno, mē ſe ⁊ die. Epacte oiuz annoruz cycli lunaris per hanc tabulaz denotantur: ita ꝙ hoc verbū nulla, rñdet primo anno: ⁊ ſinguli ſequentes numeri rñdent ſingulis annis cycli, vſq; ad 19. vt, nulla 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29. 10. Sed hoc idem ēt oñdit p hos verſus. Annis adde vnū dñi: partire p vnde Viginti, lunę cyclus ⁊ inde patet. Hoc vult dicere, ꝙ ſi volumus ſcire quotus ſit annus epactalis, ſiue cycli, debem⁹ diuidere annos dñi p 19. quoties poſſumus: ⁊ addere vnū: qa qñ Chris natus fuit, tñ ꝓceſſerat ille cyclus: ⁊ quota fuerit ſūma quę remanſerit, totus erit annus cycli epactalis. v.g. Hoc anno cōputamus annos dñi 1286. quoz mille ducētiſeptuagintatres ſunt recte p decē ⁊ nouē diuiſi. ſuperſunt 13. de p̄dicto numero: addito ergo vno fiunt 14. vnde hoc anno eſt decimuſquartus annus cycli lunaris, in anno ſequenti erit 25. ⁊ ſic vſque ad 29. poſtea reditur ad primum: ⁊ hoc verum eſt ſecundum illos, q incipiunt computare annos dñi a natiuitate Chri, vel a calen. ianuarij: non aūt ꝑm eos, q illos immutant in cal. ſeptēbris: ⁊ faciūt ibi diuiſionē. nam tunc addendi ſunt duo anni. Pōt ēt ⁊ aliter inueniri epacta: vt ſi ſummā q̄ remanet de p̄miſſa diuiſione annoruz dñi per tres iuncturas pollicis numeremus. Si. n. numerus finitur in prima iunctura, debemus demere vnum de ipſo numero: ſi in ſecunda, debemus addere nouē: ſi in tertia, debemus addere decem ⁊ nouē: ⁊ ſumma inde prouueniens eſt epacta: ⁊ hoc ſi 30. non tranſeat. Si vero tranſiret abiectis 30. reſiduuz eſt epacta: vnde verſus. Deme vnū, poſt adde nouē, poſt dena nouemq;. Inuenta igitur epacta, debemus eam iungere cum regularibus menſis, cuius lunam volumus inuenire: ⁊ quota fuerit ſumma inde prouueniens, tota erit luna in cal. illius menſis, dūmodo 30. non tranſeat. Si vero 30. trāſiret, abiectis 30. reſiduū erit ętas lunę: ⁊ ſi ſumma illa fuerit 30. in cal. menſis, tunc luna erit 30. ſi autem epacta nulla fuerit, puta in primo anno cycli lunaris, tūc ad inueniēdum lunam ſufficit regularis. Sed qñ epactarum ratio quādoq; fallit, propter emboliſmum, ſiue ſaltum lunę, ideo de ipſo breuiter videamus.

¶ De anno Emboliſmali ⁊ communi. Cap. 4.

Qrca emboliſmum, ſiue lunę ſaltum, notandū eſt, ꝙ emboliſmus grece interpretatur latine ſuperaugmentum, ſeu ſuperexcreſcentia anni ſolaris ſuper lunarem. Quia ergo annus ſolaris excedit lunarē in 11. diebus, ex illo exceſſu conſtituuntur. 7. lunationes in 19. annis cycli lunaris: multiplicatis illis 11. diebus. Et dicuntur emboliſmales, quarum quęlibet eſt 30. dierum: ⁊ attribuuntur. 7. annis amboliſmalibus: ita quod in quolibet cyclo lunari ſunt 7. anni emboliſmales, ⁊ 12. cōes. Appellatur aūt annus emboliſmalis, quia a 14. luna p̄cedentis paſchę vſq; ad 14. ſequentis habet 13. lunationes ſiue 13. menſes lunares, ideſt 384. dies: ⁊ iſte eſt annus ſancto Dooy ſi diuinitus reuelatus. Cōmunis vero habet tantū 12. lunationes, ideſt 354. dies,

dies, quoꝝ diſpoſitiones continet iſte verſus.

Cur fles? bis lacrymis odioſum quęre tyrannum.

In iſto verſu ſunt 7. dictiones annis emboliſmalibus ſeruientes. Prima primo, ſecunda ſecūdo, ⁊ ſic per ordinē: ita ꝙ quota eſt prima litera alicuius iſtarum dictionum in alphabeto, totus annus cycli epactalis erit annus emboliſmalis. v.g. Cur eſt prima dictio: ⁊ ſeruit primo anno emboliſmali, ⁊ c, eſt prima litera illius dictionis, quę eſt tertia in alphabeto: ergo tertius annus cycli lunaris eſt emboliſmalis: ⁊ ita de alijs: hoc obſeruato, quod hęc dictio, bis, debet ſcribi cum b. Et dī annus communis: qa ſepe duo ita coniunctim incedunt, vt inuicem ſe in paſchali ſolennitate ſequantur: emboliſmalis. n. ſēper ſolus eſt. Ordo aūt iſtoz annoruz cōium ⁊ emboliſmalium patet in linea ſubſequenti. Cōis, emboliſmalis, cōis, cōis, emboliſmalis, cōis, emboliſmalis, cōis, cōis, emboliſmalis, cōis, cōis, emboliſmalis, cōis, emboliſmalis, cōis, communis, emboliſmalis. Habito autem anno emboliſmali, poſſumus ſcire in quo menſe lunatio emboliſmalis contingat: per hunc verſum.

Mobilis ⁊ Chriſtum modo libet babeto coęuum.

In iſto verſu ſunt 7. dictiones, 7. menſibus ſeruientes: in quibus contingunt lunationes emboliſmales in p̄fatis 7. annis, prima primo: ſecūda ſecundo, ⁊ ſic per ordinem: ita ꝙ quota erit prima litera alicuius iſtaz dictionum in alphabeto, toto menſe illius anni cui ſeruit illa dictio, contingit lunatio emboliſmalis. Itē quota erit prima litera ſecūde ſyllabę in alphabeto, tota die mē ſis icipit lunatio emboliſmalis: v.g. Mobilis eſt prima dictio, ⁊ ſeruit primę lunationi: quę cōtingit in tertio anno cycli lunaris, ⁊ m. eſt prima litera huius dictionis, ⁊ eſt duodecima in alphabeto: ergo in 12. men. contingit lunatio emboliſmalis. Item b, eſt prima litera ſecundę ſyllabe: ⁊ eſt ſecūda in alphabeto: ergo in ſecunda die illius menſis incipit illa lunatio, ⁊ ſic de alijs. Si autem velis plenius huius rei veritatem inquirere, recurre ad epactā ⁊ regulares illius anni, de quo vis ſcire: ⁊ ita inuenies eſſe. Nunc videamus vbi fallit epacta iuncta regularibus propter emboliſmum, ſeu ſaltū lunę. Circa qō nota, ꝙ licet in cyclo lunari ſint ſeptem anni emboliſmales, vt ſuperius dictū eſt, non tamen fallit epacta niſi in tribus. ſ. in 8. in 11. ⁊ 19. vnde verſus.

¶ Octauo vndecimo poſtremo fallit epacta. ¶ In quo autez loco, vel mē ſe, vel quot locis fallit epacta iuncta regularibus his verſ. denotatur.

Julius vndenis, ter Maius octo vicenis,
Biſſextus niſi ſit mars peccat in vndetricenis.

In totidez Maius, Auguſtus vero duobus. Hoc eſt dicere, ꝙ in octauo anno cycli lunaris fallit epacta cum regularibus in maio ⁊ iulio: quia in calen. maij cum luna deberet eſſe 28. ſecundum epactam, non repetitur niſi 27. propter emboliſmum. Item fallit in calen. iulij eodē anno: quia tunc luna deberet eſſe 30. ſm epactam, non reperitur niſi 29. pp emboliſmum, vbi credēdū eſt emboliſmo, ⁊ non epactę. Item in 11. anno fallit epacta: qa in calen. martij ſm epactam deberet eſſe luna 29. ſed pp emboliſmum reperitur tñ 28.

Hb maij Verum,

Verũtñ,si in illo anno fuerit bissextus,tũc corrigit ille error:qñ pp bissextus addit vna dies. Jtẽ in 19.anno fallit epacta in duobus locis,nã ꝑm epactã luna deberet esse 29.in calẽd. maij,sed pp emboliſmũ nõ reperit nisi 28. ⁊ in eodẽ fallit in calend. augusti,quia ꝑm epactã luna deberet ibi esse 2.sed propter saltũ lunę ibi tertia inuenitur:qa lunatio iulij,quę deberet esse 30. in illo anno,est tantũ 29.⁊ hoc contingit propter errorem nostri computi:⁊ tũc annus in duobus diebus exceditur a solari. De saltu traditur iste versus.

Luna facit saltum quintilis luce suprema.

Retrocedit.n. luna vna die,sicut diximus,ꝑ errorẽ nr̃i ꝯputi,vt in sequẽti anno in calẽ.septẽbris luna redeat sicut debet,nisi.n.saltus lunę colligeret,ꝓtingeret error,vt in 14. cyclis diceret luna prima qñ esse pleniluniũ. Colligit ãt sic iste dies:q̃libet.n.lunatio,ad hoc vt lunationes sint ęquales,bñet 29.dies, dimidiũ,minus quatuor momẽtis,⁊ vna vncia,⁊ vno atomo:sunt aũt in cyclo 235.lunationes,erũt ergo quater tot momẽta,q̃ sũt i vniuerso,noningẽta quadraginta,q̃ diuisa per 40,cõstituũt 23.horas ⁊ dimidiã. Postea ex 235. vncijs cõstituũtur 19.momẽta,⁊ remanẽt septẽ vncię,⁊ ex 235.atomis cõstituũtur 5.vncię:quę vncię cũ septẽ prioribus faciũt vnũ momẽtũ,qõ iũctũ ad 19. momẽta ꝑhabita,facit dimidiã horã,q̃ iuncta cũ alijs 23.⁊ dimidia facit vnũ diẽ,q̃ subtrabitur vltimo anno a lunatione iulij,⁊ dñ saltus lunę. Põt ẽt facilius hoc mõ colligi. Annus lunaris constat ex 354.diebus,minus vna hora, ⁊ quarta parte vnius horę,⁊ septuagesima sexta parte quartę vnius horę ,ergo in 19.annis hñr 19.horę,⁊ 19.quartę horarũ, ⁊ 19. octuagintasex partes quartę vnius horę,q̃ faciũt in 19.annis quartã partẽ vnius horę,⁊ ita erũt 20. quartę horarũ,q̃ faciũt 5.horas,q̃ iũctę,23.horis ꝑhabitis,faciũt vnũ diẽ. Est igitur saltus lunę quidã dies collectus in 19.annis ex eo supfluo qõ datur lunationibus:⁊ dñ saltus lunę,nõ q̃ luna magis saliat illa die quã alia:sed quia nos lunã cõputãtes,diẽ illã,sup quã in alijs annis lunatio iulij dñ 20.salimus siue prętermittimus,nõ cõputantes lunã in vltimo anno cycli decẽnouennalis nisi 29.ideo aũt subtrabitur dies illa a lunatione iulij in vltimo anno cycli decẽnouennalis,quia iulius est vltimus in anno epactali inter menses habentes 30. dies in lunatione:vñ vltimo anno lunatio iulij non cõputatur trigesima,sed vigesimanona:⁊ ideo aureus numerus illius.s. decẽnouennalis quãuis crescat,sequitur sine interuallo minorẽ:⁊ per consequens in alijs mensibus sequentibus vsq; ad Januariũ,sicut infra dicetur. Saltus ergo lunę facit duas lunationes pariter esse 29.dierũ. Ad ꝑfatos ergo errores facilius corrigendos inuentus est aureus numerus:de quo breuiter est dicendũ.

De aureo numero. Cap.5.

Aureus numerus est ille,qui ponitur in calẽd. qui in quolibet mẽse indicat lunã primã,ad priuatos errores facilius corrigẽdos inuẽtus. Et dñ aureus numerus ꝑ similitudinẽ:qa sicut aurũ superat oia metalla, ita iste numerus oẽs alias rõnes lunares excellit:quẽ Julius Cęsar cũ tanta diligẽtia dicitur inuenisse: qui incipiens a quocunq; anno cycli lunaris vbicunq;

nit

inuenit lunam primam in primo anno cycli posuit idest in calendario:in latere extrinseco iuxta literas feriales scilicet, in quolibet mense: ⁊ in secundo anno vbicunque inuenit primam posuit 2. in quolibet mense: ⁊ in tertio 3. ⁊ sic de alijs:⁊ ideo in cal. Januarij ternarius est numerus:quia ibi nulla inuenitur tertio anno prima, nec ibi debet poni alius numerus quam ternarius:quia nullo anno cal. Januarij luna est prima, nisi in tertio anno cycli decemnouennalis. In quibusdam tamen calendarijs numeri ipsi designantur per literas alphabeti:nas pro vno interponitur ibi a,pro duobus,b.pro tribus,c.⁊ sic de alijs numeris,⁊ literis,⁊ teriatis vsq; ad literã t,q̃ est decima nona in ordine alphabeti. Formatur autẽ aureus numerus ab illo ternario, q̃ ponitur in calen.ianuarij:nã illis tribus addũtur 8.⁊ cõstituuntur 11. q̃ numerus debet poni in tertia litera ianuarij. Jtẽ illis 11.adduntur 8. quę constituunt 19.qui numerus debet poni cum interuallo in 5.litera ianuarij. Jtẽ illis 19.adduntur 8.⁊ sic sunt 28.sed quia aureus numerus non tranſit 19. ⁊ ideo abiectis 19.residuũ scilicet 8.debet poni immediate post 19. ⁊ sic per totum calendariũ. Patet ergo,q̃ quãdo maior numerus sequitur minorem tunc debet inter vtrunque numerum dimitti vna litera,⁊ quando minor sequitur maiorem,tunc nulla debet litera intermitti, vnde versus.

De tribus octo cauens superet de dena nouemque.
Maior fit ternus,minor aureus est secundus.

Verũtñ formatio illa fallit in oi mẽse,cui⁹ lunatio est 29.dieꝝ.f.in Februario, Aprili, Junio,augusto,octobri,⁊ decẽbri,i qbus post minorẽ numerũ maior immediate locatus sequitur circa principiũ mensis, quod patet hoc versu.

Mense breuis lunę februs est ardet cito ganger.

In isto versu erũt sex dictiones sex mensibus deseruiẽtes:quorũ lunatio est 29. incipiendo in medio versu,vbi dñ februs:ita q̃ quęcũq; fuerit initialis litera alicuius istarũ dictionũ sup eadẽ litera in calẽdario maior numerus sequitur minorẽ,sine spatio.i. nulla litera dimissa in illo mense,cui seruit illa dictio v.g. Februs est prima dictio,⁊ seruit primo mẽsi,cuius lunatio est 29. f, februs,⁊ f, est prima litera:ergo super primũ f.mẽsis februarij maior numerus sequitur minorẽ immediate,similiter super primũ e. Aprilis:⁊ sic de alijs: sed super primum g.decembris maior scilicet 14.sequitur immediate minorem scilicet 2. ⁊ super eadẽ litera:quia ibi est duplex aureus numerus,quod designat geminatio huius literę.g.in dictione ganger. Item fallit in Julio ⁊ reliquis mensibus vsq; ad Januariũ:in quibus circa finẽ numerus 19. sequitur immediate ad 11. numerum: vnde versus.

Julius ⁊ reliqui,qui restant dena,nouemque
Jungant vndeno sic est ratus aureus ordo.

Item sciendum est,q̃ quando 19.immediate sequitur 11. tunc octauus, qui sequitur,debet tertio loco poni: vnde versus.

Quando continuas vndenis dena nouemque.
Maiori trinus tunc octonarius esto.

De.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX KALENDARIO GREGORIANO:

De Cyclo Decennouennali Aurei numeri. Cap. 6.

CYclus Decennouennalis Aurei numeri est reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vsque ad 19. qua reuolutione peracta, iterũ ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1577. Numerus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, est 1. Anno sequenti 1578. est 2. & ita deinceps in sequentibus annis, vno semper amplius, vsque ad 19. qui Aureus numerus cadet in annum 1595. post quẽ iterũ ad vnitatẽ redeundum est, ita vt anno 1596. Aureus numerus sit rursus 1. & anno 1597. sit 2. &c. Continet autem hic cyclus Aurei numeri annos 19. quia post 19. annos solares elaptos reuertuntur Nouilunia ad eosdem dies mensium, licet non omnino præcise, sed aliqua diei particula citius, vt a Cõputistis, & in libro nouæ rationis restituendi Kalendarij Romani ostẽditur. Quilibet vero annus Aurei numeri terminatur in fine mensis Decembris, & in principio Januarij sequentis anni initium sumit alius annus Aurei numeri: quemadmodum etiam fit in annis Domini, qui semper terminantur in mense Decembri, & initium sumunt a Januario. Vt anno Domini 1582. annus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus numerus, est 6. terminaturq; simul cum ipso anno Domini 1582. in mense Decembri: In mense autem Januario initium sumit alius annus Dñi, nempe 1583. & in eodem mense Januario assumitur etiam alius annus Aurei numeri, nimirum 7. Et ita deinceps agendum erit in alijs annis, quousque perficiatur numerus 19. a quo iterum redeundum est ad vnitatẽ: atque hoc modo in perpetuum. Hoc cyclo decennouennali Aurei numeri per dies Kalendarij distributo Ecclesia Romana ad hanc vsq; diem vsa est tũ ad coniunctiones Solis ac Lunæ inquirendas, tum vero maxime ad inueniendum diem festũ Paschæ, & ad indaganda alia festa mobilia: propterea quod veteres putabant Nouilunia, transacto spatio 19. Annorum solarium, ad eundem prorsus diem, eandemq; horam redire: quod verum non est, cum Nouiluuia paulo citius, quam spatium 19. annorum Solarium cõpleatur, ad eandem sedẽ redeant, vt dictum est. Hinc factum est, vt Nouilunia hoc tempore plus q̃ quatuor dies distent ab Aureo numero in veteri Kalendario Romano: & secundum illius normam Pascha sæpe numero post xxi. Lunã contra Maiorũ institutа, celebretur: adeo vt cyclus hic Aurei numeri inutilis omnino iam fit inuentus ad Nouilunia, festaque mobilia indicanda, idemque magis ac magis in dies futurus sit inutilis tum propter decem dies ex mẽse Octobri anni 1582. auferendos, tum etiam propter tres Bissextos omittendos, quibusq; quadringentis annis: nisi in 30. ordines redigatur, hoc est, nisi 30. Kalẽdaria construãtur, vt ex illis seligatur semp illud, qõ certo cuiq; tẽpori con-

gruit: quæ res, quantas perturbationes, quantosque sumptus, personis præsertim Ecclesiasticis, esset allatura, nemo non videt. Hoc incommodum vt vitetur, substitutus est in locum Aurei numeri in Kalendario Cyclus Epactarum constans ex 30. numeris Epactalibus: qui quidem nihil aliud est, quam cyclus decennouennalis Aurei numeri æquatus, ita vt sit instar Aurei numeri in 30. Kalendaria, de quibus dictum est, distributi, vt in libro nouæ rationis restituendi Kalendarij Romani declaratur. Aureo numero vtemur in posterum, non quidem ad Nouilunia, & festa mobilia inquirenda, vt ad hanc vsque diem factum est ab Ecclesia, sed solum ad inuestigandam Epactam cuiuslibet anni, ex qua & Nouilunia, & festa mobilia deinde reperiantur, vt in sequenti canone docebimus: ita vt etiam nunc necessarius omnino sit Aureum numerum quouis anno indagare, licet is de Kalendario sit submotus, locumque amplius non habeat ad Nouilunia, festaque mobilia inuenienda.

Igitur vt Aureus numerus quolibet anno proposito inueniatur, composita est sequens tabella Aureorum numerorum, cuius vsus incipit ab anno correctionis 1582. inclusiue, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni post annum 1582. reperietur hoc modo.

Tabella cycli Aurei numeri initium sumens ab anno correctionis 1582.

vj.	vij.	viij.	ix.	x.	xj.	xij.	xiij.	xiiij.	xv.	xvi.	xvij.
xviij.	xix.	j.	ij.	iij.	iiij.	v.					

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est vj. secundus autem, qui est vij. sequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum quæris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotiescunque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum.

Sed quoniam valde laboriosum est, ac molestum, tot annos in dicta tabella enumerare, eamque toties repetere, donec ad annum, cuius Aureus numerus quæritur, perueniatur, præsertim vero, si annus propositus procul ab anno 1582. abfit, construximus hanc aliam tabulam, ex qua sine magno labore Aureus numerus cuiuscunque anni tam ante, quam post annum 1582. inuenietur hac arte.

Quæratur annus propositus in tabula sub annis Domini, qui si descriptus in ea fuerit, Aureus numerus ad dexteram ipsius collocatus, addita prius vnitate, vt in vertice tabulæ præcipitur, erit is, qui quæritur. Si vero annus propositus in tabula non continetur, accipiatur annus in tabula con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabula ad Aureum numerum cuiuslibet anni inueniendum.

Anni Domini.	Aureus numerus. Adde 1	Anni Domini.	Aureus numerus. Adde. 1
1	1	300	15
2	2	400	1
3	3	500	6
4	4	600	11
5	5	700	16
6	6	800	2
7	7	900	7
8	8	1000	12
9	9	2000	5
10	10	3000	17
20	1	4000	10
30	11	5000	3
40	2	6000	15
50	12	7000	8
60	3	8000	1
70	13	9000	13
80	4	10000	0
90	14	20000	12
100	5	30000	18
200	20	40000	5

contentus proxime minor, vna cum Aureo numero respondente: Deinde sumantur in eadem tabula anni, qui supersunt vna cum Aureo numero respondente, qui priori Aureo numero inuento addatur, reijcianturque a composito numero 19. si reijci possunt. Et tandem vnitas adijciatur. Componetur enim hac ratione Aureus numerus propositi anni. Quod, si neque anni, qui superfuerunt, in tabula reperiantur, accipiendus erit rursum annus proxime minor, vna cum eius Aureo numero, qui priori Aureo numero inuento adijciendus est, & a composito numero reijciēda 19. si reijci possunt: Idemque faciendum erit cum reliquis annis, qui supersunt, donec omnes in tabula inueneris. Et tandem vltimo Aureo numero ex Aureis numeris in tabula repertis confecto (reiectis prius 19. si reijci possunt, vt dictum est) addenda vnitas. Conficietur enim hoc modo Aureus numerus anni propositi. Quod si post additionem vnitatis numerus compositus fuerit 19. ita vt, detractis 19. nihil remaneat, erit Aureus numerus 19.

Exemplis

Exēplis res fiet illustrior. Sit inueniendus Aureus numerus anni 700. Quoniam hic annus in tabula reperitur, eique respondet Aureus numerus 16. si huic Aureo numero adijciatur 1. erit anno 700. Aureus numerus 17. Rursus inueniendus proponat Aureus numerus anno 1583. Quoniam hic annus in tabula non existit, sumendus est annus 1000. in tabula proxime minor eiusque Aureus numerus 12. Deinde accipiendi in tabula anni residui 583. qui quoniam in ea non continentur, capiendus iterum est annus 500. in tabula proxime minor, eiusque Aureus numerus 6. quo ad priorem Aureum numerum 12. inuentum adiecto, conficietur numerus 18. Post hęc anni 83. qui supersunt, sumendi in tabula, sed quoniam non reperiuntur, accipiendus est annus 80. in tabula proxime minor, eiusque Aureus numerus 4. quo apposito ad Aureum numerum 18. prius compositum, efficietur numerus 22. a quo si detrahantur 19. remanebunt 3. Postremo remanentes anni 3. sumēdi sunt in tabula, & Aureus numerus 3. illis respondens: quo adiecto ad Aureum numerum 3. proxime relictum, componetur numerus 6. cui tandem si addatur 1. vt in vertice tabulę præcipitur, erit anno 1583. Aureus numerus 7. Sit denique quærendus Aureus numerus anni 1595. Accipio primum Aureum numerum 12. respondentem anno 1000. eumque addo Aureo numero 6. qui anno 500. respondet, conficioque numerum 18. Deinde Aureū numerum 14. respondentem anno 90. addo illi Aureo numero 18. inuento, procreoq; numerū 32. a quo detractis 19. remanet numerus 13. cui adiungo Aureum numerum 5. respondentem anno 5. efficioq; numerus 18. Huic tādem si addam 1. habebo 19. pro Aureo numero anni 1595.

Additur autem semper vltimo numero vnitas, quia Christus anno secūdo huius cycli Aurei numeri natus est, factumque anno Domini primo Aureus numerus 2. & anno secundo Aureus numerus 3. &c.

Compositio quoque huius tabulę perfacilis est. Primis enim 10. annis respondent primi decem Aurei numeri. Deinde quia a 10. anno progredit tabula per annos decimos, respondetq; anno 10. Aureus numerus 10. ita vt singulis 10. Annis Aureus numerus 10. vnitatibus augeatur, duplicandus erit Aureus numerus 10. respondens 10. anno, & a pducto numero 20. reijcienda 19. vt habeatur Aureus numerus 1. respōdens anno 20. Cui Aureo numero 1. iterum adijciendus est Aureus numerus 10. decimi anni, vt cōponatur Aureus numerus 11. pro anno 30. atque hoc modo prosequentibus decimis annis vsque ad 100. addendus semper est Aureus numerus 10. precedenti Aureo numero, & reijcienda 19. si reijci possunt, vt habeatur sequens Aureus numerus. Post hęc, quia in tabula post annum 100. fit progressio per annos centesimos, respondetque anno 100. Aureus numerus 5. vt componatur Aureus numerus 10. pro anno 200. quandoquidem singulis annis 100. Aureus numerus augetur 5. vnitatibus. Aureo numero vero 10. iterum addendus erit Aureus numerus 5. centesimi anni, vt gignatur Aureus numerus 15. pro anno 300. atq; ita pro sequentibus annis centesimis

vsque

vsque ad 1000. addendus semper est Aureus numerus 5. precedenti Aureo numero, & reijciẽda 19. quando possunt reijci, vt exurgat sequens Aureus numerus. Hac arte tabulam extendere poteris ad quotcunque annos, si obserues, per quos annos tabula progrediatur, & qui Aureus numerus respondeat illi anno, a quo progressio incipit. Ita vides ab anno millesimo vsque ad annum 10000. precedenti Aureo numero semper adiectus esse Aureum numerum 12. & abiecta esse 19. quando reijci potuerunt, quia progressio annorum incipit tunc ab anno 1000. proceditque per annos millesimos vsque ad annum 10000. & preterea anno 1000. respondet Aureus numerus 12. &c.

Porro sine hac tabula facillimo quoque negotio per precepta Arithmetices Aureus numerus cuiuslibet anni reperietur hoc modo. Anno Domini proposito addatur 1. & numerus compositus per 19. diuidatur. Numerus enim, qui ex diuisione relinquitur, (nulla habita ratione quotientis numeri. Hic enim solum ostendit, quot reuolutiones Aurei numeri a Christo vsque ad annum propositum peractę sint) erit Aureus numerus anni propositi. Et si ex diuisione nihil remanet, erit Aureus numerus 19. At si quęratur Aureus numerus anni 1584. Addo 1. & compositum numerum 1585. diuido per 19. inuenioque ex diuisione relinqui 8. Erit ergo anno 1584. Aureus numerus 8. Rursus si anno 1595. quęrendus sit Aureus numerus, addita vnitate, fit numerus 1596. quo diuiso per 19. nihil supereſt. Erit igitur tunc Aureus numerus 19. Itẽ si anno 1600. addatur 1. fiet numerus 1601. quo diuiso per 19. relinquentur 5. pro Aureo numero anni 1600. Atque ita de cęteris.

De Epactis & Nouilunijs. Cap. 7.

Epacta nihil aliud est, quam numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunares dierum 354. superat: ita vt Epacta primi anni sit 11. cum hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat, atq; adeo sequenti anni Nouilunia contingãt 11. diebus prius, quam anno primo. Ex quo fit, Epactam secundi anni esse 22. cum eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde, finito hoc anno, Nouilunia contingere 22. diebus prius, quam primo anno: Epactam autem tertij anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adijciantur, efficietur numerus 33. a quo si reijciantur 30. dies, qui vnam Lunationem Emboliſmalem constituunt, relinquentur 3. atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epactę omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamen 30. quando reijci possunt. Solum quando peruentum erit ad vltimas Epactã Aureo numero 19. respondentem, quę est 29. adduntur 12. vt abiectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epacta 11. vt in principio. Quod ideo

ideo fit, vt vltima Lunario Emboliſmica, currente Aureo numero 19. sit tãtum 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ sex Lunationes Emboliſmicę, non redirent Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdẽ dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentq; vno die tardius, quã ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouę rationis restituendi Kalendarij Romani. Sunt autem nouendecim Epactę, quot & Aurei numeri, respondebantque ipsis Aureis numeris ante Kalendarij correctionẽ eo modo, quo in hac tabella dispositę sunt.

Tabella Epactarum rſidentiũ Aureis numeris ante Kalend. correctionẽ.

Aurei numeri. Epactę.	1. xi.	2. xxij.	3. iij.	4. xiiij.	5. xxv.	6. vi.	7. xvij.	8. xxviij.
9. ix.	10. xx.	11. j.	12. xij.	13. xxiij.	14. iiij.	15. xv.	16. xxvi.	17. vij.	18. xviij.	19. xxix.

Quia vero cyclus decennouennalis Aurei numeri imperfectus est, cum Nouilunia post 19. annos Solares non precise ad eadem loca redeant, vt dictum est, imperfectus etiam erit hic cyclus 19. Epactarum. Quamobrem eum ita emendauimus, vt in posterum loco Aurei numeri, & dictaꝝ 19. Epactaꝝ vtamur 30. numeris Epactalibus ab 1. dsque ad 30. ordine pgredientibus, quãuis vltima Epacta, siue quę ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc * ppterea q nulla Epacta esse possit 30. Varijs aũt tẽporibus ex his 30. Epactis respondent decem & nouẽ Aureis numeris varię decẽ & nouẽ Epactę, prout Solaris anni, ac Lunaris equatio exposcit: q̃ quidẽ decẽ & nouẽ Epactę pgrediunt, vt olim, p eundẽ numeꝝ 11. adduntur q3 semper 12. illi Epactę, q̃ respondet Aureo numero 19. vt habeatur sequens Epacta respondens Aureo numero 1. ob rationem paulo ante dictã. Id quod sequentes tres tabellę perspicuum faciunt: quaꝝ prima cõtinet Aureos numeros, & Epactas inter se respondẽtes ab anno correctionis 1582. post detractionẽ 10. dieꝝ, vsq3 ad annum 1700. exclusiue, quo anno secũda tabella assumenda est, & tertia anno 1900. atq3 ita deinceps alia atq3 alia, vt infra docebimus. Quę quidem omnia vberius in libro nouę rationis restituendi Kalendarij Romani explicantur. Quamuis autẽ vulgares Epactę mutentur in Martio, re ipsa tamen in principio anni mutandę sunt, vna cuꝝ Aureo numero, in cuius locum hę nostrę Epactę succedunt.

Quelibet autem tabella ab eo Aureo numero initium sumit, qui illo anno currit, a quo vsus tabellę incipit: Et licet in his tabellis diuersę semper Epactę Aureis numeris respondeant, aliquando tamen continget, vt eisdẽ Aureis numeris eędem Epactę respondeant, quę olim ante correctionẽ Kalendarij.

Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius 10. diebus, vsque ad annum 1700. exclusiue.

Aurei numeri.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.
Epactę.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.
	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.
	xxiiij.	v.	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1700. inclusiue vsque ad annum 1900. exclusiue.

Aurei numeri.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.
Epactę.	ix.	xx.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.	xxvj.
	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
	vij.	xviij.	*	xj.	xxij.	iij.	xiiij.	xxv.	vj.	xvij.	xxviij.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1900. inclusiue vsque ad annum 2200. exclusiue.

Aurei numeri.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
Epactę.	xxix.	x.	xxi.	ij.	xiij.	xxiiij.	v.	xvi.	xxvij.
	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
	viij.	xix.	*	xi.	xxij.	iij.	xiiij.	xxv.	vi.	xvij.

Itaque si Epacta, quocunque anno proposito inuenienda sit, quęrendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellę, quę illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Nox enim sub Aureo numero in inferiori ordine tabellę reperietur Epacta anni propositi, vel certe hoc signum * vbi ergo illa Epacta, vel signum * in Kalendario inuentum fuerit, eo die Nouilunium fiet. Inuenietur autem Aureus numerus vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito tẽpori cõgruẽte, tribuendo primum Aureum numerum illius tabellę illi anno, a quo vsus tabellę incipit, & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellę tribuat illi anno, a quo eius vsus incipit, & secunda Epacta sequenti anno &c.

Exemplum. Anno correctionis 1582. Aureus numerus est 6. nempe primus primę tabellę, cuius vsus incipit ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius 10. diebus. Erit ergo tũc Epacta xxvi. q. sub Aureo numero

numero 6. collocatur: fietque Nouilunium die 27. Octob. & 26. Nouemb. & 25. Decemb. Item anno 1583. Jam correcto Aureus numerus est 7. cui in eadem tabella supposita est Epacta vij. quę toto eo anno in Kalẽdario Nouilunia indicabit: vt in Januario die 24. In Feb. 22. In Martio die 24. &c. Rursus anno 1710. Aureus numerus est 1. sub quo in ordine Epactarum secundę tabellę, quę anno proposito cõgruit, collocatur hoc signum *. quod in Kalendario toto eo anno Nouilunia demonstrabit: nimirum in Januario die 1. & 31. In Martio (Nam in Februario nullum tunc erit Nouilunium, cum in eo signum *. non reperiatur) die 1. & 31. In Aprili die 29. &c. Postremo anno 1916. Aureus numerus est 17. sub quo in ordine Epactarum tertię tabellę, quę proposito anno congruit, reperitur Epacta 25. non rubro colore, & antiquo numero, vt alię Epactę, sed nigro atramento, & vulgari numero scripta. Vbicunque ergo anno 1916. in Kalendario Epacta 25. nigra reperitur, ibi Nouilunium fit: At in Januario die 6. In Februario die 4. In Martio die 6. In Aprili die 4. &c. Quotiescunque enim Epacta 25. respondet Aureis numeris maioribus, quam 11. quales sunt posteriores octo a 12. vsque ad 19. sumenda est in Kalendario Epacta 25. nigra: quando vero eadem Epacta 25. respondet minoribus Aureis numeris, quã 12. quales sunt priores vndecim ab 1. vsque ad 11. inclusiue, accipienda est in Kalendario Epacta xxv. rubra, & antiquo numero scripta: Atque hoc solum contingit in Epacta 25. & in alijs nunquam. Quod ideo fit, vt anni Lunares perfectius Solaribus annis respondeant. Ob quam etiam causam in sex locis Kalendarij duę Epactę, scilicet xxv. & xxiiij. ad eundem diẽ sunt ascriptę, vt nimirum Lunationes ita sibi mutuo succedant, vt alternatim sex contineant dies 30. & sex alię dies tantum 29. complectantur. Id quod abũde in libro nouę rationis restituendi Kalendarij Romani explicatum est.

Quod si quando Epactę per dies Kalendarij distributę indicent Nouilunia paulo serius, quam res postulet, mirandum non est, cum maturo consilio ita sint dispositę. Cum enim nullus cyclus Lunaris ad vnguem calculo Astronomico respondere possit, sed modo citius, modo tardius Nouilunia indicet, data est diligenter opera in distribuendo cyclo hoc 30. Epactarum in Kalendario, vt potius Nouilunia serius aliquando per Epactas demonstrentur, quam vt aliquando sedes suas anteuertant, ne cũ Quartadecimanis hęreticis sacrosanctum Pascha vel in xiiij. Luna, vel ante celebretur: Adeo vt propter celebrationẽ Paschę maior fit habita ratio xiiij. Lunę, vel Plenilunij, quã Nouilunij: neque magni refert, si aliquando, quod raro tamen accidit, propter hãc Nouilunij postpositionẽ contingat Pascha celebrari post diẽ xxj. Lunę. Minus enim hoc peccatum est, quã si ante diẽ xiiij. Lunę celebretur, vel in vltimo mense, quod esset absurdissimum. Sed de his plura in libro nouę rationis restituendi Kalendarij Romani, vbi etiam hypotheses, quę in hac correctione Kalẽdarij assumptę sunt, in medium afferentur.

Verum, vt videas, vnde precedentes tres tabellę sint depromptę, & qua

arte, alię ꝯstrui posſint, addita est sequẽs tabella cycli Epactaꝝ ꝑpetua, vna cũ tabula ęquationis cycli Epactaꝝ, ex qua cuiusꝙ anni Epacta reperiet ꝑpetuũ. Rationẽ cõstructionis tã tabellę cycli Epactaꝝ ꝑpetuę, ℭ tabulę ęquationis cycli Epactaꝝ, qm̃ paucis explicari non potest, desumunturque literę alphabeti ex tabula cycli Epactarũ expãsa, ꝯsulto in libr̃ nouę rationis restituẽdi Kalẽdarũ Romani, vbi tabula illa expansa cõtinet, reijcimus.

Tabella Cycli Epactarum Perpetuę.

ℙ *	ℒ x	𝔈 xxij	𝔈 iij	ℙ xiiij	𝔉 xxv	f vj	☽ xvij	𝔇 xviij	i ix	𝔄 xx.
a i	m xij	𝔑 xxiij	d iiij	q xv	𝔅 xxvj	g vij	t xviij	𝔄 xxix	𝔎 x	𝔒 xxj.
b ij	n xiij	𝔈 xxiiij	e v	r xvi	𝔗 xxvij	b viij	u xix.			

Tabula ęquationis Cycli Epactarum perpetuę.

	Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi
ℕ	1	A	2200	q	3600 Biss.
ℙ	320 Biss.	a	2300	p	3700
ℙ	500 Biss.	A	2400 Biss.	n	3800
a	800 Biss.	u	2500	n	3900
b	1100 Biss.	t	2600	n	4000 Biss.
ℒ	1400 Biss.	S	2700	m	4100
Detractis x. diebus.		S	2800 Biss.	m	4200
𝔇	1582	S	2900	m	4300
𝔇	1600 Biss.	O	3000	k	4400 Biss.
ℒ	1700	r	3100	k	4500
ℒ	1800	r	3200 Biss.	k	4600
𝔅	1900	r	3300	i	4700
𝔅	2000 Biss.	q	3400	i	4800 Biss.
𝔅	2100	p	3500	i	4900

Utriusque autẽ vsus hic est. Quęratur in tabula ęquationis propositus, vel si is in tabula nõ inuenitur, annus proxime minor, noteturꝙ. litera alphabeti sine maiuscula, siue minuscula ad sinistram ipsius collocata, ꝛ Aureus numerus inuestigetur anno proposito congruens. Deinde in tabella cycli Epactarum perpetua similis litera notetur, ꝛ cellulę, quę ab illa litera inclusiue tertia est versus sinistraꝙ, Aureus numerus 1. tribuatur, ꝛ sequenti cellulę, ad

ad dexterã subsequẽs Aureus numerus 2. ꝛ ita deinceps, donec ad Aureus numerũ propositi anni perueniatur, redeundo ad principiũ tabellę, si eã totã percurreris, cõputata quoqꝙ litera ℱ, maiusc. sub qua Epacta xxv. rubra, ꝛ Epacta 25. nigra collocatur, pro vna cellula. Quis enim rite peractis, illico in cellula, in quã Aureus numerus propositi anni cadit, Epacta illius anni reperietur. Diligenter tñ obseruandum est, vt qñ Aureus numerus anni propositi maior fuerit, quã 11. quales sunt posteriores octo Aurei numeri a 12. vsqꝙ ad 19. ceciderintqꝙ in cellulã literę ℱ, vbi sunt duę Epactę xxv. 25. vna rubra, ꝛ altera nigra, sumatur Epacta 25. nigra, rubra vero xxv. si in eandẽ cellulã aliquis ex prioribus vndecim Aureis numeris ab 1. vsque ad 11. qui omnes minores sunt, quam 12. ceciderit.

Exemplis planum id faciemus. Anno 1582. post correctionem respondet in tabula ęquationis litera 𝔇, maiusc. estqꝙ Aureus tunc numerus 6. Si igitur in tabella cycli Epactarũ perpetua tribuas cellulę literę a, minusculę, quę tertia est a cellula literę 𝔇, maiusc. Aureũ numerũ 1. ꝛ sequẽti cellulę ad dexterã Aureũ numerũ 2. ꝛ ita deinceps, cadet Aureus numerus 6. anni propositi 1582. in cellulã Epactę xxvi. quę in Kalendario ab Idibus Octobris illius anni Nouilunia monstrabit. Rursus anno 1583. iam emendato Aureus numerus est 7. eiqꝙ in tabula ęquationis respondet litera eadẽ 𝔇, maiusc. Qm̃ enim hic annus in tabula non reperitur, sumendus est proxime minor, nẽpe 1582. cui litera 𝔇, maiusc. respondet. Tribuendo ergo in tabella Epactarũ Aureũ numerũ 1. cellulę literę a, maiusc. quę tertia est a cellula literę 𝔇, maiusc. ꝛ Aureũ numerũ 2. sequenti cellulę ad dexterã, ꝛ sic deinceps, cadet Aureus numerus 7. propositi anni in cellulã. Epactę vij. q̃ eo anno Nouilunia ostendet. Itẽ anno 4218. in tabula ęquationis rñdet litera l, estqꝙ. Aureus numerus 1. Igit si ĩ tabella Epactarũ Aureũ numerus 1. illius anni tribuas cellulę literę n, quę tertia est a cellula literę l, versus sinistrã, inuenies Epactã xix. illius anni. Præterea anno 1710. respondet litera ℒ, maiusc. in tabula ęquationis, estqꝙ rursuꝙ Aureus numerus 1. Quare si Aureũ numerũ 1. illius anni tribuas primę cellulę literę ℙ, maiusc. in tabella Epactarũ, quę tertia est a litera ℒ, maiusc. reperies *. pro Epacta illius anni. Rursus anno 1912. respondet in tabula ęquationis litera 𝔅, maiusc. ꝛ est Aureus numerus 13. Quapropter si tribuatur in tabella Epactaꝝ perpetua cellulę literę. ℕ, maiusc. quę tertia est a litera 𝔅, maiusc. Aureus numerus 1. ꝛ sequẽti cellulę ad dexterã Aure⁹ numerus 2. ita deinceps, redeũdo ad principiũ tabellę, cadet Aureus numerus 13. propositi anni in secũdã cellulã. Quare Epacta tũc erit xi. Adhuc anno 1715. rñdet tabula ęquationis litera ℒ, maiusc. estqꝙ Aureus numerus 6. Tribuẽdo ergo Aureũ numerũ 1. cellulę literę ℙ, maiusc. in tabella Epactarũ, q̃ tertia est a cellula literę ℒ, maiusc. ꝛ Aureũ numerũ 2. sequenti cellulę ad dexterã, ꝛ cet. cadet Aureus numerus 6. propositi anni in cellulam literę ℱ, sub qua ponuntur duę Epactę xxv. 25. vna rubra, ꝛ altera nigra. Quia vero Aureus numer⁹ 6. minor est,

quam 12.accipienda est Epacta 25.rubra ,p anno 1715. Postremo anno 1916.in tabula equationis respondet litera B.maiusc.estq3 Aureus numerus 17.Quamobrē si in tabella Epactaꝝ cellulę literę A,q̄ tertia est a cellula literę B.maiusc.detur Aureus numerus 1.ꝛ sequenti cęllulę ad dexteram Aureus numerus 2.ꝛc.redeundo ad principiū tabellę,occurret Aureus numerus 17.,ppositi anni eidē cellulę literę G,sub qua duę Epactę xxv. 25.rubra una,ꝛ altera nigra,ponuntur.Et quoniam Aureus numerus 17. maior est,quam 11.accipienda est Epacta 25.nigra pro anno 1916.Atq3 hoc modo Epactam cuiuslibet anni inuenies in perpetuum.

Ex his facile quis tabellā componere poterit,si velit,similē tribus superioribus,in qua nimirum Epactę contineantur certis quibusdā annis inseruientes.Ut qm̄ usus tertię tabellę extēdit usq3 ad annū 2200.exclusiue,si qs aliam tabellā optet, cuius usus incipiat anno 2200.q̄renda erit, vt iā docuimus,Epacta anni 2200.Si nam q3 ordine disponant oēs 19.Aurei numeri initio facto ab Aureo numero anni 2200.ꝛ sub Aureo numero dicti anni colloceꝛ Epacta eiusdē anni inuēta:deinde reliquę Epactę ordine sub alijs Aureis numeris collocentur,q̄ p continuam additionē numeri 11. ad p̄cedē tē Epactā cōstituātur,ita tm̄,vt Epactę sub Aureo numero 19.positę, si hic Aureus numerus in tabella vltimus nō fuerit,addantur 12.non aūt 11.vt iu pra diximus,cōposita erit tabella Epactaꝝ,cuius usus icipiet ab anno 2200. inclusiue,terminabitur q3 anno 2299.qm̄quidē anno 2300.in tabula equationis alia litera rndet, nempe u, ita vt tunc sit alia tabula extruenda. Verbi g. dicto anno 2200. rndet in tabula equationis litera A, maiusc.estq3.Aureus numerus 16.Si igitur tribuamus Aureū numerū 1.cellulę literę G,maiusc. in tabella ppetua Epactarum,q̄ tertia est a cellula literę A,ꝛ sequenti cellulę ad dexteram Aureum numerum 2.ꝛc.incidet Aureus numerus 16. dicti anni 2200. in cellulā literę n,minusc.sub qua reperitur Epacta xiij.illius anni.Quo circa tabella epactarum respondentium Aureis numeris,initio sumpto ab Aureo numero 16.ꝛ ab Epacta xiij.illius anni fic stabit.

Sed eędem hę Epactę facilius ex tabella cycli Epactarū perpetua extrahi possunt.Cum enim Aureus numerus 1.tribuatur cellulę literę G.maiusc.ꝛ aureus numerus 2.sequenti cellulę ad dexterā,vbi est litera i,ꝛ Aureus numerus 3.sequenti cellulę ad dexterā,vbi est litera A,maiusc.Aureus numerus vero 4 sequenti adhuc cellulę ad dexterā,in qua descripta est litera a,minusc.ꝛc.vt dictum est,scribendę erunt Epactę sub Aureis numeris huius tabellę temporarię,quemadmodum in tabella illa cycli Epactarum perpetua Aureis numeris respondent,vt in exemplo factū esse vides, Hinc facile apparet,qua ratione superiores tres tabellę Epactarū tēporarię sint cōpositę. Faciliores porro vias inuenendę Epactę cuiuslibet anni reperies in libro nouę rationis restituēdi Kalendarij Romani,quarum vna ex tabula Epactarū expāsa,duę vero alię ex rota mobili desumūtur:quas,qm̄ maius spatius exposcunt,ꝛ non tam facile imprimi possunt,dedita opera hic omittimus.

Tabella

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 2200. inclusiue vsq3 ad annum 2300. exclusiue.

Aurei numeri.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.
Epactę.	xiij.	xxiij.	v.	xvj.	xxviij.	ix.	xx.	j.

5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.
xij.	xxiij.	iij.	xv.	xxvi.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxi.	ij.

De termino paschali,ꝛ primo de clauibus festorum mobilium. Cap.8.

De termino paschali triplex datur ratio:ꝛ prima per claues mosaicas: secunda per ętatem lunę: tertia p tabulas manuales:de quarum qualibet videndum est.Sed primo de clauibus:ꝛ ideo videndum est quid sit clauis,ꝛ vnde dicatur,ꝛ vnde habet ortum,ꝛ ad qd inuenta fuerit. Clauis est numerus variabilis datus anno ad inueniendum principia quinq3 mobiliū festiuitatum,s.septuagesimę,quadragesimę,paschatis,rogationū,pentecostes: ideo sunt qnq3 claues:ꝛ quodlibet p̄dictoꝝ festorū bēt triginta quinq3 dies, in qbus semper celebrant. A sede aūt cuiuslibet clauis numerant dies vndecim,ꝛ vsq3 ad initiū ipsoꝝ triginta quinq3 dierū,put hęc infra patebunt. Et dr clauis p similitudinē:qa sicut p claues ostia reserant,ita p talē numeꝝ principia dictaꝝ festiuitatū nobis denotant. Habent.n.ortū istę claues terminorum a 19.annis cycli lunaris,ꝛ 7.diebus septimanę:vnde prima clauis est 19. Claues aūt alioꝝ annorū sic formantur:addamus.n.semper claui p̄cedentis anni 19.ꝛ summa inde,prueniens erit clauis sequentis anni,si nō superat 40. si vero summa superat 40.abiectis 30.residuū erit clauis sequētis anni.v.g. Clauis primi anni est 26.cui si iungatur 19.erunt 45.vnde abiectis triginta, remanent 15 q numerus est clauis sequentis anni.ꝛ ita formant vsq3 ad 19. annos p ordinem:qa non ,pceditur vltra 19.numerū:sed reuertitur ad priorē: vnde cyclus clauium aurei numeri ꝛ epactaꝝ non differunt quantitate,differunt tm̄ principio,qa cyclus epactaꝝ incipit a septembri,cyclus aūt aurei numeri ꝛ clauium a ianuario.Unde si velimus scire quotus sit annus cycli aurei numeri,ꝛ clauiū,possumus scire per diuisionē annoꝝ dñi factam superius in titulo de epacta.Inuento quotus sit annus clauiū,possumus scire quę sit clauis illius anni per aliam banc rationem.Numerus enim ille,qui remanet de diuisione annorum domini numerari debet per summitates quinque digitorum,incboando a pollice:ꝛ si numerus terminatur in pollice,debemus addere 25.ꝛ summa inde proueniēs erit clauis illius anni:si vero numerus finitur in indice,debemus addere 13. si i medio,31.si in annullari 19. si in auriculari,7.ꝛ si summa inde prouenies excesserit 40.abiectis 30.quod remanserit erit clauis,quę additio bis versibus continetur.

Viginti quinque tredecim plus esse tricenos.
Unde vicena epa digitis pro clauibus apta.

Sacerd. Ji iij Sedes

Sedes quidem clauiū nunquā inuenitur in calendario, nisi super hanc literam g. prima ergo g. ianuarij est clauis septuagesimę. vltima g. eiusdē mensis est clauis quadragesimę: ⁊ secunda g. martij est clauis paschatis: tertia g. aprilis est clauis rogationū: vltima g. aprilis est clauis pentecostes: vnde versus.

Primaque, ⁊ vltima g. Jani, Martisq; secunda,
Tertioque aprilis tibi signat, ⁊ vltima clauem.

Habita ergo claue anni, incipe computare a sede clauis: ⁊ comple illam in diebus calendarū per ordinem procedendo: ⁊ vbi terminabitur, ibi erit terminus solennitatis: ita quod in proximo die dominico ibi sequenti erit initiū solennitatis, cuius est clauis, sed rationes incipiunt in sequenti die lunę: ⁊ si fuerit bissextus, cuilibet clauī est vna dies addenda.

¶ Rationes ad inueniendum Paschа. Cap. 1.

Postumus, ēt scire paschales terminos p ętatem lunę: cuius rationē sequitur iuxta consuetudinē iudęorum, de quo talis datur regula. Accipe lunā quęcunq; est in festo epiphanię: ⁊ perfice illā, pcedendo per dies calendarū ordinate vsque ad 40. dies, ⁊ si fuerit bissextus, vsq; ad 41. in proxima die dominica sequenti erit initium septuagesimę: vnde versus.

A festo stellę numerando perfice lunam.
Quadraginta dies post septuagesima fiet.
Bissextus quando fuerit, superadditur vnus.
Si cadit in lucem domini tunc sume sequentem.
Si cadit in feriam septenam, fitque bissextus,
Linque diem domini primum, sumasque secundum.

Habita ergo septuagesima terminos aliarum mobilium festiuitatum facile scire potes. Nam a septuagesima vsq; ad dñicam. 1. quadragesimę sunt tres integrę septimanę: a dominica 1. quadragesimę vsq; ad paschа sunt sex integrę septimanę: a paschа vero vsq; ad diem lunę rogationuꝫ sunt qnq; septimanę, ⁊ vnus dies: a paschа vero vsq; ad pentecosten computantur qnquies decem dies. Terminum quoq; paschalem bis versibus scire potes.

Post nonas martis vbi sit noua luna require.
Tertia lux Domini proxima paschа tenet.

¶ Rursus vbicunq; post duodecimū calē. aprilis luna decimaquarta reperit, dñica prima Paschа celebrat. Jtē qualiscunq; luna fuerit in calē. ianuarij, talē face eā in festo sancti Benedicti, siue 12. cal. aprilis: ⁊ illā computes vsque ad 24. ⁊ ibi erit paschа hebręoꝝ. ¶ Rursus ab 8. idus Martij vsq; ad nonas aprilis sunt dies 29. quocunq; ergo illoꝝ luna fuerit prima, computetur vsq; ad quatuordecim, ⁊ ibi erit paschа hebręorum. Est ēt ⁊ alia ratio inueniendi paschа per ętatem lunę: quoniam qñ luna currit p vnuꝫ, erit paschа dñica prima post nonas aprilis: qñ currit per duo, erit dominica prima post 8. cal. aprilis: qñ currit per tres, erit dñica prima post idus aprilis: qñ currit p quatuor, erit dñica prima post nonas aprilis: qñ per quinq;, erit dñica prima post 11. cal. aprilis: qñ p sex, erit dñica prima post 4. idus aprilis: quando per

per septem, erit dñica prima post 3. cal. aprilis: qñ per octo, erit dñica prima post 14. cal. maij, qñ per nouem, erit dominica prima post 7. idus aprilis, qñ per decem erit dominica prima post 6. cal. aprilis: qñ per vndeciꝫ, erit dñica prima post 17. cal. maij: qñ p duodecim, erit dominica prima post pridie nonas aprilis: qñ per tredecim, erit dñica prima post 9. cal. aprilis. quando per quatuordecim, erit dominica prima post pridie idus aprilis: qñ per quindecim erit dominica post 12. cal. aprilis: qñ per decemseptem, erit dñica prima post. 5. idus aprilis: qñ per octodecim, erit dñica post 4. idus aprilis: qñ per 19. erit dñica post 15. cal. maij. Tabulas insuper manuales nonnulli ad inueniendos paschales terminos confecere, sicut Dionysius, Jsidorus, ⁊ qdā alij, quas ad przens duximus dimittendas, ne difficultas fit nimium onerosa. Ad przens igitur sufficiant carmina nostra infrascripta.

Esse grauem nobis bello carnem caueamus.
Bellum sępe gerens etiam puto deijcit hostem.
Dox animę lucrum inuenies cum religiosis.

In bis versibus sunt 19. dictiones, 19. annis cycli lunaris seruientes, prima primo, secunda secundo, ⁊ sic per ordineꝫ, sumpto initio a primo anno cycli: ⁊ quota fuerit prima litera dictionis in ordine alphabeti, quę non definat in m. tota die aprilis computando a mensis principio versus finem, erit terminus paschę hebręorum 1. luna 14. ⁊ in proxima dominica subsequenti erit paschа nostrum, sicut in sexta parte sub tractatu de paschа plene dictum est. Jbi etiam patet, quare sub 5. calend. aprilis scribitur in calendario resurrectio domini. Si vero dictio definit in m, quota eius erit prima litera in alphabeto, tota die martij computando a mensis fine versus principium erit terminus paschalis iudęorum, ⁊ in primo die dominico, quę postea occurrerit, descendendo versus finem, erit paschа nostrum, hoc cautius obseruando, quia carnem ⁊ caueamus in przfatis versibus debent scribi per e, ⁊ hostem debet scribi per b, quę in hoc loco pro litera reputatur. Potest ⁊ aliter paschа facile inueniri, pone enim in calendario tuo in margine aureuꝫ numerum sequentem, videlicet iuxta 12. calen. aprilis pone 16. iuxta 11. calen. pone 5. iuxta 12. calend. 13. iuxta 8. calend. 2. iuxta 6. calend. 10. iuxta. 4. calend. 18. iuxta 3. calen. 7. Jtem iuxta calend. aprilis 15. iuxta 4. nonas aprilis. 4. iuxta 2. nonas 10. iuxta nonas. 1. iuxta 6. idus 19. iuxta 5. idus 17. iuxta 4. idus. 6. iuxta 2. idus 14. iuxta idus 3. iuxta 17. cal maij. 11. iuxta 15. cal. 19. iuxta 14. cal. 8. Volens ergo terminum paschę inuenire, adde vnuꝫ annis dñi tunc currentibus, postea divide ipsos quoties poteris per 19. ⁊ si divisio pficiatur in 19. ita quod nil superfit, recurre ad calendariū tuuꝫ: ⁊ in illa die, iuxta quam inuenies scriptum 19. erit paschа hebręorum, quod semper celebrāt in 14. luna, ⁊ sequenti dominica erit paschа nostrum. Si vero aliquid superfit super vltima 19. puta quinque, vel decem, vel 15. dies, tunc paschа hebręorum erit in die illa, iuxta quam scriptum inuenies 5. vel 10. vel 15. ⁊ sic de alijs przmissis numeris, ⁊ diebus: ⁊ in sequenti dominica erit

Ji iiij paschа

pascha nostrum: quod nō pōt esse ante 11.cal.aprilis,nec post 7.cal.maij.v.g. hoc anno cōputātur anni dñi 1286.quoꝝ 1273.sunt recte diuisi per 9.supersunt ergo 13.de ꝓmisso numero,quibus additur vnus,ꝛ fiūt 14. vbi ergo inueneris in tuo calēdario hūc numerū,ibi erit hoc anno pascha iudęorū:in sequenti vero anno erit vbi inuenies scriptū 15.ꝛ sic vsqꝫ ad 19.postea vero redit ad 1.ꝛ sic ꝑpetuo fiet. ℙer eūdē quoqꝫ modū poteris terminū septuagesimę inuenire. ℙone in calē. tuo in margine iuxta 16.calē. Februarij hūc numerū 8. Itē in eadē linea pone 16.iuxta 15.calen. Februarij, pone 5.iuxta 14 cal.13.iuxta 13.cal.2.iuxta 12.cal.10.iuxta 10.cal.18.iuxta 8.cal.7. iuxta 7.cal.15.iuxta 5.cal.4.iuxta 4.cal.12.iuxta 2.cal.1.iuxta cal.februarij. Itē iuxta 3.nonas februarij 9.iuxta nonas 17.iuxta 8.idus 6.iuxta 6.idus 14.iuxta 5. idus 3.iuxta 3.idus 11.iuxta idus 19. Diuisis ergo annis dñi ꝑ 19.vt ꝓmissum est,vide,qui numerus supereſt sup 19.ꝛ vbi illum in ipso calendario inueneris,ibi erit terminus septuagesimę,qui semper est in luna vndecima:ꝛ in sequenti dñica septuagesimā celebramus,q̄ nō pōt esse ante 15.calē.februarij: nec post 9.cal.martij,sicut nec quadragesima potest esset ante pridie nonas februarij,nec post 6.idus martij. Eodē ēt modo terminus pentecostes inueniri pōt:pone.n.in tuo calendario in margine iuxta 7.idus maij.16. iuxta 6. idus 5.iuxta 4.idus 13. iuxta 3.idus 2.iuxta idus 10. Itē iuxta 17.cal.Junij. 18.iuxta 15.calen.7.iuxta 13.cal.15.iuxta 12.calen.4.iuxta 10. calen. 12. iuxta 9.calen.1 iuxta 7.calen.19.iuxta 5.cal.12.iuxta 4.cal.6.iuxta pridie.calen. 14. Itē iuxta calen. Junij 3.iuxta 3.nonas,11.iuxta nonas 19.iuxta 8. idus 8. Diuisis ergo annis dñi per 19. numerū illū, qui supererit super 19. quęre in ꝓmissis locis calendarij:ꝛ vbi illū inueneris,ibi erit pentecostes hebręorū, quod semper est in luna 4.ꝛ in sequēti dñica erit pētecostes nostrum, quod nō pōt esse ante 6.idus maij,nec post idus iunij,sicut nec rogationes esse pōt ante 6.calen.maij,nec post calen.iunij. ℙōt etiā pascha aliter inueniri per banc tabulā. 5.15.13.22.10.30.18.7.15.4.2.4.12.1.21.9.19.17. Isti numeri repñtant quosdam dies aprilis ꝛ martij, in quibus contingit pascha hebręorū,cōputādo dies illos a principio ipsorū mensiū, ita quod ipsi numeri a viginti infra respondeāt aprili,a viginti supra martio: hoc vult dicere hęc tabula,quod in primo anno cycli lunaris est pascha hebręorū in 5. die intrantis aprilis:in secundo anno eiusdez cycli est quintadecima die intrantis martij:ꝛ sic de alijs donec numeri ipsius tabulę cōpleātur:postea redditur ad primū annū cycli. Qualiter autē inueniātur anni cycli, dictum est supra, vbi agitur de epacta. Quare festa saluatoris, excepto festo natalis, siue natiuitatis,sint mobilia,dictū est in sexta parte,sub festo natalis. Ultimo,ꝺm Isido.sciendū est,ꝙ inter latinos ꝛ grecos est varietas,sub termino festiuitatis paschalis:qō ,puenit,qa latini a tertio nonas martij vsqꝫ in tertiū nonas aprilis primi mēsis lunā requirūt:ꝛ si quintadecima luna die dñica proueneret,in aliam dominicā pascha protrahunt,vt ꝓmissum est. Greci vero obseruant primam lunam ab 8.idus martij,vsque ad diem nonam aprilis.

EX

EX KALENDARIO GREGORIANO.

De Festis mobilibus. Cap.10.

Quoniam ex decreto Sacri Concilij Niceni ℙascha, ex quo reliqua festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico,qui proxime succedit xiiij.Lunę primi mensis:(is vero apud ℍebrĕos vocatur primus mensis, cuius xiiij. Luna vel cadit in diem Verni equinoctij, quod die xxj. mensis Martij contingit,vel propius ipsum sequitur) efficitur,vt si Epacta cuiusuis anni inueniatur ex regula superius data ꝛ ab ea in ℍalēdario notata inter diez octauum Martij inclusiue,ꝛ quintum Aprilis inclusiue (ℍuius enim Epactę xiiij. Luna cadit vel in diem equinoctij Verni, Id est, in diem xxj. Martij, vel eum propius sequitur)numerentur inclusiue deorsum versus dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc xiiij.sequens (ne cum Judęis conueniamus,si forte dies xiiij.Lunę caderet in diem Dominicum) fit dies ℙaschę.

Exemplum.Anno 1583. iam emendato Epacta est vij. ꝛ litera Dominicalis b. Quęro igitur hanc epactam vij.in ℍalendario inter octauum diē Martij,ꝛ quintum Aprilis inclusiue, inuenioque eam e regione diei 24. Martij,a qua inclusiue deorsum versus numero xiiij.dies, vt habeam xiiij. Lunam,quaz video cadere in diez 6.Aprilis, post quem diem prima litera Dominicalis b.reperitur e regione diei 10.eiusdem Aprilis: ℙascha ergo anno 1583. celebrandum erit die 10.Aprilis. Rursus anno 1585. Epacta est xxix.ꝛ litera Dominicalis f. Et quoniam inuenio Epactam xxix. inter diem 8.Martij.ꝛ 5.Aprilis inclusiue positam esse e regione diei 1.Aprilis, a quo inclusiue si deorsum versus numero 14. dies, inuenio xiiij. Lunam die 14.Aprilis,quę est Dominica,cum e regione illius sit litera Dominicalis f. Ne igitur cum Judęis conueniamus, qui ℙascha celebrant die xiiij. Lunę,sumenda est litera Dominicalis f,quę sequitur xiiij. Lunam, nempe ea,quę e regione diei 21.Aprilis collocatur:atque adeo ℙascha eo anno celebrandum erit die 21.Aprilis. Item anno 1592. Epacta est xvj.ꝛ duplex litera Dominicalis e,d, cum annus ille sit Bissextilis. Si igitur ab Epacta xvj.quę e regione diei 15 Martij ponitur inter diem 8.Martij.ꝛ 5.Aprilis inclusiue numerentur inclusiue dies 14.cadet xiiij. Luna in diem 28. Martij. Et quia tunc currit posterior litera Dominicalis, nempe d, quę post diem 28.Martij,id est,post xiiij.Lunam collocata est e regione diei 29.Martij,celebrabitur eo anno ℙascha die 29.Martij.

Inuento autem die ℙaschę, facile alia festa mobilia inuenientur. Si enim

enim ante diem Paschę numerentur sex Dominicę in Kalendario, babebitur prima Dominica Quadragesimę, & proxime precedens feria quarta erit prima dies Quadragesimę, hoc est dies Cinerum, quam proxime precedit Dominica Quinquagesimę, & ante hāc celebrabitur Dominica Sexagesimę, quam Dominica Septuagesimę precedit. Si vero post Dominicam Paschę in Kalendario numerentur quinque Dominicę, sequentur quintam Dominicam statim Rogationes, & proxime sequens feria quinta erit Ascensio Domini: Septima autem Dominica post pascha erit dies Pentecostes, cui statim succedit Dominica Trinitatis, & feria quinta proxima celebrabitur festū Corporis Domini. Hac ratione anno 1592. cum Pascha celebretur die 29. Martij, celebrabitur prima Dñica Quadragesimę die 16. Februarij, currente tunc litera Dominicali e: Dies autē Cinerū erit 12. Februarij, & Dominica Septuagesimę cadet in diem 26. Januarij: Rogationes autē erūt die 4. Maij, & Ascēsio Dñi die septima Maij: Dñica vero Pētecostes die 17. Maij: & Festū Trinitatis die 24. Maij: Festum deniq; Corporis Dñi die 28. Maij celebrabitur. Numerus vero Dñicarum inter Pentecosten, & Aduentum hac ratione inuenitur. Supputentur ante Natiuitatem Domini quatuor Dominicę. Quarta enim Dominica ante Domini Natiuitatem est prima Dominica Aduentus. Quapropter si numerētur omnes Dominicę post Pentecosten vsque ad primā Dominicam Aduentus Domini exclusiue, habebitur numerus Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini: quem tamen numerum breuius docebimus inuestigare paulo infra.

Ceterum vt facilius omnia festa mobilia inueniantur, compositę sunt duę sequentes tabulę Paschales, vna antiqua, & noua altera. Ex antiqua ita festa mobilia reperientur. In latere sinistro tabulę accipiatur Epacta currens, & in linea literarum Dominicalium sumatur litera Dominicalis currens, infra tamen Epactam currentē, ita vt si litera Dominicalis currens reperiatur e regione Epactę currentis, assumenda sit eadem litera Dominicalis proxime inferior. Nam e regione huius literę Dominicalis omnia festa mobilia continentur. Vt in eisdem exemplis: Anno 1583. Epacta est vij. & litera Dominicalis b, Si igitur in tabula antiqua sumatur litera Dñicalis b, quę primo infra Epactam vij. occurrit, reperietur a regione huius literę Dominica Septuagesimę die 6, Februarij: Dies Cinerum 23. Februarij: dies Paschę 10. Aprilis: Ascensio Domini 19. Maij: Dies pentecostes 29. Maij: & festum Corporis Domini 9. Junij. Dominicę autem inter Pentecosten, & Aduentum tunc erant 25. & Aduentus celebrabitur die 27. Nouembris, & sic de ceteris. Item anno 1585. Epacta est xxix. & litera Dominicalis f, quę in tabula reperitur e regione Epactę xxix. Quare sumenda est alia litera f, quę proxime infra Epactam inuenitur, e regione cuius inuenies Septuagesimam die 17. Februarij, diem Cinerum 6. Martij, & Paschа die 21. Aprilis, &c.

No-

Notandum autem est, quod quemadmodum in anno communi, cadente litera Dominicali e regione Epactę in tabula antiqua, sumitur eadem litera proxima infra Epactam, vt diximus: ita quoque in anno Bissextili, si alterutra duarum literarum Dominicalium tunc currentium e regione Epactę reperiatur, assumendę sunt alię duę similes literę proxime inferiores, vt festa mobilia inueniantur.

Ex tabula vero Paschali noua ita eadem festa mobilia reperientur. In cellula literę Dominicalis currentis quęratur Epacta currens. Nam e directo omnia festa mobilia deprehendentur. Vt anno 1585. in cellula literę Dominicalis f, tunc currentis e regione Epactę xxix. quę eodem anno currit, habebitur Septuagesima die 17. Februarij, dies Cinerum 6. Martij, & Paschę die 21. Aprilis, &c.

Sed siue antiqua, siue noua tabula Paschali vtamur, inuenienda sunt omnia festa mobilia in annis Bissextilibus per literam Dominicalem posteriorem, quę nimirum currit post festum sancti Matthię Apostoli, ne scilicet ambigamus, vtra duarum literarum pro hoc, aut illo festo indagando accipienda sit: ita tamen, vt Septuagesimę, & diei Cinerum inuentę in Januario, aut Februario addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem sancti Matthię currit prior litera Dominicalis, quę in Kalendario priorem semper sequitur: Post festum autem sancti Matthię in Februario, licet posterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarij dicatur 25, & dies 25. dicatur 26. &c. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc & litera posterior currit, & dies mēsis proprijs numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus. Exempli gratia. Anno 2096. Bissextili Epacta erit v. & litera Dominicales A, & g, Si igitur per posteriorem literam, quę est g, festa mobilia, inuestigētur, reperietur Septuagesima die 11. Februarij, & dies Cinerū 28. Februarij. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuagesima in diē 12. Februarij, q̄ est Dñica, & dies Cinerū in diem 29. Februarij, quę est feria quarta. Pascha autē, & reliqua festa in eos dies cadent, qui in tabula expressi sunt. Item Anno 4088. Bissextili Epacta erit xxiij. & literę Dñicales d, c, Si igitur per literam c, quę posterior est, inquirantur festa mobilia, inuenietur Septuagesima die 21. Februarij, quę est Dominica, Dies autem Cinerū cadet in diem 10. Martij: quoniam nihil additur, &c.

Aduentus Domini celebratur semper die Dominico, qui propinquior est festo sancti Andreę Apostoli, nempe a die 27. Nouembris inclusiue vsque ad diem 3. Decembris, inclusiue, ita vt litera Dominicalis currens, quę reperitur in Calendario a die 27. Nouēbris inclusiue vsque ad diem 3. Decembris inclusiue, indicet Dominicam Aduentus. Vt verbi gratia, si litera Dominicalis est g, Dominica Aduentus cadet in diem secundum Decembris: quia ibi est litera g, in Calendario, &c.

Numerus quoque Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini

mini ita breuissime inuestigabitur. Vide quot Dñicę sint post Paschā vsq; ad festum sancti Georgij inclusiue, quod cadit in diem 25. Aprilis. Nam tot Dominicę addendę sunt ad 24. vt habeatur numerus Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini. At quoniam, quando Paschā celebratur die 26. Martij, sequuntur quatuor Dominicę vsque ad festum sancti Georgij inclusiue, quod etiam tunc cadit in diem Dominicum, erunt 28. Dominicę inter Pentecosten, & Aduentum Domini. Item quia quando Paschā cadit in diem 3. Aprilis, sequuntur duę Dominicę vsque ad festum sancti Georgij inclusiue, erunt 26. Dominicę inter Pentecosten, & Aduentum Domini. Quod si nulla Dominica sequatur diem Paschę vsque ad dictum festum inclusiue, vel ipse dies Paschę cadat in illud festum, erunt 24. Dominicę: si denique Paschā celebretur post idem festum, erunt tantum 23. Dominicę inter Pentecosten, & Aduentum Domini.

Ex his omnibus facile intelligi potest, qua ratione vtraque tabula Paschalis compositā sit.

Tabula

Cyclus Epactarum	Literæ Dominical.	Dñica Septuagesi.	Dies Cinerum.	Dies Paschę.	Dies Ascension.	Dies Pentecost.	Corpus Chri.	Dñicæ post pētecost.	Prima Dñica Aduēt.
		Jan.	Feb.	Mar.	Apal.	Maij	Maij		
xxiij									
xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	29. no.
xxj	e	19	5	23	1. maij	11	22	28	30
xx	f	20	6	24	2	12	23	28	1. De.
xix	g	21	7	25	3	13	24	28	2
xviij	A	22	8	26	4	14	25	28	3
xvij	b	23	9	27	5	15	26	27	27. no.
xvj	c	24	10	28	6	16	27	27	28
xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
xiiij	e	26	12	30	8	18	29	27	30
xiij	f	27	13	31	9	19	30	27	1. De.
xij	g	28	14	1. Apr.	10	20	31	27	2
xj	A	29	15	2	11	21	1. Ju.	27	3
x	b	30	16	3	12	22	2	26	27. no.
ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
viij	d	1. Feb	18	5	14	24	4	26	29
vij	e	2	19	6	15	25	5	26	30
vj	f	3	20	7	16	26	6	26	1. De.
v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
iiij	A	5	22	9	18	28	8	26	3
iij	b	6	23	10	19	29	9	25	27. no.
ij	c	7	24	11	20	30	10	25	28
j	d	8	25	12	21	31	11	25	29
*	e	9	26	13	22	1. Ju.	12	25	30
xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	1. De.
xxviij	g	11	28	15	24	3	14	25	2
xxvij	A	12	1. mar.	16	25	4	15	25	3
xxvj	b	13	2	17	26	5	16	24	27. no.
xxv xxiiij	c	14	3	18	27	6	17	24	28.
	d	15	4	19	28	7	18	24	29
	e	16	5	20	29	8	19	24	30
	f	17	6	21	30	9	20	24	1. De.
	g	18	7	22	31	10	21	24	2
	A	19	8	23	1. Ju.	11	22	24	3
	b	20	9	24	2	12	23	23	27. no.
	c	21	10	25	3	13	24	23	28

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA FESTORVM MOBILIVM.

Litere dominj.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio.	Pentecostes.	Corp° Christi.	dñicę inter pẽ. Adu.	1. Dñica Aduentus.
D	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.* 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24	18 Ia. 25 Ia. 1 Fe. 8 Fe. 15 Fe.	4 Fe. 11 Fe. 18 Fe. 25 Fe. 4 mar.	12 ma. 29 ma. 5 Ap. 12 ap. 19 ap.	30 Ap. 7 ma. 14 ma. 21 ma. 28 ma.	10 ma 17 ma. 24 ma 31 ma. 7 iun	21 ma. 28 ma 4 iun. 11 iun. 18 iun.	28 27 26 25 24	19 No 19 19 19 29
E	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1 *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24	19 Ia. 26 Ia. 2 Fe. 9 Fe 16 Fe	5 Fe. 12 fe. 19 fe. 6 fe. 5 ma.	23 ma. 30 ma. 6 ap. 13 ap. 20 ap.	1 ma 8 ma. 15 ma. 22 ma. 29 ma.	11 ma 18 ma 25 ma 1 iun 8 iun	12 ma. 19 ma. 5 iun. 12 iun 19 iun	28 27 26 25 24	30 30 30 30 30
F	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24	20 Ia 27 Ia. 3 Fe 10 Fe. 17 Fe.	6 fe 13 fe. 20 fe 27 fe 6 ma	24 ma. 31 ma. 7 ap. 14 ap 21 ap.	2 ma 9 ma. 16 ma. 23 ma. 30 ma.	11 ma 19 ma. 26 ma. 2 iun 9 iun.	13 ma. 30 ma. 6 iun. 13 iun. 20 iun.	28 27 26 25 24	1. De 1 1 1 1
G	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6 5. 4. 3. 2. 1. *. 29 28. 27. 26. 25. 25. 24	21 Ia. 28 Ia. 4 Fe 11 Fe 18 Fe	7 fe. 14 fe. 21 fe. 28 fe. 7 ma.	25 ma. 1 ap. 8 ap. 15 ap. 22 ap.	3 ma. 10 ma. 17 ma. 24 ma. 31 ma.	13 ma 20 ma 27 ma 3 iun 10 iun	24 ma. 31 ma. 7 iun. 14 iun. 21 iun.	28 27 26 25 24	2. De 2 2 2 2
A	23. 22. 21. 20. 19 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5 4. 3. 2. 1. *. 29. 28 27. 26. 25. 25. 24.	22 Ia. 29 Ia. 5 Fe 12 Fe. 19 Fe.	8 fe. 15 fe. 22 fe. 1 ma 8 ma	16 ma. 2 ap. 9 ap. 16 ap. 23 ap.	4 ma 11 ma. 18 ma. 25 ma. 1 iun.	14 ma 21 ma 28 ma 4 iun 11 iun	15 ma. 1 iun. 8 iun. 15 iun. 22 iun.	28 27 26 25 24	3. De. 3 3 3 3
B	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 5. 4 3. 2. 1. * 29. 28. 27 26. 25. 25. 24	23 Ia. 30 Ia. 6 Fe. 13 Fe 20 Fe.	9 fe. 16 fe. 23 fe 2 ma 9 ma	27 ma 3 ap. 10 ap. 17 ap. 24 ap.	5 ma. 12 ma. 19 ma. 26 ma. 2 iun.	15 ma 22 ma 29 ma 5 iun. 12 iun.	16 ma. 2 iun. 9 iun. 16 iun. 23 iun.	27 26 25 24 23	27 N 27 27 27 27
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 7. 26. 25. 25. 24.	24 ian 31 Ia. 7 Fe. 14 Fe 21 Fe.	10 fe. 17 fe. 24 fe. 3 ma. 10 ma.	28 ma. 4 ap. 11 ap. 18 ap. 25 ap.	6 ma 13 ma. 20 ma. 27 ma. 3 iun	16 ma. 23 ma. 30 ma. 6 iun. 13 iun	27 ma. 3 iun. 10 iun. 17 iun. 24 iun.	27 26 25 24 23	28 N 28 28 28 28

Tabella Temporaria Festorum Mobilium. 256

Anni Domini.	Lfę Dominicales.	Aureus numerus.	Epacta.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio.	Pentecostes.	Corp° Christi.	dñicę inter pẽce. Adu.	1. Dominica Aduentus.
1588	c b	12	ij	14 Fe.	2 ma.	17 Ap.	26 mai	5 iu.	16 iu.	24	27 No.
1589	A	13	xiij	29 Ia.	15 Fe.	2 Ap.	11 ma.	21 ma.	1 iun.	27	3 De.
1590	g	14	xxiiij	18 Fe.	7 ma.	22 Ap.	31 ma.	10 iu.	21 iu.	24	2 De.
1591	f	15	v	10 Fe.	27 Fe.	14 Ap.	23 ma.	2 iu.	13 iun.	25	1 De.
1592	e d	16	xvj	26 Ia.	12 Fe.	29 mar	7 ma.	17 ma.	28 ma.	27	29 No.
1593	c	17	xxvij	14 Fe.	3 ma.	18 Ap.	27 ma.	6 iu.	17 iu.	24	28 No.
1594	b	18	vlij	6 Fe.	23 Fe.	10 Ap.	19 ma.	29 ma.	9 iu.	25	27 No.
1595	A	19	xix	22 Ia.	8 Fe.	26 ma.	4 ma.	14 ma.	25 ma.	28	3 De.
1596	g f	1	j	11 Fe.	28 Fe.	14 Ap.	23 ma.	2 iu.	13 Iu.	25	1 De.
1597	e	2	xij	2 Fe.	19 Fe.	6 Ap.	15 ma	25 ma.	5 ma.	26	30 No
1598	d	3	xxiij	18 Ia.	4 Fe.	22 ma.	30 Ap.	10 ma.	21 ma.	28	29 No.
1599	c	4	iiij	7 Fe.	24 Fe.	11 Ap.	20 ma.	30 ma.	10 iu.	25	28 No.
1600	b A	5	xv	30 Ia	16 fe.	2 Ap.	11 ma.	21 ma.	1 iu.	27	3 De.
1601	g	6	xxvi	18 Fe.	7 ma.	22 Ap.	31 ma.	10 iun.	21 iun.	24	2 De.
1602	f	7	vii	3 Fe.	20 Fe.	7 Ap.	16 ma	26 ma.	6 iu.	26	1 De.
1603	e	8	xviii	26 Ia.	12 Fe.	30 ma.	8 ma.	18 ma.	29 ma.	27	30 No.
1604	d c	9	xxix	15 Fe.	3 ma.	18 ap.	27 ma.	6 iu.	17 iu.	24	28 No.
1605	b	10	x	6 Fe.	23 Fe.	10 Ap.	19 ma.	29 ma.	9 iu.	25	27 No.
1606	A	11	xxi	22 Ia.	8 Fe.	26 ma.	4 ma.	14 ma.	25 ma.	28	3 De.
1607	g	12	ii	11 Fe.	28 Fe.	15 Ap.	24 ma.	3 iu.	14 iu.	25	2 De.
1608	f	13	xiii	3 Fe.	20 Fe.	6 Ap.	15 ma.	25 ma.	5 iun.	26	30 No.
1609	e d	14	xxiiii	15 Fe.	4 ma.	19 Ap.	28 ma.	7 iun.	18 iu.	24	29 No.
1610	c	15	v	7 Fe.	24 Fe.	11 Ap.	20 ma.	30 ma.	10 iu.	25	28 No.
1611	b	16	xvi	30 Ia.	16 Fe.	3 Ap.	12 ma.	22 ma.	2 iu.	26	27 No.
1612	A g	17	xxvii	19 Fe.	7 ma.	22 Ap.	31 ma.	10 iu.	21 iu.	24	2 De.
1613	f	18	viii	3 Fe.	20 Fe.	7 Ap.	16 ma-	26 ma.	6 iu.	26	1 De.
1614	e	19	xix	26 Ia.	12 Fe.	30 ma	8 ma-	18 ma.	29 ma.	27	0 No.
1615	d	1	i	15 Fe.	4 ma.	19 ap.	28 ma.	7 iu.	18 iu.	24	29 No.
1616	c b	2	xii	31 Ia.	17 Fe.	3 Ap.	12 ma.	22 ma.	2 iu.	26	27 No.
1617	A	3	xxiii	22 Ia.	8 Fe.	26 ma.	4 ma.	14 ma.	25 ma.	28	3 De.
1618	g	4	iiii	11 Fe.	28 fe.	15 ap.	24 ma.	3 iun.	14 iu.	25	2 De
1619	f	5	xv	29 Ia.	13 fe.	31 ma.	9 ma.	19 ma.	30 ma.	27	1 De.
1620	e d	6	xxvi	6 Fe.	4 ma-	19 ap.	28 ma.	7 iun.	18 iun.	24	29 No.
1621	c	7	vii	7 Ia.	24 Fe.	11 ap.	20 ma.	30 ma.	15 iun.	25	28 No.
1622	b	8	xviii	23 Ia.	9 Fe.	27 ma.	5 ma.	15 ma.	26 ma.	27	27 No.
1623	A	9	xxix	12 Fe.	1 ma.	16 Ap.	25 ma-	4 Iu.	15 Ju.	25	3 De.
1624	d t	10	x	4 Fe.	21 Fe.	7 Ap.	16 ma-	26 ma.	6 Iu-	26	1 De.
1625	c	11	xxi	26 Ia.	12 Fe.	30 ma.	8 ma.	18 ma.	29 ma.	27	30 No.
1626	g	12	ii	1 Fe.	18 Fe.	5 Ap.	14 ma.	24 ma.	4 Iu.	26	29 No.
1627	c	13	xiii	31 Ia.	17 Fe.	4 Ap.	13 ma.	23 ma.	3 Iu.	26	28 No.

Quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando inchoatur Aduentus Domini.

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo S. Andreę, vel ipsa die Sancti Andreę, si in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.

Quatuor tempora celebrantur quarta ꝛ sexta feria, ac Sabbatho post tertiam Dominicam Aduentus. Post primam dominicam Quadragesimę. Post Pentecosten. Post festum Exaltationis Sanctę Crucis.

Nuptię iuxta decretum Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus, vsque in diem Epiphanię, ꝛ a Feria quarta Cinerum vsque ad octauam Paschatis inclusiue, Sancta Synodus solennitates nuptiarum probibet. In alijs vero temporibus solenniter celebrari permittit.

¶ De Cyclis. Cap. II.

QUia in plerisq; huius partis locis de cyclo mentio facta est, ideo de cyclo aliqua dicamus. Notandum est ergo ꝙ Cyclus est spatiuz aliquoruz annoruz in se rediens ꝺm aliquos numeros: ꝛ dicitur quasi circulus per duplicē syncopā. Est.n. cyclus vocatus, eo ꝙ in orbē digestus sit: ꝛ quasi in circulum depositū ordinem complectatur annorū, sine varietate ꝛ fine arte: sunt autē sex cycli. Primus solaris incipiens in 6. calen. martij, in festo S. Matthię constans ex 28. annis, continens concurrentes, ꝛ regulares solares ꝛ dñicales, ꝛ annos bissextiles, ꝛ cōes. Secūdus cyclus est decennouennalis constans ex 19. annis, ꝛ incipit a ianuario, continens in se aureū numerū, ꝛ claues terminorū. Tertius est cyclus lunaris, incipiens similiter a ianuario babens 19. annos. incipit autē quarto anno cycli decemnouennalis: hunc inuenerunt Romani, vt scirent qua hora luna a sole accenderetur: sed quia processu tēporis hęc inuentio falsificata est, nihil operamur ꝺm hūc cyclū. Quartus est epactalis incipiēs. 5. calen. septembris, babens similiter annos 19. cōtinens in se regulares lunares, ꝛ epactas, ꝛ annos communes, ꝛ emboliśmales. Quintus est cyclus magnus constans ex quingentis 32. annis: vel ꝺm alios qngentis triginta annis: ꝺm quē formatur tabula Dyonysii. Sextus est cyclus indictionalis, constans ex 15. annis, ꝛ continens indictionales. Romani enim, quia difficile erat de remotis mundi partibus venire singulis annis Romā ad soluenda tributa per eos prouincijs indicta, statuerunt quod saltem singulis quinquēnijs soluerentur: ita ꝙ primo quinquennio apportarent pro tributo ferrū pro fabricandis armis: In secundo quinquennio argentū pro stipendijs militibus erogandis: In tertio aurū pro simulacris fabricandis: ꝛ sic semper post aurum quod in anno quintodecimo ferebatur, incipiebat quinquennium quo ferrum iterum soluebatur: ꝛ sic erat quasi quidam circulus temporis: quia ergo Romani sic fieri indixerunt, ideo illi anni indictio nuncupati sunt: de quo dictum est supra. Prętermissum autem spatiuz quinqz annorū vocatum est lustrum: quia venientibus nuncijs prouinciarū cum tributo, cum cereis, ꝛ cum alijs preciosis sumptibus vrbem lustrabant.

TRACTATVS QVARTVS TERTIÆ PARtis Sacerdotalis.

¶ Compendium Musicę.

¶ De Instrumento manus, notis, ꝛ vocibus in eis descriptis. Cap. I.



QUisquis ad canēdi scientiaz erudiendus accedis, dispositionē, vim, ꝛ ordinē literarū (per quaz omnis cantus habet discretionez) cordi memoriter imprimaz: videlicet, quod ponuntur ꝛ sunt in ordine manus, seu palmę viginti literę: q̄ diuiduntur in subgrauibus, ꝛ grauibus, acutis ꝛ superacutis. At vero ipsę literę in ordine manus non sunt nisi septem, voce ꝛ forma differentes scilicet, A. B. C. D. E. F. G. subgrauis vna est duntaxat litera greca omnium prima in principio pollicis manus sinistrę a latinis. Philosophis addita: quam quidam eorum vocabulo, Gamma dicunt: Nos vero latini vt appellamus, in qua nostrę musicę omnis sumit ordo principium: ꝛ ipsius Gamma nostra manus ornata initio a Grecis pfitetur exordiū sumpsisse. Graues literę sūt septē. s. A. B. C. D. E. F. G. Et graues dicūtur: quia in inferiori loco primitus sunt formatę: hoc est in voce pectoris. Nōtaq; principiū ī prima iūctura pollicis: ꝛ finē in secunda iūctura auricularis. Acutę sīlr sūt septē. s. A. B. C. D. E. F. G. quę nō sunt a primis grauibus noīe differētes: sed forma dūtaxat. Ideoq; acutę dīr: eo ꝙ acutū reddāt sonū respectu grauiū ꝑdictarū. Formant. n. in superiori loco. i. in voce gutturis. Et bñt principiū in tertia iūctura auricularis: finē vero in scōa iūctura indicis. Superacutę sunt quinque, scilicet. AA. BB. CC. DD. EE. ꝛ ideo supacutę dīr: eo qō super prędictas acutas acutiorē reddant sonū. Et ratio est quia formant in superiori loco. s. in voce capitis, ꝛ babent principiū in secūda iunctura medij, finez vero in tertia iunctura eiusdem a tergo, vt omni depictam banc manum intuenti patet.

DE LITERIS MVSICA-
libus & clauibus. Cap. 2.

VT autē ordo literarum naturaliter positarū ibi breuiter pateat: ⁊ quę i spatio, ąue literę sint in linea cognoscas: inferius perpende dispositas. Gamma in linea. A in spatio. B in linea. C in spatio. D in linea. E in spatio. F in linea. G in spatio. A i linea. B i spatio. C i linea. D in spatio. E in linea. F i spatio. G in linea. AA in spatio. BB in linea. CC in spatio. DD in linea. EE in spatio. Vide quia literę, quę in grauibus in linea notantur: in acutis in spatio demonstrantur: ⁊ quę in acutis i spatio sunt notatę: in superacutis in linea sunt scriptę, prout in hac figura patet.


EE
DD
CC
B
A
G
F
E
D
C
B
A
G
F
E
D
C
B
A
G
F
E
D
C

notare debemus,q; mutatio fieri debet,i duobus casibus,scilicet, quãdo cantus transgreditur vocem la vnius proprietatis per duas voces,seu notas: ꝛ quandoque per vnam tantum. Et quando sub voce,seu nota vt, per vnam tantum descendit. ¶Primo modo mutatur Sol: vel La, in Re, ꝛ vocatur Mutatio ascendens. Secundo modo mutatur Re,vel Ut in La,ꝛ vocatur Mutatio descendens. Exemplum primi.

Exem plum se cun di.

¶ Animaduertendum tñ est,q; mutatio ascendens fit semp in Re: mutatio descendens fit temper in La:ꝛ hoc quando cantus per gradus procedit: secus autem si per gradus non progrederetur, quia tunc mutatio affectu non fit,sed intelligitur facienda,prout in exemplo sequenti videri potest.



¶ Item nota,q; non debet fieri mutatio,nisi necessitate cogente. Unde duplex est necessitas. ¶Prima est, quando proprietas vna non sufficit ad ascensum, vel descensum cantus: ꝛ tunc oportet mutationem fieri proprietatis ipsius in aliam cantui magis deseruientẽ. Et quandiu per vnam proprietatem potest cantari: non debet fieri alterius proprietatis mutatio,sed vitari. Secunda necessitas est, quod licet vna proprietas per ascensum vel descensum cantui deseruiet,tamen de necessitate mutatur in alias ad cantum magis harmoniacum faciendum: vt sepe fit de b molle in b duro,ꝛ e conuerso, tunc taliter non debet vitari mutatio.

¶ De

De coniunctionibus vocum quę sint. Cap. 4.

COniunctio in musica est dispositio siue ordinatio sonorum,siue vocum adinuicem in syllabis ꝛ dictionibus. ¶ Tonus igit̃, semitoniũ,ditonus ꝛ semiditonus ꝯiunctiones vocantur, que consonantiarum membra proprie nuncupantur. Unde ¶fid. Toni,semitonia,ditoni,ꝛ semiditoni, sunt particulę consonantiarum:q; quas voces vocibus,ꝛ cantibus cantus iũgunt. ¶ Tonus a tono nõ differt i aliquo:nec semitoniũ a semitonio:similiter aũt ditonus a ditono non vllo modo discrepat,nec semiditonus a semiditono. Licet enim tonus, semitonium,ditonus,semiditonus pluries in manu reperiantur,idem tamen semper sunt quod superius esse diffiniuntur. ¶ Quisquis igitur bene, naturaliter ꝛ perfecte cantare desideras,habeas coniunctiones per manus articulos determinatas. ¶Insuper si menti memoriter insertas cum adiunctis cõsonantijs tenueris,peritus cantor,si adsit possibilitas vocis, facile esse poteris:quoniam quod ore decantas tentabis auditu,ꝛ corde intelligere prꝫuabis. Sed iam primo videamus quid sit tonus.

De tono. Cap. 5.

TOnus,qui omnium prima ꝛ integra dicitur esse coniunctio, est duorum sonorum inęqualium per spatium integrum immediate iunctorum acceptio. ¶ Dicitur autem tonus a tonando.i.perfecte ꝛ integre pronunciando:quia vtrumque sonum plene ꝛ integre pronunciare debemus.ꝛ est tonus inter ¶B.ꝛ A.ꝛ e conuerso:ꝛ ab A.ꝛ ¶D.ꝛ conuerso:ꝛ inter C.ꝛ D.ꝛ econuerso:ꝛ a D.ad E.ꝛ e conuerso:ꝛ ab ¶F.ꝛ ¶G,ꝛ econuerso,in graubus,acutis, ꝛ superacutis:vt hic patet exemplo.

De semitonio. Cap. 6.

SEmitonium est duorum sonorum inęqualium per spatium imperfectum,ꝛ non integrum mediate iunctorum acceptio. Et dicitur semitonium a semi, quod est imperfectum vel incompletum,vel non integrum,ꝛ tonus,quasi imperfectus ꝛ non integer tonus. Et ideo sicut tonus perfecte,complete, ꝛ integre pronunciatur,ita semitonium,quod duarum partium toni pars est, imperfecte,incomplete,ꝛ non integre pronunciari debet:quod manifeste intelligenti in prolatione,ꝛ in monachordo patet. Et est semitonium inter b quadratũ, ꝛ C,ꝛ econuerso E.ꝛ F.ꝛ econuerso A ꝛ b rotundum,ꝛ econuerso in graubus acutis,ꝛ superacutis,vt hic patet exemplo.

De Ditono. Cap. 7.

Ditonus est duoꝝ sonoꝝ seu vocū p duo spatia plena, integra atq; pfecta iūctoꝝ acceptio. Dēt ergo ditonus duoꝝ tonos, voces tres, & interualla duo: & quia ex tonis cōpositio dēt esse perfecta, plena & integra est eius pnunciatio. Di aūt ditonus a dia, qō est duo, & tonus: qa ex duobus iungitur tonis, vt hic sequit.

De semiditono. Cap. 8.

Semiditonus est triū vocū seu sonoꝝ p spatiū vnū plenū, integrū atq; pfectū, & aliud nō integrū atq; impfectū iūctoꝝ acceptio. Et di semiditonus a semi, qō est nō plenū, & nō pfectū: & ditonus quasi imperfect⁹ ton⁹ cū pfecto & cōpleto tono. Perfectā qppe hic nō pōt semiditonus, pnūciationē sicut ditonus: qa ex minoris semitonij deditione ad pfecta spatia nō attingit, idcirco toni pfectā, & semiditoni imperfectā habet platione, vt hic sequitur.

De Diatessaron. Prima consonantia. Cap. 9.

Diatessaron ꝛsonātia fit ex quatuoꝝ sonis cōstituētibus duos tonos, & vnū semitonij minus. Dicta est.n.a dia q⁹ est p, & tessaron quatuoꝝ, quasi ex quatuoꝝ vocibus facta: Igit, qm̄ diatessarō ꝛsonātia quatuoꝝ retinet voces, tres tm̄ necesse est habeat differētes spēs. Dis nāqꝫ ꝛsonātia vnā semp minus hēt speciem, q̄ꝫ fuerint eius voces. Prima nāqꝫ eiꝰ spēs formaī ex tono, semitonio, & tono i eleuatione. Incipit.n.i A re. prima chorda grecoꝝ & pcedit ad quartā lr̄az. s. D, bis syllabis Re.mi.fa.sol. & vbicūqꝫ reperiunt siles voces, semp fit prima diatessarō spēs. Scōa spēs diatessarō eleuaī semitonio & duobus tonis incipiendo in E. mi. hisqꝫ quatuoꝝ syllabis procedit Di fa.sol.la. & vbicunqꝫ similis vocum cōmistio reperit, semp fit scōa spēs diatessaron. Tertia vero spēs diatessaron eleuatur duobus tonis, & semitonio in formatione, incipiturque in C fa vt. & procedit per has voces. Ut.re.mi.fa. ac vbicunqꝫ reperitur similis vocum aggregatio semper fit tertia diatessaron species: vt hic patet inferius.

De

De Tribus speciebus diatessaron. Cap. 10.

De Diapente. Secunda consonantia. Cap. 11.

Diapente est ꝛsonātia qnqꝫ sonos, tres tonos, vnūqꝫ semitonij cōtinēs. Dicta est.n.a dia, q⁹ est p, & pēte qnqꝫ, quasi cōsonātia ex qnqꝫ vocibus mista. Fit eqdē diapēte ex diatessarō tono supaddito, q̄ cū qnqꝫ tm̄ habeat voces, quatuoꝝ necesse est retineat species. Prima nāqꝫ diapēte spēs format ex prima specie diatessarō ex tono i acuto repēte supaddito, pcedens bis syllabis re.mi.fa.sol.la. intensiue, & vbicūqꝫ fuerit similiū ꝛiunctio vocū, semp fit prima species diapēte. Scōa spēs diapēte format ex secūda specie diatessaron, vt supra: pcedit nanque per has syllabas mi. fa.sol.re. mi. Tertia diapēte species formatur ex tritono & semitonio. bisque procedit syllabis fa.sol.re.mi.fa. & vbicunqꝫ fuerit similiū connexio vocū, semper fit tertia species diapente. Quarta vero species diapente formatur ex tertia specie diatessaron: & tono in acutiori parte superaddito, procedens bis syllabis vt.re.mi.fa.sol. & vbicunqꝫ fuerit similium sonorum commistio, fit semper quarta species diapente, vt hoc monstratur exemplo.

De Quatuoꝝ speciebus Diapente. Cap. 12.

De consonantia diapason. Cap. 13.

Diapason consonantia fit ex octo sonis constituentibus quinque tonos & duo semitonia. Dicitur enim a dia, quod est, per, & pason omne: quasi consonantia consistens ex omnibus sonis. Omnes quidem soni sunt septem in tota musicę disciplina: quibus cuꝫ primo replicato hęc perfecta diapason symphonia perficitur. Septē sunt differentes diapasō species: quaꝝ prima fit ab A. graui ad A. acutū. Scōa a. B. graui ad B. acutum. Tertia a C. graui ad

Universidad de Deusto Biblioteca

L. acutum. Quarta a D. graui ad D. acutum. Quinta ab L. graui ad E. acutũ. Sexta ab F. graui ad F. acutum, Septimum a G. graui ad G. acutus.

De tropi seu toni descriptione. Cap. 14.

TRopus siue tonus, modus est quã pluriũ vocũ, ex diapente ac diatessaron ordinatione speciei debite coniunctarum, in acumine ꝛ grauitate distantiũ, per ascensum ꝛ descensum congrua pneumatũ forma cõstitutarũ cõueniens cõstitutio. ¶ Et ideo greci (a quibus hec musica primitus est exorta) quatuor tropos scilicet, protum, deuterum, tritum, ꝛ tetartum sub quatuor vocum cognitione scilicet, re. mi fa. sol. ac d. e f. g primarum literarum finalium terminatione statuere notandos: vt ex huiusmodi finalium literarum, atque vocum effectus notitia in ipsorum troporum perfectionis ꝛ nature notitia venire/mus. Protus namque tropus, qui primus est in voce, re, ꝛ d, prima sibi coniuncta litera cum suo subiugali finitur. Deuterus, qui secundus est tropus in, mi, voce, ꝛ e prima litera cum suo subiugali finalem sedem acquirit. Tritus vero, qui tertius tropus est eiusque subiugalis in voce, fa. atque f. prima est terminatus. Sed tetartus tropus quartus in voce sol. g que prima cum suo subiugali est conflatus. Hæ quidem voces ꝛ litere graues sunt: in eis troporum termini statuuntur, vt auctenticorum perfectionibus atque plagalium eorumque formationi satisfiat. Sunt ergo octo tropi siue toni numero differentes: quorum quilibet suam formam, ordinem, atque modum habent, vt patebit exemplo.

¶ Quomodo prædicti tropi, modi, seu toni ex supra nominatis speciebus scilicet, diatessaron, diapente, ac diapason constituantur ac formentur. Cap. 15.

PRotus tropus siue tonus, qui in ordine primus est, suam formã ꝛ esse a diapente ꝛ diatessaron recipit: quoniam ex ipsorum primis speciebus formatur, scilicet, re. la. prima diapente specie: ꝛ ex re. sol. prima diatessaron ipsi primę diapẽte superaddita speciei. Producunt n. diapason hę coniunctę species, quę sunt re la. ꝛ re sol. i D. primo termino inferiori fundatę, ꝛ in D. secũdo termino superiori terminatę. Forma igitur huius primi tropi, seu toni auctentici constat ex prima diapente specie re. la. ꝛ ex prima diatessaron superius adiuncta re sol. cuius formę demonstratio inferius patebit.

¶ Forma subiugalis proti, tropi, sine toni est in D. primo cum suo re. prima diapente species inchoata, s. re. la. ꝛ ab eiusdem prima diatessaron deorsum tendens species ordinata, s. sol. re. qui forma a sui auctentici specie auctenti ce non deficit: quanquam in diatessaron positione ab auctentici forma distet, vtriusque tamen finis idem est. ¶ Forma igitur plagalis huius est ex diapente specie prima re. la. ꝛ ex diatessaron etiam prima diapente ipsi coniuncta inferius sol. re. vt inferius patet exemplo.

¶ De

¶ De duplici demonstratione proti perfecti, ꝛ plagali proti perfecti. Cap. 16.

¶ Diapason ex diapente ꝛ a diatessaron connexa superius.

¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron connexa inferius.

DEuterus tropus, seu tonus, qui auctenticorũ secundus, sed in troporum ordine tertius est, ex diapente, ac diatessaron recipit formã suaꝫ ꝛ esse. Ex secunda n. diapente specie in E. primo ꝛ voce sua mi, inchoante, ꝛ in secundo b. ꝛ sua voce mi terminante: ac etiã ex secũda diatessaron specie in eodẽ b. cũ voce sua mi. initium habente: ꝛ ad E secundum, ꝛ suam vocem la. terminante formatur.

¶ Præsentis igitur tropi seu toni formatio ex mi. mi. specie diapente secunda: ꝛ ex mi. la etiaꝫ diatessaron secunda ipsi diapente superaddita speciei cõficitur: ex quibus hic tropus redditur omnino perfectus, vt inferius patebit.

¶ Forma subiugalis deuteri ab ipsius deuteri forma, nisi in diatessaron positione non distat: quoniam ex diapente ꝛ diatessaron speciebus recipit suaꝫ formam, ꝛ vtriusque finis idem est. Igitur hec forma in E primo suaque voce mi. fundata. ex secunda, vt diximus specie componitur, diapẽte ad B. fm eiusque mi. voce superius, ascendente, ꝛ ab eodẽ E. atqꝫ voce cuꝫ coniuncta diapente ex secunda diatessaron specie descendente, quę forma est ex mi, la, diapente secunda, ꝛ ex la. mi. diatessaron inferius secunda specie, vt patet.

¶ De duplici demonstratione Deuteri perfecti, ꝛ Plagalis Deuteri perfecti. Cap. 17.

¶ Demonstratio deuteri perfecti.

¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta superius.

¶ Demonstratio. plagalis deuteri perfecti.

¶ Diapason ex diapente, ꝛ diatessaron coniuncta inferius.

TRius tropus, siue tonus, qui auctenticorum tertius, sed in troporum ordine quintus est, diapente ꝛ diatessaron consonantiꝫ suam formam acquirit ꝛ esse: nam forma hęc in tertia diapente tertiaque diatessaron specie

iunctis

iunctis conficit: ex eius nanq3 fine atq3 fundamento, quod F. primum dicitur, tertia diapente species exorta. s. fa. fa. in secunda E. terminata cum coniuncta sibi specie tertia diatessaron. s. vt fa. i. ad secundum F. progressa finitur: quę ipsa diapason consonantiam perfecte constituunt. Recta igitur forma triti ex fa-fa. tertia diapente: ꝛ vt fa. tertia diatessaron est coniuncta: vt patet inferius. ¶ Forma subiugalis triti ex sui triti auctentici speciebus, qm ipsius naturę est, acquirit esse, ꝛ eius materię cū ipso dē esse forma. ¶ Uerū, quia (vt de cęteris dictū est plagalibus) diatessaron consonantia pro hmōi forma infra diapēte cōiūgitur, quę p auctentici forma supra diapēte conuertitur, nō videtur distare a cęteris: ꝛ vtriusque idem est fundamentum ꝛ finis. ¶ Huius igitur forma plagalis superius specie diapente tertia fit a fine fa. fa. ꝛ sub ipso coniuncta tertia diatessaron fa vt. patet hic inferius.

¶ De duplici demonstratione triti perfecti, ꝛ plagalis triti pfecti. Cap. 18

¶ Demonstratio Triti perfecti.

¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta superius.

Demonstratio plagalis Tetarti perfecti.

¶ Diapason ex diapente ꝛ diatessaron coniuncta inferius.

Tetartus tropus siue tonus auctenticorum vltimus est: qui ordine tonorū sępius ex diapente ac diatessaron tanquā ex causis efficiētibus suā formā ꝛ esse accipit ꝛ acquirit. Dēs nanque tropos hę cōsonātię suis speciebus efficiūt, vt clare cōstat ex suprādictis. ¶ Hāc eteniz tetarti formā quarta species diapēte producit: q̄ in G primo fundata ad D. bm, cū, vt sol. terminādo producitur. Et ab eodē D. cū prima diatessaron. re. sol. ad G bm vlterius pcedēdo finitur. Et ideo in re. G. primo. vt. sol. quarta diapente fundata cū re. sol. diatessarō prima cōiuncta huius tetarti tropi dī esse forma ꝛ pfectio, vt inferius ꝓstat exēplo. ¶ Forma plagalis tetarti, q in ordine oīuz vltimus ꝛ octauus est, a forma ipsius auctentici tetarti sumitur: qui a quarta diapēte ꝛ a prima diatessaron speciebus formatur. Sola quippe diatessaron speciei positio inter eos differētiā facit, q̄ in auctentico supra diapēte cōponit: sed in hoc plagali supponitur: sed in cęteris plagalib. lex ipsa seruat. G. quoq3 primū vtriusq3 fūdamētū ꝛ finis est. Istius igit plagalis forma ex diapēte specie quarta supra, ꝛ ex diatessaron prima cōponit infra, s, vt, sol, ꝛ sol. re, vt inferius patet exēplo.

¶ De

De demonstratione tetarti perfecti, ꝛ plagalis tetarti perfecti. Cap. 19.

¶ Demonstratio Tetarti perfecti.

¶ Diapason ex diapente, cui adiungitur superius diatessaron.

¶ Demonstratio plagalis Tetarti perfecti.

¶ Diapason ex diapente, cui infra adiungitur diatessaron. Cap. 20.

Potest igitur pfectus tonus seu tropus tali declaratione describi. Tropus seu tonus perfectus auctenticus siue plagalis est, q ex ordinatis ex diapēte ac diatessaron speciebus in acumine ꝛ grauitate cōiunctis debita pneumatū posita dispositione rite diapason retinet perfectā formam. Illa igitur ascensu contrario erit imperfectio tropiq3 diapason perfectam formam non retinebit. ¶ Perfectā diapason formā non retinere, est a totali eius ascensu deficere: ꝛ ideo ille tropus nuncupabitur imperfectus, si auctēticus est, qui a fine suo in dicto diapason ascensu deficiet: vt si ad quintā, sextā, vel septimā tantū attingit a fine: ꝛ tanto magis est imperfectus, quanto magis a perfecta diapason distat. ¶ Plagalis autē iudicabitur imperfectus, si a fine supra a diapente deficiat, vel infra si diatessarō nō descendat: ꝛ in ea est imperfectus parte, in qua deficiens inuenitur: ꝛ si in vtraque deficiat, in vtraque continet imperfectionem: ꝛ dicitur in vtraq3 imperfectus, vt patet exemplo.

¶ De variis Diapason consonantijs. Cap. 21.

¶ Demonstratio proti imperfecti.

¶ Diapason ex tono deficiens superiori toni continet imperfectionem.

¶ Demonstratio plagalis proti imperfecti.

¶ Diapason in vtroq3 termino tono deficiens plagalē imperfectū reddit.

¶ De

¶ Demonstratio deuteri imperfecti.

¶ Diapason qui in tono superius deficit tropum imperfectum reddit.

¶ Demonstratio plagalis deuteri imperfecti.

¶ Diapasan a .D. primo ad secundum est in tono inferius deficiens.

¶ Demonstratio Triti imperfecti.

¶ Diapason inferiori tono deficiens, tropi continet imperfectionem.

¶ Demonstratio plagalis Triti imperfecti.

¶ Diapason supra ꝛ infra deficiens tonis, tropo tribuit imperfectionem.

¶ Demonstratio Tetarti imperfecti.

¶ Diapason cui tonus superius abest, ea in parte imperfectiorem facit tonum.

¶ Demonstratio plagalis Tetarti imperfecti.

¶ Diapason supra ꝛ infra duobus deficiens tonis, tropum facit a perfectione distare.

HOs autem, qui supra diapason aliquid videntur addere, eo quod perfectam seruant formam, ꝛ aliquid plus adiiciunt, plus quam perfectos in authenticis merito nominamus. Quos autem in plagalibus infra fines vbi eorum vltimus diapason perficitur terminus, tonum vel semitonum ꝛc. contingit depo-

nere

nere, etiam dicimus plusquã pfectos. ¶ Supra igitur auctenticus dicitur plusquã perfectus, sed infra plagalis, ꝛ non supra: quia in ea parte mistus appellatur, vt nunc dicetur. Demonstratio auctentici plusquaꝫ perfecti.

¶ Diapason in superiori termino adiuncta cum tono.

¶ Demonstratio plagalis auctentice plusquam perfecti.

¶ Diapason in termino inferiori adiuncta tono.

QVia autem auctẽtici infra tonũ semitonũ vel ditonũ ꝛc. deponunt, eo ꝙ cum suo plagali miscẽtur, appellant misti. ¶ Plagalibus vero quorũ ascensui vel diapẽte aliquid supponit, eo ꝙ cum suo auctentico misturã faciunt, ẽt mistorum nomina tribuimus. ¶ Inferius igitur est mistus auctenticus, cuius nomen plagalis superius tenet, ad horum differentiã mistorum, quorum species cuꝫ aliorum speciebus cõmisceri videntur, nempe appellantur commisti. ¶ Potest enim vniuscuiusqꝫ tropi cum alterius cuiusqꝫ specie vnaquęque species commisceri. ¶ Eorum demonstrationes, vt clare videantur, quę dicta sunt, hic infra ponemus, vt vnius demonstratione singulorum notitia habeatur.

¶ Demonstratio auctentici misti.

¶ Diapasõ in termino inferiori adiũcta tono. Demõstratio plagalis misti.

¶ Diapason inferiori termino adiuncta semitono.

DE commistis autem speciebus in tropis hoc notandum accepimus, quod tropi sic ad inuicem sunt commisti, ꝙ vix vnus reperiri contingat, qui proprijs duntaxat speciebus sit formatus. ¶ Ad cognoscẽdum cuius toni sint antiphonę, quę ascẽsum seu descensum sui tropi non complent, inspicere debes finem

nem antiphonę, ꝛ principium de ſeculorum: ꝛ de hoc dantur hi verſ.

Re.la. vult primus. re. fa. retinetque ſecundus:
Per fextam mi. fa. terno. quarto dato mi. la.
Fa, fa. fert quintus: fa. la. prębet tibi ſextus.
Ut. ſol. ſeptenus: vt. fa, captatque ſupremus.

¶ De intonatione pſalmorum dantur hi verſus, videlicet,

Primus cum ſexto fa, ſol. la. ſemper habeto: Tertius ꝛ octauus vt, re, fa, atqꝫ ſecundus: La, ſol, la quartus: vt, mi, ſol fit tibi quintus: Septimus fa, mi, fa, ſol, ſic omnes eſſe recordor.

¶ De cantibus qui propter eorum aſcenſum non ſunt auctentici, ꝛ propter eorum deſcenſum non ſunt plagales.

¶ Notandum eſt, quod inueniuntur multi cantus, qui propter ſuas breuitates ꝛ compoſitiones non poſſunt iudicari auctentici, nec plagales: quia nō habent aſcenſum, vt auctentici: nec deſcenſum, vt plagales: vnde huiuſmodi cantus ſunt iudicandi per eorum chordas tali modo: quod ſi habent plures notulas in numero ſupra ipſam chordam, quam ſub eadem chorda, tales cāntus ſunt auctentici. Si vero plures notulę fuerint inferius, quam ſuperius, erunt plagales. Aduertendum tamen eſt, quod notę quę ſituatę ſunt in chorda, non debent computari in numero cuz illis, quę ſunt ſuperiuz vel inferiuz.

¶ Et nota, quod chorda primi ꝛ ſecundi toni eſt in manu in digito auriculari. ♮ fa vt, graui, ꝛ in linea: Corda tertij ꝛ quarti toni eſt in ♮ ſol re vt, graui, ꝛ in ſpatio. Chorda quinti ꝛ ſexti toni eſt in A la mi re, acuto, ꝛ in linea. Chorda ſeptimi ꝛ octaui toni eſt in ♭ fa b mi acuto, ꝛ in ſpacio.

¶ Sancta Brigida.

¶ Clericorum cantus non ſit preſſus, non fractus, non diſſolutus, ſed honeſtus, ꝛ grauis, vniformis, ꝛ per omnia humilis. Pſalmodia plus redoleat ſuauitatem mentis: humilitatemque ꝛ deuotionem, quam aliquam oſtentationem. Nam non vacat a culpa animus, quando cantantem plus delectat nota, quam res quę canitur: omninoque abominabile eſt deo, quando vocis eleuatio plus fit propter audientes, quam propter Deum.

¶ Finit compendium muſicę.

TRA-

TRACTATVS QVINTVS TERTIAE PARTIS LIBRI SACERDOTALIS.

¶ Opuſculum Exorciſmorum contra Demoniacos ex diuerſis ſanctis excerptum approbatumque ꝛ in varia Capita Diuiſum.

Quia etiam ad officium ſacerdotuz ſpectat ꝛ pertinet vexatis a dęmonibus p̄ ſibi ab eccl̄ia traditā ptātez, quātū i ſe eſt, p̄ diuinā gratiā manuz imponere, ꝛ dęmones, tā chr̄ianos baptizatos, quā catbechumenos vexātes adiurare, exorcizare, ꝛ expellere de eoꝝ corporibus, ſubſequenter ponūtur in calce huius operis exorciſmi ſanctorum, quos cuz puritate cōſcientię ꝛ magna humilitate legere dēnt, nihil ſibi, ſed oia dei virtuti ꝛ eccleſiaſticę poteſtati attribuendo.

¶ Sed antequā deueniaꝫ ad exorciſmuz. p̄ informatione exorcizātis notāda ſunt quędā prędambula valde opportuna, quę ſunt ſequentia, videlicet.

¶ Modus, quez tenet dęmon ad intranduz in humana corpora. Cap. 1.
¶ De maleficijs. Cap. 2.
¶ De ſignis, quibus aliquis cognoſcitur eſſe dęmoniacus. Cap. 3.
¶ Signa, quibus aliquis deprehenditur eſſe maleficiatus. Cap. 4.
¶ Conditiones exorciſtę, ꝛ qualiter ad hoc officium dēt prępararī. Cap. 5.
¶ De ſignis, quę apparent quando ſacerdos coniurat maleficiatuz. Cap. 6.
¶ Quem modum teneat dęmō ad exeundū de humanis corporibus. Cap. 7
¶ De malitijs ꝛ deceptionibus, quibus vtitur dęmon erga exorciſtā. Ca. 8.
¶ Quis poteſt exorcizare, ꝛ de modo, quem tenere debet exorciſta, quando aliquem vult coniurare. Cap. 9.
¶ De modo, quē tenet diabolus ad intrandū in humana corpora. Cap. 1.

Diabolus ingreditur in humana corpora pp̄ deſperationem, aut pp̄ aliud peccatum, aut aliqñ permittitur ad exercitationem.

¶ Primi duo modi ſunt ad vindictam dñi dei, ſecundum ſanctuz Hieron. ſuper Jobelē, vt hī. 23. q. 5. Non ſolum. ¶ Tertius modus eſt ad ſalutē animę, ſicut legit de aliquibus ſanctis, qui fuerunt verati a dęmonibus vſqꝫ ad finē vitę eoꝝ. Antequā ergo diabolus humana corpora ingrediatur, quaſi ſemper, primo apparet eis in effigie alicuius hominis, qui mala morte eſt defunctus: aut repūtat aliquez ſuuz conſanguineuz: aut apparet illi in effigie alicuius animalis terribilis, vel horribilis. Et ſibi vī, q̄ ſubito diſpareat: ſed ingreditur ſubito in eum. Et hoc vt plurimum accidit in nocte, ꝛ in locis opacis ꝛ obſcuris. Et in talibus oppreſſis apparent ſigna, quę infra dicemus. Aliqui etiam intrant per os, aut aures, in modum venti: aut in modum vnius muris, ſicut narrauerunt

talia

talia patiẽtes. Aliquibus etiam dormientibus dęmones tale somnium indu xerunt: q̃ videlicet eis videbatur q̃ dęmon post eos currebat, qui euigilan/tes inuenti sunt cũm talibus signis dęmoniacorum: videlicet quod diabolus erat in eis, vt postmodũ clare apparuit. Aliquando etiã ingrediuntur percu/tiendo collum, aut alia membra ipsorum. ¶ De maleficijs. Cap. 2.

IN omnibus autẽ maleficijs est pactũ aut manifestũ, aut secretũ, quod habet diabolus cũ malefico: secũdũ q̃ currit figillũ maleficij: quod qua si semper est res vana. Facto maleficio subito diabolus aut pręsentialiter, aut potestatiue ingreditur in illã personã, supra quã factũ est dictũ maleficiũ: hoc est ob aliquod occultũ dei iudiciũ. Verũ si esset aliqua persona sancta & pura, sicut erat beata Justina, nihil possent dęmones contra ipsas. De his autẽ longius & diffusius tractatur in summa Sylvestrina, & summa Astesana, & in libro magistri Johannis nider, qui dr̃ Pręceptoriũ diuinę legis de decẽ pręceptis. His adiungo, quod illa ossa, & pennę insertę vna in alia, & multa & quasi infinita talia, quę in lectis inueniuntur a dęmone deportata, sicut clare fuit deprehensũ, sunt extrabenda, & igne cõburenda, dũ dr̃ psalmus, Exurgat deus. Nec sequẽda est illa superstitio, quã vulgus ponit de mittendis talibus rebus inuentis ad fluuiũ currentẽ. Hoc anno fuit quędã iuuencula, cõtra quã quotidie fiebant maleficia: quę ea, q̃ inuenit in lecto, igne cõbussit. Cui sequenti nocte diabolus apparuit, & q̃relatus est de tot orationibus, quas fa/ciebat, & q̃ cõbusserat ea quę inuenerat. Quam iniuriam nemo ei alios fece/rat. Cui iuuencula spũ sancto repleta viriliter respondit, ab eo petens ad quid venisset. Qui respondit, quod violenter illuc missus fuerat.

¶ De signis quibus cognoscitur aliquis esse dęmoniacus. Cap. 3.

LEgitur, q̃ siquis nõ põt cõtinuare esus carnis będinę per dies 30. q̃ ta/lis iudicatur dęmoniacus. Aliqui dęmoniaci habẽt oculos terribiles: & dęmones membra eorũ & corpus destruũt miserabiliter, & interficiũt, nisi cito eis subueniatur. Aliqui fingũt se esse fatuos, & semper augentur: sed di/scooperiũtur, & cognoscunt, si nolunt dicere psalmũ. Miserere mei deus, q̃m. vel Qui habitat in ad. aut Euãgeliũ sancti Johannis. In principio, & si/milia sãcta. Est etiã magnũ signũ, q̃ loquũtur sermonẽ alienũ a patria sua, si nõ fuerũt extra patriã: & q̃ personę illiterate & idiotę loquunt literaliter & cõgruẽter: aut etiã cãtãt musicaliter: aut q̃ dicunt aliquid, q̃ ipsi nunquã di/cere sciuissent. Aliqui etiã dęmoniaci sunt muti & stupidi. Aliud quoq; signũ est, quod eis superueniant terrores, & cito recedant. Potissimum autem co gnoscitur quis esse dęmoniacus, si quando leguntur exorcismi, conturbatur: & hoc signum est pręsentis diaboli, sicut infra dicemus.

¶ De signis, quibus cognoscitur quis esse maleficiatus. Cap. 5.

ALiqui maleficiati habent colorẽ faciei cedrinum, & aliqui oculos con/strictos: omnia eorum membra videntur ligata, & habent humores de/siccatos. Duo autẽ potissima signa sunt, cõstrictio cordis, & oris stomacha/lis: & quando videtur eis, quod habent vnum bollum super stomachum.

Aliqui

Aliqui habent puncturas in corde tanquã si acubus esset punctũ. Aliquibus videtur cor sibi corrodi. Aliqui habẽt magnũ dolorem in collo, aut renib⁹: & videtur eis quod talia membra a canibus lacerentur. Aliquibus videtur se habere bollũ in gutture: quod ascendit & descẽdit. Quibusdam ligata est ve/na generationis. Aliqui habent stomachũ ita indispositũ, quod emittũt per vomitũ quicquid comedunt, vel bibunt. Aliquibus per ventrem discurrit ventus frigidissimus, aut tanquam flamma ignis. Aliquibus signum est in di gestione cibi: & potissimum quando medicinę applicatę nihil prosunt infir/mo. Aliquibus est circa collum continua pulsatio, quę videtur tremorem in/ferre. Ultra hęc signa sunt etiã alia quam plura, quę practicando inuenies.

¶ Conditiones exorcistę: & qualiter se pręparare debet. Cap. 5.

DAemoniaci & maleficiati citius liberãtur in ecclesia, quã in priuatis do mibus. Et prius debent confiteri. Laudo quod exorcista sit sacerdos, q̃ debet esse homo vitę sanctę, bene cõfessus & cõtritus, & super omnia humi/lis: opus hoc diuinę omnipotentię attribuẽdo. Qui dorteł infirmũ, vt oẽ ad/iutoriũ a diuina maiestate expectet, a se aũt nihil, nisi modicũ laboris, q̃ etiaꝫ est ex gra dei. Non sit etiã auarus: quia petẽdo pecunias, aut expectãdo, p/deret donũ tantę gratię. Tamen si pauper est, secure potest recipere eleemo sinam sibi datam. In illa die omnino celebret prius: quia diabolus plus ti/met manuum impositionem, & pręsentiam suam.

¶ De signis quę apparent, quãdo sacerdos cõiurat maleficiatũ. Cap. 6.

EXorcista moneat dęmoniacũ, vel maleficiatũ, vt recolligat mentẽ suaꝫ, & eam ad deũ dirigat cũ firma fide & spe liberationis suę a diuina maie state, si expedit saluti animę suę. Et habeat crucifixũ in manibus suis, & ponat reliquias sc̃orum ligatas in panno serico super cor eius, aut super stomachũ: & ipse faciat signũ cũ manu, quotiescunq; senserit in aliqua sui corporis par/te commoueri, aut pungi. Et hoc vt sacerdos non conturbetur: sed vt sciat ad quę verba magis diaboli conturbent. Et finita coniuratione petat eum sacerdos de accidentibus, quę sibi contigerunt. Hęc signa solent accidere q̃n sacerdos ponit manum super caput: quia sentiunt sub manu rem frigi/dissimam tanquam glaciẽ. Aliquibus descendit ventus per humeros & re/nes, qui est frigidissimus. Aliquibus caput in immensum aggrauatur. Aliq/bus cerebrum constringitur, & perforatur: sicut si gladio percuteretur. Aliq/bus inflãmatur caput & facies, aliquando tota persona, ac si esset vapor ignis. Aliquibus febris immensa cum dolore capitis euenit: & totum corpus exte/nuatur & frangitur. Sed omnia ista accidentia parum durant, quia coniura tio tollit dęmonis vigorem. Aliquibus constringitur guttur, adeo quod vi/dentur strangulari. Aliquibus ad orificiũ stomachi mouetur quędam res ad modum pilę, ac si essent vermes, ac formicę, aut ranę. Quibusdam accidit vomitus magnus stomachi. Aliquibus maxima tortura in visceribus. Nõ/nullis venter vehementer inflatur. Quibusdam constringitur cor, ac si into/lerabiliter feriretur. Ostenditur etiam dęmon in aliqua parte corporis pal/

pitando sicut pisces, aut in modum formicarum. Aliquando pertransit a capite vsque ad digitos pedum, sicut ventus, & e contra. Ultra ista signa quãplura alia practicando videbis, quia diuersi dęmones faciunt diuersa signa.

¶ De modo, quem tenet diabolus ad egrediendum de corporibus. Cap. 7.

Si fuerint diaboli, qui loquuntur, coniura eos quod dimittant corpus illud liberum & expeditum, sicut erat quando fuit baptizatus. Et face cũ dare signum discessus, per extinctionem candelę. Si vero sint diaboli, qui non loquuntur, sicut inuenitur in maleficiatis, exeunt aliquando per os in modum flammę ignis: aliquando in modum venti congelati. Et in exitu videbis inflari guttur. Egrediuntur etiam per aures simili modo discedentes a stomacho, seu corde. Aliqui exeunt per secessum in similitudinem pilę, quę semper gyratur donec exeat. Aliqui in similitudinem ranę, quę serpit donec fuerit egressa. Aliqui in similitudinem venti frigidissimi.

¶ De malitijs & deceptionibus, quibus vtuntur dęmones ad Exorcistam decipiendum. Cap. 8.

Aliqui dęmones tantum odium habent verba sancta, quod ante quam coniurentur, discedunt. Alij expectant coniurationem, sed postea non possunt eam sustinere. Aliqui autez sunt adeo maligni, quod faciunt fatigari exorcistam per magnum temporis spatium, vt appareat infirmo, quod non sit dęmoniacus, & vt faciant fatigari, & pati exorcistam. Aliqui posteaquam sunt manifestati abscondunt se, & relinquunt corpus liberum ab omni fastidio, taliter quod infirmus putat se esse omnino liberatum, sed non debet cessare exorcista, donec viderit signa liberationis. Aliqui dęmones ponunt omnia impedimenta, quę possunt infirmo, vt non se faciat coniurare. Quidaz conantur persuadere quod sunt infirmitates naturales: & quod ista res est vna trupha. Aliqui in medio coniurationis faciunt dormire infirmum: & ostendunt ei aliquam visionem crucifixi, vel aliorum sanctorum subtrahendo se, vt stent secreti: & ostendunt infirmum liberum. Aliqui ostendunt maleficium factum super ipsum, & autbores maleficij, & modum ad illud dissipandum. Sed sit cautus exorcista: ne faciat aliquam superstitionem. Non mireris si diabolus in susceptione sacramenti eucharistię dęmoniacum non conturbet: quia postquam intrauit, paulatim despicit, & non timet sancta, immo loquitur mysteria fidei sanctę, & confitetur diuinam maiestatem. Et supponit personam veratam, & ei loquitur in corde, & facit eam perturbari pro re minima. Dmius tibi dico, quod aliqui dęmones post longam vexationem factam alicui personę, si non expelluntur, loquuntur per os eius quasi semper, & cessant ei nocere. Postea tandem deprehenduntur.

¶ Qui potest exorcizare: & de modo, quem tenere debet exorcista in coniurando aliquam personam. Cap. 9.

Notandum autem est, quod quilibet sacerdos, & maxime parochialis, & quilibet diaconus, aut subdiaconus si sibi fuerit commissum per Episcopum,

scopum, vel presbyterum, potest exorcizare. Hoc etiã potest quilibet purus exorcista de commissione, vt supra. Et si sacerdos vel diaconus exorcizat, debet habere super albam, vel superpelliceum stolam: si vero subdiaconus, manipulum, si acolytus vel exorcista, superpelliceum idest cottam tantum. Volens igitur sacerdos dęmones expellere, vel adiurare per potestatez sibi traditam, debet primo seipsum mundare per humilem & legitimam confessionem suorum peccatorum: & missa celebrata, si persona dęmoniaca vel maleficiata est sana, duca ur ad ecclesiaz: quia ibi facilius obtinebitur victoria: & si fuerit infirma, vel multum debilis, coniuretur in domo, hoc modo. Habeat exorcista superpelliceum & stolam, & ponat partem stolę collo maleficiati, & reliquias sanctorum super cor eius, aut super orificium stomachi, postea incipiat exorcismũ: Et quando peruenerit ad comminationem, replicet ipsam vsque decies: semper pęnam augendo. Et si videt profectum in ipsa, cõtinuet vsque ad liberationem. Et si magis timeret exorcismum, lege illũ: quia vnus dęmon plus timet vnam rem quam aliam. Et non deficias a fide, sed oportet perseuerare duabus, tribus, quatuor, aut sex horis continuis, & plus donec habeas victoriam. Nam dęmones obstinati semper quęrunt defatigare exorcistam, vt definat pro labore & lassitudine exorcizare. Et plus timẽt in prima quam in secunda vice: quia reputant se fuisse consecutos victoriaz, quando dimittit propter lassitudinez exorcizare. Et si in prima die non fuerit liberatus, prosequatur secundo & tertio, quousque liberetur ex toto. Quia videbis quotidie dęmones magis debilitari. Sint etiam presentes & fideles, qui etiam orent deum pro infirmo. Debet exorcista ante omnia facere preceptum dęmonibus alijs, qui venissent ad succurrendum dęmoni vexanti in hunc modum.

¶ Precipio vobis dęmones, qui venistis in succursum & adiutoriuz istius, vel istorum dęmonum, banc dei creaturam N. vexantis, vel vexantium, ex parte sanctissimę Trinitatis Pa ✝ tris & fi ✝ lij, & spiritus ✝ sancti, & sub pęna excõicationis maioris latę sententię, & sub pęna detrusionis in infernum, & sub pęna immersionis in stagnum ignis & sulpburis per manus inimicorũ vestrorũ, & sub pęna tradendi vos in potestatez inimicoruz, ac condemnandi vos in stagnum ignis & sulpburis per centum annos: quatenus nulluz adiutorium vel fauorem detis illis dęmonibus, qui vexant corpus istius creaturę Dei N. sed discedatis statim, & eatis ad loca vobis deputata. Ecce ✝ crucẽ Domini, fugite partes aduersę, vicit leo de tribu Juda, radix Dauid.

¶ Exorcizatus igitur facta diligenti cõfessione, & babita absolutione, indutus sacris vestibus pro sui ordinis qualitate, seipsum corde humilians, & peccatorem reputans, nec in sua, sed domini potentia confidens, deuote, attente, constanter, fidenter, & intrepide faciens sibi signum crucis in sua fronte ter, & dicens. In nomine pa ✝ tris, & fi ✝ lij, & spiritus ✝ sancti. &c. Amen.

¶ Ponat manũ suã super caput dęmoniaci: & eã continue tenens humiliter dicat nõ solũ verboten' & superficialiter, sed cũ bona fide sequẽtes exorcismos.

 ¶ Incipit

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Incipit exorcismus beati Ambrosii archiepiscopi mirabilis efficacię su per demoniacos: cuius practica proprie spectat ad sacerdotes. Cap. 10.

Tu igitur quicunq; fueris nulla leuitate ductus, sed sola necessitatis, vel charitatis cā, bāc rē disponas assumere arduā: & oportet, q̄ primo triū dierū ieiunio, tertio mane diligēter cū ꝓtritione ꝓfessiꝰ missā de spū scō deuotissimę celebres, faciēdo in ipsa missa ꝓmemorationē de infrascriptis oꝰonibus. Ōro.

DEus, qui per vnigenitum tuum, exclusa dominatione diaboli, populum tibi fidelem aptasti: expelle (q̄s) a famulo tuo N. cūctas diabolicę illusionis insidias: & eum illibatum ab omni eius impugnatione conserua. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum.

Secreta.

MAnus domine humilitatis nostrę pro petitione famuli tui N. oblatū petimus, vt gratanter assumas, & ab eius oppressione bostis maligni insidias, omnemque potestatem benignus excludas. Per dñm. Postcōio.

QDelestis panis quē sumpsimus dñe, & nobis indulgentiam tribuat, & famulus tuus N. ab antiqui bostis irrisione defendat. Per do. Cōplēta missa sacerdos non exuat se, sed sic paratus missalibus indumentis, & candelābfidictā accēsā in manu tenēs stet in medio ante altare, facie versa ad populum habens obsessum ante pedes ligatum, si necesse fuerit, & humili corde: deuotoque aspectu se & astantes muniat signo crucis alta voce dicendo. In nomine pa ✝ tris, & fi ✝ lij, & spiritus ✝ sancti. Amē. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Ōro.

ODps domine verbū Dei patris, Christe Jesu, & domine vniuersę creaturę, qui sanctis apostolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorum opera, dignatus es docere dęmones effugare, cuius virtute victus tanquam fulgur de cęlo satanas cecidit: tuum nomen cum pauore, & tremore supplex deprecor, vt mihi indignissimo seruo tuo data venia peccatorum, confidentiam & possibilitatem donare digneris, vt hunc crudelem draconem, brachij tui munitus potentia fideliter & securus aggrediar: per te Jesu Christe domine Deus noster. Qui viuis & regnas cum eodem patre in vnitate.

¶ Hac oratione completa aspergat egrotum aqua benedicta in modum crucis, dicendo. In nomine pa ✝ tris, & fi ✝ lij, & spiritus ✝ sancti. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

ODnipotens ęterne deus, a cuius facie cęli distillant, montes sicut cera liquescunt: terra tremit: cui patent abysi, quem infernus pauescit, quem omnis terrarū motus aspicit, bumiliter te supplex deprecor dominator dñe, vt inuocatione nois tui ab huius famuli tui N. vexatione anima liberata, ad authorem suę salutis recurrat: liberatoremq; suū diabolico depulso fętore, & odore suauissimo spiritus sancti percepto, sequatur dominus noster Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, &c. Oremus. Oratio.

Domine

DOmine sancte, pater omnipotens, ęterne deus, virtutes tuā totis exoro gemitibus pro huius famuli tui N. a diabolo oppressa infantia, qui ēt indignis inter pressuras prędiū donas: exurge pro huius infantis debellata, noli diu retinere vindictam, qui nec ante conspectum parentis permisisti filius iudicari, auxiliare (q̄s) inimici furore vexato, nec sine gratia facias eius animam a diabolo possideri: sed potius a malignis oppressionibus liberata tibi referat gratias sempiternas. Per dominum nos. Amen. Postea dicat. In nomine pa ✝ tris, & fi ✝ lij, & spiritus ✝ sancti. ℟. Amē. Benedictio. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. ℟. Amē. ℣. Ecce cru ✝ cē Domini, fugite partes aduersę. ℟. Vicit leo de tribu Juda, radix Dauid. ℣. Dñe exau. ℟. Et clam. ℣. Dñs vob. ℟. Et cuz spir. Oremus. Ōro.

DEus angelorum, deus archangelorum, deus prophetarum, deus apostolorum, deus martyrum, deus virginum, pater dñi nostri Jesu Christi, inuoco nomen tuum, ac prędlarę maiestatis tuę clementiam supplex exposco, vt mihi auxilium prędstare digneris aduersus hunc nequissimum spirituz, & omnem, qui verat hoc plasma tuum. Per dominum nostr. Exorcizatio.

EXorcizo te omnis immundissime spiritus, omnis incursio aduersarij, ois ira, omne phantasma, omnis legio. In frōte. In nomine dñi nostri Jesu ✝ Christi eradicare, explantare, & effugare ab hoc plasmate dei: ipse tibi imperat diabole, qui ventis & mari imperauit & tępestatibus. Ipse tibi imperat: qui te de supernis cęlorum in inferiora terrę demergi prędcepit.

¶ Hic petit sacerdos nomen spiritus: & prędcipit ei hoc modo, dicens,

PRęcipio tibi, quicunque es spiritus immunde in hoc corpore per merita gloriosę passionis, resurrectionis, & ascensionis domini nostri Jesu Christi: per missionem spiritus sancti, & per aduentum eius, vt ostendas & dicas mihi nomen tuum, diem & horam exitus tui cum signo extinctionis luminis. Iterum prędcipio tibi per merita gloriosę virginis Marię matris Dei, Sancti Zenonis, Sancti Ambrosii, & Sancti Geminiani, Sancti Petri martyris, & Sanctę Catherinę de Senis, & omnium sanctorum & sanctarum Dei, vt ostendas & dicas mihi nomen tuum, & diem & horam exitus tui, cum signo extinctionis luminis. Iterum prędcipio tibi sub pęna excommunicationis maioris & minoris, & authoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli & aliorum successorum ipsius beatissimi Petri apostoli: vt ostendas & dicas mihi nomē tuū & diē & horā exitus tui, cum signo extinctionis luminis. Et si responderit quod plures sint, tunc in pluuiali prosequere coniurationem & prędceptum suprądictum. Si vero non responderit, vel responderit se esse solum tunc sequere in singulari, vt prius.

AUdi ergo maledicte sathana: audi & time, victus & prostratus abscede. ✝ In nomine domini nostri Jesu ✝ Christi. Tu ergo nequissime sathana, inimicus fidei, aduersarius generis humani, mortis adductor, vitę raptor, iustitię declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hominum, proditor gentium: incitator inuidię, origo suaritię, causa discordię, excitator

dolozum, dęmonū magister: quid stas ⁊ resistis, cum scias eū tuas pdere vires. Illū metue, qui in Isaac immolatus est, in Joseph venundatus, in agno occisus, in homine crucifixus, deinde inferni triūphator extitit gloriosus. Recede, In fronte In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: ⁊ da locum spiritui sancto: ⁊ per hoc signum cru ✠ cis dñi nostri Jesu ✠ Christi. Qui cum eodē patre in vnitate eiusdem spiritus sancti viuit ⁊ regnat deus p oia secula seculoz. Amen. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum spir. Orem. Oꝛ.

OEus conditor ⁊ defensor humani generis, qui hominem ad imaginem ⁊ similitudinem tuam formasti, respice super hunc famulū tuum N. qui dolis inuidi serpentis appetitur: quem vetus aduersarius hostis antiquus terrę formidinis horrore circunuolat: ⁊ sensum mentis humanę stupore defigit: terrore conturbat: ⁊ metu trepidi timoris exagitat. Repelle domine virtutes diaboli: fallaceſq; eius insidias amoue: pcul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui ✠ signo In fronte famulus tuus ⁊ anima tutus ⁊ corpore. In pectore. Tu pe ✠ ctoris huius interna custodias. Tu vi ✠ scera regas. Tu coꝛ ✠ confirmes. In anima aduersatricis potestatis tentamenta euanescant. Da ad banc inuocationē nois tui gloriā, vt q bucusq; terrebat, territus aufugiat, ⁊ victus abscedat: tibique possit hic famulus tuus N. ⁊ corde firmatus ⁊ mente syncerus debitum prębere famulatum. Per dominum nost. Dic interroga de nomine, vt supra, ⁊ precipe. Si vero non dicat nomen dęmonis, vel dęmoniorum: qui opprimunt corpus obsessi, dic in aure obsessi ter hunc ℣. Deum, qui genuit dereliquisti, ⁊ oblitus es domini creatoris tui: Tunc siue responderit siue non, fideliter ⁊ siue intermissione prosequere coniurationem. Coniuratio.

ADiuro te serpens antique per iudicem viuoꝛum ⁊ moꝛtuoꝛum, per factoꝛem mundi, per eum, qui habet potestatem mittere te in gehennam, vt ab hoc famulo dei N. qui ad ecclesię suę currit presidia, festinus discedas. Adiuro te non per meā infirmitatem, sed per virtutē spiritus sancti, vt exeas ab hoc famulo dei. N. quē dñs Jesus Chꝛs fecit ad imaginē ⁊ similitudinē suam. Cede, cede, non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te vrgeat potestas, qui te affixus, In fronte cru ✠ ci suo subiugauit imperio. Illius bra ✠ chium contremisce, qui de cunctis gemitibus inferni animas iustoꝛum ad lucem perduxit. Sit tibi terroꝛ coꝛpus hominis, fitque tibi terroꝛ imago dei: nec resistas, nec moꝛeris discedere ab homine isto: quia cōplacuit deo, vt in homine habitaret. Et ne me infirmissimum contemnendum putes, dum me peccatoꝛem esse cognoscis. ✠ Imperat tibi deus. ✠ Imperat tibi maiestas Christi. ✠ Imperat tibi deus pater. ✠ Imperat tibi filius. ✠ Imperat tibi spiritus sanctus. ✠ Imperat tibi fides apostoloꝛum Petri ⁊ Pauli, ⁊ ceteroꝛum apostoloꝛum. ✠ Imperat tibi sanguis martyrum. ✠ Imperat tibi sacramentum, In fronte crucis. ✠ Imperat tibi mysterioꝛum virtus. ✠ Imperat tibi Jesus Nazarenus. ✠ Imperat tibi Verbum caro factum. ✠ Exi trangressoꝛ, exi seductoꝛ plene omni dolo ⁊ fallacia, veritatis inimice.

Da

Da locum dirissime, da locum impijssime, da locum Christo, in quo nihil inueneris de operibus tuis nephandis: qui te expoliauit, qui regnum tuum destruxit: qui te victum ligauit, ⁊ vasa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis erit pręparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerarie retractas? reus omnipotēti deo, cuius statuta transgressus es: reus Jesu Christo filio eius, quem temerarie ausus es tentare, ⁊ crucifigere presumpsisti: reus humano generi, cui tuis persuasionibus mortis fructum propinasti.

Si adhuc non recesserit, tu humilius ⁊ attentius prosequere: ⁊ nunquam moreris propter nugas: aut quęcunque verba falsa diaboli. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oꝛemus. Oratio.

ODomine sancte, pater omnipotens, eterne deus: osanna in excelsis, pater domini nostri Jesu Christi: qui illum refugam tyrannum gehennę ignibus deputasti, quique vnigenitus tuum in hunc mundū misisti, vt illuz rugientē contereret, velociter attende, accelera, vt eruas hominē ad imaginez ⁊ similitudinē tuam creatū a ruina ⁊ dęmonio meridiano. Da dñe terroꝛem super bestiā, q̄ exterminat vineam tuam: da fiduciā dñe seruis tuis contra nequissimū draconem fortissime stare. Non cōtemnat dñe sperantes in te, ⁊ de tua misericoꝛdia presumentes, nec dicat sicut in pharaone iam dixit: Deum noui, ⁊ Israel non dimittam. Ꝛrgeat illuz dñe dextera tua potens, discedere a famulo tuo N. ne diutius presumat captiuum tenerem hominem, quez tu ad imaginem tuam facere dignatus es, ⁊ in fine seculi per sanguinem filij tui redemisti. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum ⁊c. ¶ Coniuratio. Adiuro te itaque draco nequissime in nomine ✠ in fronte agni immaculati, qui ambulat super aspidem ⁊ basiliscū, qui conculcat leonem ⁊ draconem, vt discedas ab homine ✠ in fronte isto, discedas ab ecclesia dei: ✠ ista crux fiat super circunstantes. Cōtremisce ⁊ fuge inuocato nomine illius, quē inferni tremunt, cui virtutes cęloꝛum ⁊ potestates subiectę sunt, quē cherubim ⁊ seraphim indefessis vocibus laudant dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs deus sabaoth. Imperat tibi Jesus Nazarenus, q te (cū discipulos eius cōtemneres) elisuz ⁊ prostratuz exire iussit ex homine. Quo pñte cuz te ab homine separasset, nec porcoꝛum gregē presumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in nomine ✠ eius, In frote ab homine isto, quē ipse plasmauit. Durum est tibi, Christo velle resistere, durum est tibi, cōtra stimulum calcitrare, qa quanto tardius exis, tanto maiuz tibi supplicium crescit: quia non hominē contemnis, sed illū, qui est dñator viuoꝛum ⁊ moꝛtuoꝛum. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ moꝛtuos, ⁊ seculum per ignē. ℟. Amen. ¶ Si adhuc non recesserit spiritus malignus, aut supertus non respondeꝛit, prępcipe vt supra. Item interroga qua causa venit, ⁊ quare opprimit euz. Interroga etiam si sint alij spiritus opprimentes, ⁊ quot, ⁊ omnes ejiciantur. Esto prudens ⁊ circumspectus in interrogationibus ne decipiaris. Magis stude cum humilitate mentis, quę ad talia est necessaria, liberare

creaturā Dei,quā loqui cū dęmonibus, vel cū aliquo eorū,sicut fecerūt Sācti. Demū factis interrogationibus,si non recesserit,siue responderit,siue nō prosequere confidenter coniurationem sequentem. Coniuratio.

Adiuro te ois immūdissime spiritus,oē phātasma,ois incursio satanę, in nomine Je ✝ su Christi Nazareni,q̄ post lauacrū Jordanis in deser tum ductus est,ꝛ te in tuis sedibus vicit: vt quē ille de limo terrę ad honorez glorię suę formauit,tu desinas impugnare, ꝛ in homine miserabili non humanam fragilitatem, sed imaginem omnipotentis dei contremiscas. Cede ✝ ergo deo,qui te humiliato famulo suo Job in seruitutē redegit. Cede ✝ deo,qui te per Danielē puerū suum perdidit,ꝛ draconem prostrauit. Cede ✝ Deo,qui te p̄ fidelissimuz seruū suū Dauid,de rege Saule spiritualibus canticis pulsum fugauit. Cede ✝ deo,qui te per malitiaz tuaz in Pharaone ꝛ eius exercitu,per Moysen seruuz suuz in abyssuz demersit. Cede ✝ deo,qui te in Juda iscarioth proditore damnauit. Ille.n.te diuinis angit verberibus: in cuius conspectu cū tuis legionibus tremens ꝛ clamans dixisti, Quid nobis ꝛ tibi Jesu fili Dei? Uenisti ante tempuz torquere nos. Ille te flammis perpetuis vrget,qui in fine tēporuz dicturus est impijs, Ite maledicti in ignē ęternū,quē p̄parauit pater meus diabolo ꝛ angelis eius. Tibi n.impie ꝛ angelis tuis vermes erunt,qui nunquam morientur. Tibi ꝛ angelis tuis inextinguibile p̄paratur incendium: quia tu es princeps maledicti homicidij,tu author incestus,tu sacrilegorū caput,tu artiuz pessimaruz magister ꝛ hereticoruz doctor,tu totiuz obscęnitatis inuentor. Exi ✝ ergo impie. Exi ✝ scelerate. Exi ✝ cum omni fallacia tua: quia in frōte ✝ hominē templum suum voluit esse deus. Sed quid diutius morāris hic? Da honorem Deo ✝ patri omnipotenti,cui omne genu flectitur. Da locum dño Jesu ✝ Christo,qui pro homine sanguinem suum sacratissimū fudit. Da locum spiritui ✝ sancto,qui per beatum Apostolum suum Petrum manifeste te strauit in Simone mago, qui fallaciam tuam in Anania ꝛ Saphira condemnauit,qui te in Herode Rege honorē deo nō dante percussit,qui te in Elima mago per Apostolum suum Paulum cęcitatis caligine perdidit, ꝛ per eundem de Pythonissa verbo imperans exire p̄cepit. Discede ergo nunc, ✝ discede seductor. ✝ Tibi eremus sedes est: tibi habitatio serpēs est: humiliare ꝛ ,pternere. Jam non est differendi tēpus. Ecce.n. dominator dominus proximat cito: ꝛ ignis ardebit ante ipsum, ꝛ p̄cedet ꝛ inflammabit in circuitu inimicos suos. Si.n. homines fallis,deum non poteris irridere. Ille te ejcit, cuius oculis nihil occultum est. Ille te expellit, cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit,qui tibi ꝛ angelis tuis p̄parauit ęternam gehennam,de cuius ore exiet gladius bis acutus, Qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ seculum per ignem. Amen.

Si adhuc his dictis fatigatur oppressus, tunc sequere ꝛ dic ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Om

Omps sempiterne deus,pater dñi nostri Jesu Christi,te suppliciter deprecamur, vt imperes diabolo: qui hunc famulum tuum N. detinet, vt ab eo discedat: ꝛ libera eū,qui credit in verū liberatorē dñm nr̄m Jesum Chr̄m, vt purgatus ab oī labe iniquitatis maiestati tuę pura mēte deseruiat. Per eundē dñm. His expletis,si spiritus immundus non recesserit: reinciendum est ab illo loco supra in hoc exorcismo: vbi sic habetur.

Omnipotens sempiterne deus,a cuius faci. ꝛc. folio 266, ꝛ ordine p̄dicto prosequendum est v sque in finem. Nec propter hoc exorcista diffidat: quia sępe probatum est,quod multiplicatio in duobus vel tribus diebus adepta est victoriam: quam in vna vice tantum non potuit adipisci.

Finit notabilis ꝛ efficax exorcismus contra dęmoniacos beati Ambrosij Archiepiscopi.

Incipit alius Exorcismus optimus ꝛ probatus. Cap. II. ℣.

Adiutorium nostrum in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlū ꝛ terram. ℣. Sit nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc ꝛ vsqz in seculum. ℣. Ecce cru ✝ cem dñi: fugite partes aduersę. ℟. Uicit leo de tribu Juda. ℣. Deum qui te genuit dereliquisti. ℟. Et oblitus es domini creatoris tui. Psalmus. Exurgat Deus ꝛ dissipentur inimici ejus: ꝛ fugiant,qui oderunt eum,a facie eius. folio 148. Psalmus.

In dño confido: qūo dicitis aię meę, transmigra in montez sicut passer? quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Quę perfecisti destruxerunt: iustus autez quid fecit. Dñs in templo sancto suo: dñs in cęlo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebrę eius interrogant filios hominū. Dñs interrogat iustū ꝛ impiū: qui aūt diligit iniquitatē, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueos: ignis sulphur ꝛ spiritus procellarum pars calicis eorum. Quoniam iustus dominus ꝛ iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. ps. Deus in adiutorium meum in. ps.

Judica dñe nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma ꝛ scutū: ꝛ exurge in adiutorium mihi. Effunde frameā, ꝛ conclude aduersus eos,qui persequuntur me: dic aię meę, salus tua ego sum. Confundantur ꝛ reuereantur querentes aiam meā. Auertantur retrorsum, ꝛ confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquā puluis ante faciem venti: ꝛ angelus dñi coarctans eos. Fiāt vię illorū tenebrę ꝛ lubricū: ꝛ angelus dñi persequens eos. Quia gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobrauerunt animam meam. Ueniat illis laqueus quem ignorant, ꝛ captio quam absconderunt apprehendat eos, ꝛ in laqueum cadant in ipsum. Anima autem mea exultabit in dño, ꝛ delectabitur super salutari suo. Oia ossa mea dicent: dñe quis similis tui? Eripiens inopez de manu fortiorum eius, egenum ꝛ pauperem a diripientibus eum. Surgentes testes iniqui: quę ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem aiam meę. Ego autē cuz mihi molesti essent, induebar cilicio,

ciſcio. Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Qua ſi proximũ & quaſi fratrẽ noſtrũ ſic cõplacebam: quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar. Et aduerſum me lętati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerũt ſuper me dentibus ſuis. Dñe qñ reſpicies? reſtitue aiam meaz a malignitate eorũ, a leonibus vnicã meã. Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te. Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique: qui oderunt me gratis, & annuũt oculis. Qm̃ mihi quidem pacifice loquebant, & in iracundia terrę loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, euge, euge, viderunt oculi noſtri. Vidiſti dñe, ne ſileas, dñe ne diſcedas a me. Exurge & intende iudicio meo, deus meus & dñs meus in cauſaz meaz. Iudica me ſecundum iuſtitiã tuam dñe deus meus: & nõ ſupergaudeant mihi. Non dicant in cordibus ſuis, euge euge animę noſtrę: nec dicant, deuorabimus eum. Et rubeſcant: & reuereantur ſimul qui gratulãtur malis meis. Induantur confuſione & reuerentia: qui maligna loquũtur ſuper me. Exultent & lętentur qui volunt iuſtitiam meam, & dicant ſemper magnificetur dñs qui volunt pacem ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, totam die laudem tuam. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Exurge domine adiuua eum. ℟. Et libera eum propter nomen tuum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Ditte ei domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei & virginis filius, qui in hunc mũdum apparuit, vt opera diaboli diſſolueret & diſſiparet, & diſcipulis ſuis, quos mittebat in vniuerſum mundum ad prędicandum euangelium omni creaturę, poteſtatẽ dedit ſuper oia dęmonia, & vt lãguores curarent: per inuocationem ſui ſanctiſſimi nominis, & per impoſitionẽ manuũ noſtrarũ, ipſe p ſuam miſericordiã & pietatẽ, & per merita & preces beatiſſimę virginis Marię matris ſuę, & oium ſanctorum, & ſanctarũ dei, dignetur diſſoluere a te omne opus diaboli, vt de cętero non dominetur tibi inimicus: neque maledictus ſatanas creatura damnata & reprobata, & maledicta a deo in ęternum propter ſuam nequitiã, audeat vexare corpus tuum, aut animã tuã non perturbare ſenſus tuos interiores vel exteriores, nec illudere tibi aliqua illuſione vel perſecutione fantaſtica, ſed plene liberatus a poteſtate ſatanę cum bono ſenſu & ſapientia, cum ſanitate mentis & corporis, ſcias te ipſum gubernare irreprehenſibiliter per bona opera, in laudem & gloriam ſanctiſſimi nominis dñi noſtri Jeſu Chriſti, & beatiſſimę virginis Marię matris eius, & ſaluationem

ſaluationem animę tuę, & conſolationem tui & tuorum. In nomine pa ✝ tris, & fi ✝ lij, & ſpiritus ✝ ſancti. ℟. Amen.

Initium ſancti Euangelij ſecundum Johannem. In principio erat verbũ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tpe: Miſus eſt angelus Gabriel a Deo in ciuitatẽ Galileę, cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſponſatã viro, cui non erat Joſeph de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, & ait angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti. n. gratiã apud Deuz. Ecce concipies in vtero & paries filiuz, & vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Jacob in ęternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum, Quõ fiet iſtud, qm̃ virum non cognoſco? Et rñdens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Idcoqz & qõ naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: & ipſa concepit filiũ i ſenectute ſua: & hic mẽſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia nõ erit impoſſibile apud deũ oẽ verbũ. Dixit autẽ Maria: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecũdũ verbum tuum. Sequentia ſancti euangelij ſm Marcũ. In illo tpe: Recumbẽtibus vndeciz diſcipulis, vt ſupra. In noie pa ✝ tris, & fi ✝ lij, & ſpiritus ✝ ſancti. Amen. Chri ✝ ſtus vincit. Chri ✝ ſtus regnat. Chri ✝ ſtus imperat.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore: Reuerſi ſunt ſeptuagintaduo diſcipuli cum gaudio dicentes: Dñe etiam dęmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cęlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones & ſuper oẽm virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubijciuntur vobis. Gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.

Exorgo maledicte diabole, creatura damnata & reprobata, & maledicta a deo in ęternum propter tuã nequitiã, ſpiritus immunde, vbicunque latitas in corpore iſtius N. recognoſce ſententiã tuã, & cognoſce ſentẽtiã iuſtiſſimę damnationis nequitię tuę. Et licet inuitus & coactus, contra tuã nequiſſimã voluntatẽ, da honorem Deo viuo & vero, da honorem Jeſu Chriſto filio eius, dño & ſaluatori noſtro: da honorem ſpũi ſancto: & recede ab hoc famulo dei N. & nunquã de cętero ad ipſum accedas: qa iſtum ſibi deus & dñs noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque baptiſmatis dono ſuę gratię vocare dignatus eſt. Et hoc ſignum ſancte cru ✝ cis, quod nos in frõte eius damus, tu maledicte diabole damnate atque damnande, ſpiritus immunde, nunquam audeas violare per nomen & per virtutem eiuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Audi

AUdi maledicte ſatana, audi creatura damnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in ęternū propter tuam nequitiam: audi ſpiritus immunde vbicunq; latitas in corpore iſtius N. adiuratus per nomen ęterni Dei ⁊ ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti, cum tua victus inuidia tremens gemensq; diſcede. Nihil tibi cōmune ſit in iſto famulo dei N. da igitur honorez aduenienti ſpiritui ſancto: qui ex ſumma ęli arce deſcendēs perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, ſanctiſſimum deo templum ⁊ habitaculum perfecit: ⁊ ab omnibus penitus noxijs prēteritorum criminum in baptiſmate liberauit, vt ſic perenniter deo gratias referat ſemper, ⁊ benedicat nomen eius ſanctum in ſecula ſeculorum. Amen. Exorcizatio.

EXorcizo te, ⁊ adiuro, ⁊ anathematizo te immunde ſpiritus, creatura dānata, ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a deo in ęternuz propter nequitiam tuā, ſpiritus immūde vbicunq; latitas in corpore iſtius N. in nomine Dei patris, ⁊ in nomine Jeſu Chriſti ✠ filij eius dñi ⁊ ſaluatoris noſtri, ⁊ in virtute ſpiritus ✠ ſancti, vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo Dei N. ⁊ nunquam de cętero ad eum accedas. Ipſe.n. tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus ſupra mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexteram porrexit. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

NEc te lateat maledicte ſatana, ne te lateat creatura damnata, ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a Deo in ęternum pp nequitiam tuam: nec te lateat ſpiritus immunde vbicunq; latitas in corpore iſtius viri, vel mulieris, imminere tibi diem iudicij ſempiterni, diem, qui venturus eſt velut clibanus ardēs: in quo tibi ⁊ omnibus angelis tuis apoſtaticis ęternus ſuperueniet interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atq; damnande, da honorem deo ✠ viuo ⁊ vero: da honorem Jeſu ✠ Chriſto deo ⁊ ſaluatori noſtro: da honorem ſpiritui ✠ ſancto: in cuius nomine atq; virtute ego precipio tibi immūde ſpiritus vbicunq; latitas in corpore iſtius N. vt exeas ⁊ recedas ab eo: ⁊ nunquam de cętero ad eum accedas: quia iſtum deus ⁊ dñs noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiā ⁊ benedictionē fontēq; baptiſmatis dono ſue gratie vocare dignatus eſt, vt fieret eius tēplū p aquaz regenerationis, ⁊ remiſſionez oīum peccatorum per nomen ⁊ virtutem eiuſdem Dei ⁊ dñi noſtri Jeſu Chriſti: Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊c. ℟. Amen.

De ſumma trinitate ⁊ fide catholica cap. Firmiter.

FIrmiter credimus, ⁊ ſimpliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt verus deus, ęternus, immenſus, ⁊ incommutabilis, ⁊ incomprehenſibilis, omnipotens, ⁊ ineffabilis, pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus, tres quidez perſonę, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino. Pater a nullo, filius a patre ſolo, ac ſpiritus ſanctus pariter ab vtroq;, abſq; initio ſemp ac fine: pater generans, filius naſcens, ⁊ ſpiritus ſanctus procedens, cōſubſtantiales ⁊ coęquales ⁊ omnipotentes ⁊ coęterni: vnū vniuerſorum principiū, creator oīuz viſibiliū ⁊ inuiſibilium, ſpūalium ⁊ corporaliū: qui ſua oipotenti virtute ſimul ab initio tpis vtrāq; de nihilo condidit creaturā ſpiritualem ⁊ corporalem,

ralem angelicā videlicet ⁊ mundanā, ac deinde humanā quaſi cōem ex ſpū ⁊ corpore cōſtitutam. Diabolus.n. ⁊ alij dęmones a Deo quidez natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali: homo vero diaboli ſuggeſtione peccauit. Hęc ſancta trinitas ſecundum cōem eſſentiā indiuidua, ⁊ ſecunduz perſonales proprietates diſcreta per Moyſen ⁊ ſanctos prophetas alioſq; famulos ſuos ordinatiſſimam diſpoſitionem tpum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem vnigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus a tota trinitate cōmuniter incarnatus, ex Maria ſemper virgine ſpiritus ſancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex aīa rationali ⁊ humana carne compoſitus, vna in duabus naturis perſona, viā vitę manifeſtius demōſtrauit. Qui cū ſecundum diuinitatē ſit immortalis ⁊ impaſſibilis, idem ipſe ſm humanitatem factus eſt paſſibilis ⁊ mortalis: qui etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus ⁊ mortuus deſcendit ad inferos, reſurrexit a mortuis, ⁊ aſcendit in ęlum, ſed deſcendit in anima: ⁊ reſurrexit in carne: aſcenditque pariter in vtroque venturus in fine ſeculi, iudicaturus viuos ⁊ mortuos, ⁊ redditurus ſingulis ſecundum opera ſua tam reprobis quam electis: qui omnes cum ſuis proprijs reſurgent corporibus, quę nunc geſtant, vt recipiant ſecundum opera ſua ſiue bona fuerint, ſiue mala, illi cū diabolo pēnā perpetuā, ⁊ iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam. Una vero eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra q̄z nullus oīno ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos eſt ⁊ ſacrificium Jeſus Chriſtus: cuius corpus ⁊ ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini veraciter continetur, tranſubſtantiatis pane in corpus, ⁊ vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſteriū vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtique ſacramētū nemo pōt cōficere niſi ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundū claues eccleſię: quas ipſe conceſſit apoſtolis eorūq; ſucceſſoribus Jeſus Chriſtus. Sacramētuz vero baptiſmi, quod ad Dei inuocationez, ⁊ indiuidue trinitatis, videlicet patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti conſecratur in aqua, tam paruulis quam adultis in forma eccleſię a quocunque rite collatū proficiat ad ſalutem: ⁊ ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi, quiſquā prolapſus fuerit in pcīm, per veram pōt ſemp pęnitentiā reparari. Nō ſolū aūt virgines ⁊ cōtinētes, verū ēt cōiugati per fidē rectā, ⁊ per operationē bonaz placētes deo ad ęternā merentur beatitudinē peruenire. Hoc vero ſacro approbante concilio credimus ⁊ confitemur, quod vna quędaz ſumma res eſt, incōprehenſibilis quidē ⁊ ineffabilis, quę veraciter eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus, tres ſimul perſonę ⁊ quęlibet earum ſingillatim illa eſſentia eſt.

Symbolum Athanaſij epiſcopi. Quicunque vult ſaluus eſſe. folio 101.

IN huius igitur veritatis firmiſſimę atque certiſſimę virtute, te immunde ſpiritus atque ſpurciſſime ⁊ miſerrime, quicunque es, ſiue vnus, ſiue plures, quomodocunque ad hunc famulum omnipotentis dei, ⁊ templum eius in baptiſmo creatum, vel in cibo, vel potu, vel quacunque malefica ſuperſtitione, vel tua malignitate nequiſſima, aut exigentibus culpis, ⁊ criminibus

nibus suis,ad ipsuz accessuz habere presumpsisti,vel presumpsistis: vbicunque latitas vel latitatis in hoc famulo dei N. a plãta pedis vsqz ad verticez, vel in vestibus,siue aliquibus sibi adherentibus,in loco habitationis eius: vel vbicunque sis,te requirimus,te citamus:z temerariã,z presumptuosam inuasionem,agitationem z perturbationem huius famuli dei N. iniustissimam ex parte tua,z nequissima voluntate tua interdicimus,nõ nostris viribus,sed fortiori potestate omnipotentis dei z domini nostri Jesu Christi filij eius:qui superueniens in atriuz mundi huius principem tuum cum omnibus immundis z miserrimis satellitibus infernalibus vicit,z vasa diripuit.

Audi ergo qõ iniuste z iniquissime hunc dei famulũ inquietare psumpsisti.Nã cuz pp inobedientiaz primi parentis nostri Ade,iustitia iustissimi dei nostri omnipotentis permittente iniquissimus princeps tuus ipsuz z oẽm posteritatẽ tuã ab eo seminali ratione propagataz durissima tyrãnide per multa annorũ spatia oppressisset,feriret dire,in vinculis carceris infernalis teneret,tandẽ adueniente plenitudine temporũ misit Deus pater pijssimuz filiũ suũ natuz ex intemerata virgine,factuz sub lege.Et cuz princeps tuus improbus ac temerarius exactor,in vnigenitũ Dei filiuz mediatorẽ Dei z hoium,agnuz tollentẽ peccata mũdi demencia sua sacrilega attẽtasset inuadere z ferire,tãdẽ post Herodis impij in eũ persecutionẽ,post otumelias, conuicia,opprobria,immisit in cor proditoris Jude,z impiorũ iudeorũ: z ipso agno mansuete volente,z voluntarie se pro redemptione offerente vinciri fecit,z flagellari,iniuste condemnari,nudari,z in cruce affigi. Que oia mitissimus agnus dei omnipotentis filius pro salute nostra,quia ipse voluit,patulit:vt nos z hunc famulum Dei N. a vinculis oĩum immundoꝝ spirituũ liberaret,liuore suo sanaret,ab erũna eriperet,dominatione nudatos a vobis impijs latronibus infernalibus, reindueret veste innocentie,z gratie: q̃ nos in protoplasto parente contra omnipotentis dei imperium rapuimus, exoluit,offerens se fructum benedictuz ventris gloriose viginis,pro interdicti fructus esu:cruore ex quinque vlneribus largiter fuso,redemit:morte sua gloriosa nostraz destruxit:z principez tuũ cũ oibus satellitibus ac apostaticis immundis spiritibus, cuz crederet se in ipso aliquid sui inuenire, captiuauit: z nos credentes maxime sibi liberauit. Inter quos z de quoruz numero dono gratuite misericordie sue,nos esse profitemur.Et potestatẽ discipulis suis dedit calcandi super vos immundos spiritus:z ad inuocationem suis sanctissimi nominis virtutẽ z ptãtem expellendi vos immundos spiritus ab obsessis corporibus,vel domibus, vel habitaculis:z in virtute z iustitia passionis sue qua dilexit nos,lauit nos a peccatis in sanguine sue innocentie vos eijciendos tradidit. In virtute igitur z honore huius summi Imperatoris regis regum,z domini dominantium,dñi Jesu Christi:in cuius nomine omne genu flectitur,celestium,z terrestrium,z infernoruz:qui venturus est iudicare viuos z mortuos:z seculum per ignem:nos quos de numero discipulorum,licet indignos,esse voluit: per quos in persona sua panis z vinum, vt

pote

pote in verbo creatoris,virtute spiritus sancti in carnem z sanguinem transubstantiatur:te ✠ requirimus,te ✠ citamus,tibi ✠ precipimus,inter ✠ dicimus,ac diffinitiue ✠ prohibemus:vt ✠ nunc exeas,z opera tua vel aliorũ maleficia operata quomodocunque dissoluas,z amoueas:z nunquã de cetero in eo causes,vel facias,nec per te nec alios illa vel similia. Contradicentes vero,z contra stimulum calcitrantes sicut durissimos Pharaones obduratos anathema ✠ tizamus z excommunica ✠ mus propter obsessiones z molestiam huius creature omnipotentis dei N. ita quod de cetero non presumatis neque vos neque alij vice vestra immundi spiritus molestare, inquietare, perturbare corpus,nec sensus eius interiores vel exteriores, a planta pedis vsque ad verticem, nec aliquid ipsius attingere. Si vero aliquid iuris allegare presumitis:interponimus pretiosissimum sanguinem immaculati agni domini nostri Jesu Christi:qui vt scripsit Johannes Euangelista,est propitiatio pro peccatis nostris:z non tantum pro nostris, sed etiam totius mundi:etiam si essent mille mundi.Qui etiam supra splendorem solis apparens beato Paulo,cum mitteret eum ad predicandum in omnes gentes z populos dixit,vt conuertantur a tenebris ad lucem,a potestate sathane ad deum viuum,accipere remissionem peccatorum,z sortem inter sanctos,que est per fidem,que est in me dixit sanctissimus z tremebundus Imperator celestis dominus Jesus Christus. Hanc vero fidem z hic famulus dei z nos firmiter credimus,z simpliciter confitemur:z in ea velle viuere z mori profitemur. Cum igitur nil iuris habeatis in eum, vti maligni inuasores,z iniqui vsurpatores,predones, z latrones infernales discedite ab hoc famulo dei,z sanctissimi summi ✠ Imperatoris nostri,quem nos z vos z omnis creatura contremiscit,discedite a domo,z ab omni loco habitationis eius,z omnium fidelium:super quos inuocatum est nomen bonum z gloriosum suum Imperatoris nostri Jesu Christi:z ite sine mora in locum desertum, vel in locum Sodome z Gomorrhe.Quod si pertinaciter adhuc resistitis,z inobediẽtes huic nostro mandato,quin potius contumaces ac rebelles contra stimulum omnipotentis dei calcitratis,quod non cedet vobis impune: quia non homines, sed omnipotentem z summum Imperatorem deum contemnitis : In eius nomine z autoritate atque virtute vos exorci ✠ zamus,preci ✠ pimus, ✠ anathema ✠ tizamus,prohi ✠ bemus, z interdi ✠ cimus molestiam z inquietationem,z perturbationem istius creature dei N z omnium hic astantium,z fidelium:presertim huius habitationis omnipotentis Dei. Nam que conuentio lucis ad tenebras.z Christi ad belial? Ecce nunc inuocamus omnipotentem z summum Imperatorem dominum nostrum Jesum Christuz, cuius gloriosum nomen z inuocationem temere velut ille obduratus Pharao contẽnitis,z huiusqz cõtempsistis,beatissimaz virginez dei genitricem Mariam,z omnes angelicos beatos spiritus,z ciues supernos,patres nostros patriarchas,prophetas,apostolos,martyres,

tyres,ꝛ confeſſores atque virgines,ꝛ ſpeciales patronos noſtros beatiſſimū ℣Dominicum patrem noſtrum, ℣Petrum martyrem glorioſum, ℣Beatum Thomam, beatum Vincentium, beatum Antonium Epiſcopum ꝛ confeſſorem: qui multos de ſatellitibus veſtris in digito omnipotentis ℣Dei eiecerunt: beatiſſimam Catherinā Senenſem virginem ꝛ ſponſam Jeſu Chriſti puriſſimam: quę mirabili gratia ℣Dei contra vos dęmones pręualuit, ſanctū ℟. vel ſanctam ℟. vel ſanctos ℟. qui faciem ℣Dei omnipotentis contemplantur: qui vos ſiue vnum ſiue plures quandocunque acceſſum habere pręſumpſeritis ad hunc famulum ℣Dei ℟. vel ad locū habitationis eius, per ſanctū angelum ab omnipotente miſſum ante diem tremebūdi iudicij, quemadmodum per beatum ℣Bartholomęum in Jndia fecit Aſtarotb ꝛ Berith, cathenis igneis alligabit: ꝛ in abyſſum gehennę infernalis, ꝛ lacus ignis ardentis ſulphurem mittit: cuius fumus aſcendet in ſecula ſeculorum. Amen.

DAte itaque honorem omnipotenti ℣Deo, ac ſummo Jmperatori ℣Deo pa✝tri, ꝛ fi✝lio eius domino Jeſu✝Chriſto: qui dilexit ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo: in cuius nomine omne genu flectitur, cęleſtium, terreſtrium, ꝛ infernorū: ꝛ ſpiritui✝ ſancto, in cuius nomine atque virtute hoc peremptorio ꝛ diffinitiuo mandato prędi✝cimus, mandamus,✝ arctamus,✝ ꝛ anathematizamus,✝ vt recedatis ab hoc famulo ℣Dei ℟. ꝛ a loco habitationis eius, ꝛ omnium fidelium, abſque lęſione alicuius, in deſertuꝫ locum, vſqꝫ ad diem tremebūdi iudicij: ita q⁹ de cętero huc appropinquare, neque vos neqꝫ alij vice veſtra valeatis ad inuadendum, inquietandū, ꝛ perturbandum hunc famulum ℣Dei ℟. neque ſenſus eius exteriores, vel interiores, neqꝫ aliquem de hic habitantibus: quia ipſos ℣Deus ꝛ dominus noſter Jeſus ad ſuam ſanctā gratiā ꝛ bene✝dictionem fontemqꝫ baptiſmatis dono vocare dignatus eſt: vt fieret eius templum per aquam regenerationis ꝛ remiſſionem omnium peccatorum, per nomen ꝛ virtutē eiuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti, Qui venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculum per ignem. ℣Deo autem gratias, qui nobis per Jeſuꝫ Chriſtum dominum noſtrum victoriam donauit.

QUam itaque iniquiſſimus ſatanas caput ꝛ princeps iniquorum omniuꝫ, qui tyrannidem ſuam ſolus exercitare poterat in filios Adę, ab ipſo ſeminali ratione propagatos, extendere pręſumpſerit in ſummum Jmperatorem ꝛ Regem Regum, ꝛ dominum dominantium, ℣Deum, ꝛ omnipotentis ℣Dei vnigenitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam: ꝛ ob hoc ab ipſo domino noſtro Jeſu Chriſto ſaluatore noſtro, quī dilexit nos, ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, cum ſocijs ſuis angelis ꝛ dęmonibus apoſtaticis, de quorum numero es tu miſerrime ꝛ iniquus inuaſor, excęcate, ꝛ ab eo iudicate, ſuperate, captiuate, vincte fuerit: ꝛ nos in ipſum credentes, ꝛ in virtute trinitatis deificę baptizatos, ꝛ a/

tana idem filius dei eripuerit iuſte ꝛ potentiſſime: ꝛ proteſtatus ſit beato ℣Paulo apoſtolo ſuo apparens ei ſupra ſplendorem ſolis lucidior in via, media die: Jdcirco maligniſſime, ſpurciſſime, miſerrime ſatana ꝛ immundiſſime ſpiritus, iam tertio exorcizo te, ꝛ adiuro te in nomine omnipotentiꝫ ꝛ ſummi Jmperatoris noſtri Jeſu Chriſti, vt recedas ab hoc famulo dei ℟. ab omni loco creaturarum eius. Nam quę ſocietas lucis ad tenebras, ꝛ Chriſti ad belial? Et nunc cum velut alter pharao induratus, non nos tantum ſeruos ꝛ miniſtros eius, ſed mandata ſummi Jmperatoris ℣Dei contumaciter contempſeris, idcirco ex parte omnipotentis ℣Dei, ſancte ꝛ individuę trinitatis, videlicet pa✝tris ꝛ fi✝lij eius domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dilexit nos: ꝛ ſpiritus✝ ſancti, quem effudit in nos abunde per lauacrum regenerationis, qui eſt inuicte virtutis, ꝛ inſuperabilis imperij ſemper magnificus triumphator: qui diabolicę dominationis vires reprimit, ꝛ potenter expugnat: qui te refugam ꝛ immundum ſpiritum, diabolum, ꝛ dęmonem infernalem cum ſocijs dęmonibus ſuperbiſſimis gehennę deputauit incendijs, tibi iterum prędi✝cimus, anathema✝tizamus, ꝛ exorci✝zamus, vt velociter abſque offenſa alicuius pręſentium, vel abſentium, ſuper quos inuocatum eſt nomen glorioſum ſummi Jmperatoris dñi noſtri Je✝ſu Chri✝ſti, recedas ab hoc famulo dei ℟. vel loco, vel monaſterio, vel territorio huius patrię: ꝛ vadas in locum deſertum, ita quod de cętero non pręſumas ad ipſum accedere, nec corpus eius interius vel exterius per maleficia tua aberrare facere, neque ad locum iſtud appropinquare, inquietare, vel moleſtare ipſum, vel aliquem vel aliquos hic habitantes, a planta pedis vſque ad verticem. ℣Per virtutem eiuſdem domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos.

ITem eadem authoritate eiuſdem ſummi Jmperatoris, ꝛ inuictę virtutis eius: qui te refugam atque apoſtatam diabolum gehennę deputauit, ꝛ in virtute totius curię cęleſtis, ſcilicet, intemeratę ſemper virginis ℣Marię beatiſimę matris vnigeniti filij ℣Dei ſaluatoris noſtri, ꝛ omnium cęleſtiū beatorum ordinum, ꝛ triplicis hierarchię ſcilicet, ſeraphim, thronorum, dominationum, virtutum, poteſtatum, principatuum, archangelorum, ꝛ angelorū: qui ſemper vident beatiſſimam faciem patris omnipotentis in cęlis, patrum noſtrorum patriarcharum, prophetarum, ſanctiſſimorum Apoſtolorum ℣Petri ꝛ ℣Pauli, ꝛ aliorum apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, atque ſanctarum virginum, ꝛ omnium electorum eius, prędipue autem beatiſſimorum patronorum noſtrorum, videlicet ℣Beati Dominici patris noſtri, glorioſi ℣Petri martyris, ℣Beati Thomę, ℣Beati Vincentij, ℣Beati Antonini epiſcopi ꝛ cōfeſſoris: ꝛ ℣Beatę Catherinę de Senis, ꝛ officij mei ſacerdotalis, cuius miniſterio in ſacrificio altaris verum corpus ꝛ ſanguis Chriſti conficitur omnipotenti virtute dei noſtri, te refugam apoſtatam miſerrimum immundum ſpiritum, ꝛ diabolum in his ſcriptis excommunicamus, ꝛ excommunicatum decernimus: orantes omnipotentem ℣Deum noſtrum, a cuius domicilio mi/

ferrime,cum diceres cum principe tuo, in celum conscendam, cecidisti, & ex angelo effectus es immundus diabolus & satanas: vt per merita passionis sue & iustitiam,ipse deus & dominus noster Jesus Christus, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo,pro cõtemptu maiestatis sue iuste tibi retribuens,& per merita & intercessionem omnium supernorum ciuium mittat angelum lucis sanctum & bonum:qui te contemptorem sanctissimi nominis & vexilli summi Imperatoris catenis igneis alligatum,quotiescunque ad hunc famulum Dei N. vel locum eius presumpseris appropinquare,tradat in abissum inferni,& lacum ignis & ardentis sulphuris,vbi ante diem extremi iudicij excrucieris die ac nocte:& fumus tormentorum tuorum ascendat in secula seculorum. Amen. In nomine pa ✝ tris,& fi ✝ lij, & spiritus ✝ sancti. Amen. Qui non diligit dominum Jesum anathema sit. Amen.

℣ Finit exorcismus.

INCIPIT EXORCISMVS optimus contra demoniacos & maleficiatos, & incantationes,& facturas,& domos a diabolo vexatas. Cap.12.

IN nomine sancte & individue trinitatis contra omnes maleficiorum vanitates,& incursus demonum signum sancte crucis ✝ saluatoris nostri Jesu Christi tolle potestatem,tolle impetum satane & angelorum eius: & non permittas nocere isti creature Dei N. sed vadant in loca arida. Memento nostri domine,sicut iurasti patribus nostris Abraham, Isaac,& Jacob,vt inde exeant & recedant ab hac creatura Dei N. & vadant in loca arida & sterilia,inaquosa,& inhabitabilia. Vade retro satana cum angelis tuis apostaticis, Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos,& seculum per ignem.

ADiuro vos angeli tartarei per eum,qui vos eiecit de superno celorum habitaculo:qui fertis malum contra genus humanum. Adiuro ✝ vos per quatuor euangelistas,& per tremendum diem iudicij, & per terribilem iudicem. Et adiuro vos per nomina sacratissima omnipotentis Dei, videlicet. Messias ✝ Sother ✝ Emanuel ✝ Sabaoth ✝ Adonai ✝ Unigenitus ✝ Via ✝ Vita ✝ Veritas ✝ Omousion ✝ Principium ✝ Primogenitus ✝ Sapientia ✝ Fons ✝ Origo ✝ Paracletus ✝ Mediator ✝ Agnus ✝ Ouis ✝ Alpha & omega ✝ Caput & finis ✝ Simul vocitatus ✝ Serpens ✝ Aries ✝ Leo ✝ Vermis ✝ Verbũ ✝ Splendor ✝ Lux ✝ Imago ✝ Gloria ✝ Sol ✝ Panis ✝ Flos ✝ Vitis ✝ Mons ✝ Janua ✝ Terra ✝ Lapis angularis ✝ Spõsus ✝ Pastor ✝ Prophetes ✝ Sacerdos ✝ Athanatos ✝ Iscbiros ✝ Pantheon ✝ Eleison ✝ Aquila ✝ Tetragrammaton ✝ Dominus Jesus Christus. ✝

Per

Per nomina ista sacratissima adiuro ✝ vos & contestor angeli satane, ita presentes sicut absentes,ita absentes sicut presentes, vt exeatis & recedatis cum maleficijs & iniquitatibus vestris ab hac creatura Dei N. & eatis ad deserta loca & arida, vbi non aratur,nec seminatur,nec nomen domini inuocatur,nec nominatur:nequando in die iudicij ante tribunal Christi venientes dicatis,nullus nobis contradixit, nullus nos coniurauit. Ego vero ex parte omnipotentis dei sancte & individue trinitatis, videlicet patris, & filij & spiritus sancti coniuro vos & contradico vobis,vt exeatis de corpore,& de membris istius creature: vobis etiam contradicit ipse pater domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Increatus ✝ pater. Increatus ✝ filius. Increatus ✝ spiritus sanctus. Immensus ✝ pater. Immensus ✝ filius. Immensus ✝ spiritus sanctus. Aeternus ✝ pater. Aeternꝰ ✝ filius. Aeternus ✝ spiritus sanctus.

EGo coniuro vos demones per pa ✝ trẽ,& p fi ✝ lium,& per spiritũ ✝ sanctum:per angelos: ✝ per archangelos: ✝ per thronos: ✝ & dominationes: ✝ principatus: ✝ potestates: ✝ cherubim: ✝ & seraphim ✝ & virtutes celorum: ✝ & recuperationem animarum: ✝ & per omnia mirabilia, que fecit dominus in celo & in terra,vt nomina vestra manifestetis: & inde exeatis cum iniquitatibus vestris,& maleficijs. Per eum,qui venturus est iudicare viuos & mortuos,& seculum per ignem.

COniuro vos malignos spiritus per virtutem Dei omnipotentis, & sanctissimum & dulcissimum lac,& sacrosancta vbera virginis Marie, que lactauerunt Jesum Christum dominum nostrum filium dei, vt dicatis mihi quomodo intrastis in corpore,siue in persona huius creature dei N. Et cito inde exeatis. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen.

ADiuro vos per preciosissimum sanguinem,qui exiuit de latere Christi in cruce pendentis: & adiuro vos per gloriosam virginem Mariam matrem eiusdem dei & domini nostri Jesu Christi: & per millia millium angelorum deo ministrantium: & per collegium apostolorum. Coniuro vos etiã per quatuor euangelistas, Matthẽum & Marcum, Lucam & Johannem, & per septẽ celos, & per viginti quatuor seniores, & per diem tremendi iudicij, & per quatuor animalia, que assistunt ante thronum Dei, ✝ & per celum, & per terram, ✝ solem, ✝ & lunam, ✝ & stellas, ✝ & eorum nomina, ✝ & per sanctos patriarchas,scilicet Abraham, Isaac & Jacob, vt statim exeatis de corpore,siue de membris & persona istius creature dei N. & de domo eius,audito nomine sanctissimo dei tetragrammaton, cito procul fugiatis & vadatis in loca,vbi non noceatis aliquibus fidelibus christianis. Per virtutem eiusdem domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos,& seculum per ignem. ℟. Amen.

ADiuro vos demones per patrem ✝ & filiũ ✝ & spiritum ✝ sanctum, & omnes or ✝ dines angelorum deo ministrantium, ✝ & per senatum.

Om ij apostolorum

apoſtolorũ ✠ ⁊ per centum quadragintaquatuor millia martyrũ: vt amplius non habeatis licentiã, nec poteſtatez ſuper banc creaturam Dei N. vel domũ eius: fugite miſeri ⁊ ſceleſtiſſimi hinc: ⁊ defluere vos faciat Deus, ſicut defluit cera a facie ignis: vt amplius non habeatis poteſtatez faciendi vllum dolorem vel timorem, vel damnum, nec vllum malum ſuper carnem, nec in carne, nec in membris huius creaturę Dei. N. vel in domo eius. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Initium ſancti euangelij ſecundum Johannem. In principio erat verbum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

CUm natus eſſet Jeſus in Bethleem Judę in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam dicentes. Vbi eſt qui natus eſt rex Judęorum? Vidimus enim ſtellã eius in Oriente, ⁊ venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt: ⁊ omnis Jeroſolyma cum illo. Et cõgregans omnes principes ſacerdotum ⁊ ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Judę. Sic enim ſcriptum eſt per prophetã. Et tu Bethleẽ terra Juda, nequaquã minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populũ meũ Jſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tẽpus ſtellę, quę apparuit eis. Et mittẽs illos in Bethleem dixit. Jte, ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cũ inueneritis renunciate mihi, vt ⁊ ego veniens adorẽ eũ. Qui cũ audiſſent regẽ, abierũt. Et ecce ſtella, quã viderãt in Oriẽte, antecedebat eos vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntez autem ſtellã gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ, inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius: ⁊ procidentes adorauerũt eũ. Et aperis theſauris ſuis obtulerũt ei munera, aurũ, thus, ⁊ myrrhã. Et rẽſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ, per aliã viã reuerſi ſunt in regionẽ ſuaz. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpũ. Oremus. Oratio.

GRatiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: ⁊ illud lumen ſplendidum cordibus noſtris irradia, quod trium Magorum mentibus inſpiraſti. Per Chriſtum dominum. ℟. Amen. Coniuratio.

COniuro vos dęmones infernales, ſpiritus malignos per patrem, ✠ per filium, ✠ ⁊ per ſpiritum ſanctum, ✠ vt non mentiamini, ſed dicatis mihi veritatem, quis eſt ille, qui debet vos hinc expellere de perſona huius creaturę Dei N. vel de domo eius: vt omnes aſtantes intelligant, ⁊ audiãt veritatẽ, alioquin mittam vos in profundum inferni, in loca pęnarum magnarum, de quibus non exibitis, per virtutem domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Hic repete ſuperiorem coniurationem cum magna fide ⁊ efficacia: ⁊ videbis mirabilia. Coniuratio.

COniuro vos Spiritus immundos dęmones infernales, qui hanc creaturam affligitis: vt faciatis mandata Dei, ⁊ non mittam vos in profundũm inferni, per patrem ✠ ⁊ filium ⁊ ✠ ſpiritum ✠ ſanctum. ✠ vide dęmõ, qualiter

qualiter per potentiã altiſſimi Dei viui ⁊ veri es conſtrictus ⁊ victus. Ideo ſcelerate ⁊ nequiſſime fuge, non eſt iam differendi tempus. Quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus vos coarctat. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Pater noſter. Aue Maria.

COniuro vos ſpiritus immundos, In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, ⁊ per virtutem ✠ angelorum ſanctorum, patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, atque ſanctarum virginum, ita pręſentes ſicut abſentes, ita abſentes, ſicut pręſentes vbicunq; ſitis, vt exeatis ⁊ recedatis ab hac creatura Dei N. cum maleficijs ⁊ iniquitatibus veſtris, per virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem. Coniuratio.

COniuro vos neqiſſimi ſpiritus per Deum patrem ✠ omnipotentẽ, ⁊ per virtutes cęlorum, ⁊ per ſacroſancta vbera ⁊ lac beatiſſimę virginis Marię, quę lactauerunt dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ Dei viui, vt exeatis de corpore ⁊ membris vel perſona huius creaturę Dei N. ⁊ de domo eius, per virtutem eiuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

IN illo tempore: Egreſſus Jeſus ſeceſſit in partes Tyri ⁊ Sidonis. Et ecce mulier Chananęa a finibus illis egreſſa clamauit dicens ei: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male a dęmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait: Nõ ſum miſſus niſi ad oues, quę perierunt domus Jſrael. At illa venit, ⁊ adorauit eum, dicens. Domine adiuua me. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorũ, ⁊ mittere canibus. At illa dixit: Etiam dñe. Nam ⁊ catelli edũt de micis, quę cadunt de menſa dominorũ ſuorum. Tunc reſpondẽs Jeſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

OMnine Jeſu Chriſte clementiſſime redemptor noſter, qui humano generi innumera beneficia cõtuliſti, te ſuppliciter deprecamur per omnia ⁊ ſingula dona, ⁊ beneficia nobis collata, ⁊ maxime per natiuitatem tuaz ſanctam: qua ex puriſſima virgine, carne noſtrę mortalitatis aſſumpta, huic mundo naſci dignatus es ad ſalutem: ⁊ per annunciationem, quam angeli fecerunt paſtoribus: ⁊ per gaudium, quod ipſi habuerunt: ⁊ per circunciſionẽ tuam ſanctiſſimaz: ⁊ per honorem, quem tibi fecerunt illi tres Reges ⁊ Magi: ⁊ per munera quę tibi obtulerunt, ⁊ per pręſentationez tui in templo: per conſolationem Symeonis ⁊ Annę: ⁊ per ſanctificationem baptiſmi tui: per ieiunium quadraginta dierum: ⁊ per afflictionem ipſorum: per ſanctam prędicationem tuam: per opera miraculorum tuorum magnorum: per liberationem multorum a dęmone obſeſſorum: per lotionem pedum diſcipulorum ⁊ apoſtolorum tuorum: per conſecrationẽ tui ſanctiſſimi corporis ⁊ ſanguinis:

Sacerd. Om iij per

per famem ⁊ sitim tuam: ⁊ per acerbissimam mortem tuam: ⁊ gloriosam resurrectionem, atque admirabilem ascensionem tuam, liberare digneris hāc creaturam tuam N. ab omni potestate maligni spiritus. Qui vivis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate. ⁊c.

EGo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ⁊ non audeas nec debeas molestare vel nocere, nec vllam lęsionem facere super hāc creaturam dei N. per virtutem domini nostri Jesu Christi, ⁊ gloriosę virginis Marię. Et sicut ipse dominus noster Jesus Christus dignatus est expellere de corpore filię Chananęę dęmonem, illaꝫ male vexantem, ⁊ sanare eam, ita sanare ⁊ liberare dignetur hanc creaturam suam N. petentez a dęmone liberari: ⁊ per virtutē suam te expellat, vt vadas in loca, vbi nulli christiano nocere possis. Quia ipse est qui venturus est iudicare vi. Cōiuratio.

COniuro te maledicte satana per virtutem domini nostri Jesu Christi ⁊ omnium sanctorum ⁊ sanctarum Dei, vt mihi respondeas ⁊ dicas, quis est ille, qui debeat te binc expellere: ⁊ cede binc, alioquin mittam te in profundum abyssi cum sequacibus tuis, vt non noceas alicui creaturę Dei, creatę ad imaginem ⁊ similitudinem suam. Imperat hoc tibi idem Deus ⁊ dominus Jesus Christus. Qui venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos. ⁊c. Audi scelerate ⁊ maledicte. Deuz qui te genuit dereliquisti, ⁊ oblitus es dñi creatoris tui. Deinde dicter Pater noster ⁊ Aue Maria. Hęc repete supra positam coniurationem modo suprascripto. Et si diabolus nomen suum, vel nomina sua reuelaret, scribe illud, vel illa in cedula: ⁊ postea fac ignem nouum, ⁊ scripta in cedula nomina illorum spirituū proijce in ignem, dicendo super ignem ista verba. Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis, ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem.

COniuro te creatura ✠ ignis per illum, qui orbem contremiscere facit, quod istos spiritus comburas ⁊ affligas taliter, quod sentiant pęnas importabiles ⁊ intolerabiles in virtute dñi nostri Jesu Christi: ⁊ verbis, q̄ de illo dicuntur, qui orbem tremere facit, in cuius nomine ⁊ virtute ego pręcipio vobis dęmones, vt exeatis ab hac creatura Dei N. vel ab hac domo, vt amplius non molestetis eam. Per eundem Deum ⁊ dominum nostrum Jesum Christum: Qui venturus ⁊c. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Chr̄e, qui voluisti p mūdi redēptione de virgine Maria nasci: in carne tua sanctissima circūcidi: a Judęis reprobari, a Juda proditore osculo tradi, vinculis alligari, ⁊ sicut agnus innocens ad victimaꝫ duci: atque in conspectu Annę ⁊ Caiphę, Pilati ⁊ Herodis indecenter offerri: a falsis testibus accusari: a discipulo negari: flagellis opprobrijsq; vexari: ⁊ spinis coronari: sputis conspui, colaphis cędi, palmis percuti, arundine verberari, clauorum aculeis perforari, in cruce leuari, inter latrones deputari: felle ⁊ aceto potari, ab hominibus blasphemari, lancea vulnerari, ⁊ in cruce mori. Tu domine per has sacratissimas pęnas ⁊ passiones tuas, quas ego

ęgo indignissimus recolo, ⁊ per sanctam crucem ⁊ mortem tuam liberare digneris hanc creaturam tuam N. a miserabili oppressione satanę ⁊ ministrorum eius, ⁊ perducere eam digneris ad pristinam sanitatem fracto vinculo inimici cuiuscunque generis maligni. Qui vivis ⁊ regnas. Deinde sępius repete ista verba quę sequuntur donec recedant.

Sed, si diabolus responderet, ⁊ diceret quod sit anima alicuius defuncti, non ei credas, quia est hęresis, sed insta quod dicat nomen proprium: quod habuit ab initio, quando fuit expulsus de cęlo, Pete etiam cuius ordinis erat: ⁊ nomen sui superioris: ⁊ qua de causa intrauit in illud corpus. Et coniura ipsum, quod non discedat sine tua licentia, ⁊ quod cogatur dare signum suę egressionis, dimittendo personam oppressi liberaꝫ ⁊ expeditam, sicut erat in illa hora, quando fuit baptizata.

Coniurationem sequentem dicat sacerdos cum magna efficacia, ⁊ repetat eam sicut ei videbitur. Et quoties eam repetit, pęnam augeat ⁊ accrescat.

PRęcipio ex parte sanctissimę trinitatis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: ⁊ per merita sacratissimę passionis dñi nostri Jesu ✠ Christi: ⁊ per merita omnium sanctorum ⁊ sanctarum, q̄ sunt in paradiso, quod si datū fuit aliquid per maleficium ad comedendū, vel bibendum huic creaturę N. Aut si vos maledicti diaboli portastis in corpore suo, aut composuistis aliquid in eodem, non habeatis facultatē vel potestatē vel virtutē cōseruandi, agitandi, vel mouēdi: ⁊ quod amoueatis ipsam facultatem, potestatē, ⁊ virtutē, ⁊ quod cogamini dissipare oēm laqueū, nodū ⁊ compositionē, q̄ fuissent in prędictis rebus: ⁊ quod fitis astricti ⁊ cōpulsi ea disiungere, separare, ⁊ remouere a visceribus, ✠ ⁊ ab intestinis, ✠ ⁊ ea per secessum emitti facere deorsum, sine aliqua lęsione animę ⁊ corporis istius creaturę Dei N. Rursuz vobis diabolis, si prędentaliter estis in hoc corpore prędicipio ex parte sanctissimę trinitatis pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti, quod non habeatis facultatem standi, mouendi, ⁊ abscondendi vos in aliqua parte corporis huius creaturę Dei N. nec in quatuor humoribus, videlicet sanguine ✠ cholera ✠ phlegmate ✠ ⁊ malanconia: ✠ nec in carne, ✠ nec in ossibus, ✠ nec in medullis, ✠ nec in neruis, ✠ nec in venis, ✠ nec in omnibus iuncturis corporis ✠ nec in pedibus ✠ nec in suris, ✠ nec in tibijs ✠ nec in lateribus ✠ nec in renibus ✠ nec subtus renes, ✠ nec supra renes, ✠ nec in dorso, ✠ nec in spatulis, ✠ nec in brachijs, ✠ nec in manibus ✠ nec in vnguibus ✠ neque in corde, ✠ neque in hepate, ✠ nec in splene, ✠ nec in interioribus. ✠ neque in pulmone ✠ nec in intestinis superioribus vel inferioribus ✠ maioribus vel minoribus ✠ nec in ventre, ✠ nec in stomacho, ✠ nec in pectore, ✠ nec in gutture, ✠ nec in collo, ✠ nec in facie, ✠ nec in mento, ✠ nec in maxillis, ✠ nec in dentibus ✠ nec in genijs, ✠ nec in lingua, ✠ nec subtus linguam, ✠ nec supra linguam, ✠ nec in palato ✠ nec in naso, ✠ nec in oculis, ✠ nec in auribus ✠ nec in cerebro, ✠ nec in panniculis cerebri, ✠ nec in arterijs, ✠ nec in fęcibus

corporis, ✠ nec in alijs rebus vel locis corporis, vel extra corpus, neque in/trinſece, ✠ neqꝫ ſuperficialiter, ✠ nec in capillis, ✠ nec in pilis, ✠ nec in veſtimentis, ✠ nec in genitalibus, ✠ nec in ano, ✠ nec in teſtibus ✠ nec in vmbilico, ✠ neque in eius circunſtantibus, ✠ neque in alijs locis, ad quę ire habeat, aut ſtare: ✠ ſed inuiti, ⁊ vi, ⁊ virtute ℣ei compulſi nunc cogamini vos manifeſtare, ⁊ illis partibus in quibus eſtis, aliquam leſionem facere in ſignum preſentię veſtrę. Item precipio vobis ex parte ſanctiſſimę trinitatis patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: ꝙ diſcedatis ex omnibus partibus iſtius corporis ℣. creaturę ℣ei, vbi eſtis a planta pedis vſque ad verticem, ⁊ quod fugiatis extra ipſum corpus fugiendo per illam viam, quę ſit magis libera ⁊ expedita, ſicut per os ſtomachi, per pectus, per guttur, per os, cum ſigno manifeſto quod fugiatis extra corpus ſuũ. Itẽ vobis precipio ex parte ſanctiſſimę trinitatis, patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, quod nõ habeatis poteſtatem accipiendi adiutorium vel ſuccurſum ab alijs ꝺemonibus vel diabolis: nec petendi alios ꝺemones vel diabolos in adiutorium veſtrum: nec mittere ſeu ponere alios ꝺemones in loco veſtro. Et quod cogamini diſcedere taliter, quod nunquam nec vos, nec alij diaboli habeatis authoritatem, facultatẽ, vel poteſtatem, nec virtutez redeũdi, nec preſentaliter, nec poteſtatiue, nec virtualiter: ſed ſitis compulſi ⁊ conſtricti ad eundum ad loca arida ⁊ ſterilia ⁊ inaquoſa ⁊ inhabitabilia, vbi nemini noceatis. Quod ſi ſecus feceritis, intendo procedere contra vos maledictos diabolos, ⁊ dare ⁊ fulminare contra vos omnes excommunicationes ⁊ maledictiones, quas vobis dare poſſum ex parte ſanctiſſimę trinitatis patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ✠ Et etiam intẽdo vos expellere extra corpus iſtius creaturę ℣ei a planta pedis vſque ad verticẽ per virtutẽ ſanctiſſimę trinitatis, patris ✠ ⁊ filij ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: ⁊ per virtutẽ ſanctorum angelorum: ⁊ per virtutẽ totius paradiſi: ⁊ per virtutẽ omnium inimicorum veſtrorum, quos habetis in cęlo ⁊ in terra. Et precipio omnibus magiſtris ⁊ ſuperioribus veſtris ex parte ſanctiſſimę trinitatis, patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, ꝙ nunc preſentialiter huc veniant: ⁊ vos etiã inuitos extrahant de corpore huius creaturę dei. Item ex parte eiuſdem ſanctiſſimę trinitatis, patris ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti, eiſdem magiſtris veſtris precipio: quatenus vos detrudant in ſtagnum ignis ⁊ ſulpburis: ad quod ego vos dei virtute condemno per ſpatium annorum centum: a tempore egreſſionis veſtrę de corpore huius creaturę dei ℣. incipiendum.

Maledicti ⁊ excommunicati ⁊ blaſphemi ſitis in pena eternali: ⁊ nulla requies ſit vobis, ſi ſtatim non eritis obedientes meis mandatis, in virtute dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti: ⁊ verbis, quę dicuntur de illo, qui orbem contremere facit, in cuius nomine ⁊ virtute vobis precipio, vt ſtatim recedatis ab hac creatura ℣ei ℣. ⁊ homo eius in virtute verborum iſtorum. Meſſias ✠ Sother ✠ Emanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonai ✠ Athanatos: ✠ Iſchiros ✠ Eleiſon ✠ Tetragrammaton ✠ Dominus Jeſus Chriſtus

ſtus ✠ Per iſta nomina ⁊ nomnia ſupradicta a principio coniurationis vſque nunc, vos male ✠ dicimus, vos conſtrin ✠ gimus. Vos pnua ✠ mus, Vos expel ✠ limus. Vos perpetuo relega ✠ mus, anathema ✠ tiza/mus, ⁊ in ſtagnum ✠ ignis ⁊ ſulpburis ardentis mittimus. Ite, ite, ite, maledicti in ignem eternum. Ite ſtatim, ⁊ recedatis binc, ⁊ vadatis ad loca veſtra vobis deputata: ⁊ ſtatim recedatis binc: ⁊ de cętero huc non accedatis. Imperat vobis ℣eus ✠ pater. Imperat vobis deus ✠ filius. Imperat vobis deus ✠ ſpiritus ſanctus. Imperat vobis ſancta trinitas ✠ vnus deus. Imperat vobis dñs nſ Jeſus Chriſtus, Qui venturus eſt iudicare ⁊c. ℟. Amẽ. Si accideret quod ꝺemon eſſet ita obſtinatus, quod propter coniurationes nollet recedere, duc eum ante altare ſacramenti euchariſtię, ⁊ ibi tenendo tabernaculum ſacramenti in manibus coniura eum. Et noli diffidere, quia aliquando per tres menſes: ⁊ aliquando per annos aliqui non poſſunt liberari. Expedit etiam probari diuerſos exorciſmos, dummodo non habeant aliquam ſuperſtitionem. Et aliqui ꝺemones, vt dicitur in euangelio, non expelluntur niſi in oratione ⁊ ieiunio. Ideo oportet non ſolum coniurare, ſed etiaz mentaliter orare. Cũ ergo fuerit corã ſacratiſſimo ſacramẽto ita cõiurabis.

Maledicti diaboli, quia noluiſtis obedire precęptis meis, immo verius dei omnipotentis, patris ✠ ⁊ filij ✠ ſpiritus ✠ ſancti, Nunc contra vos ſiue abſentes, ſiue preſentes: vbicunque ſitis: qui hãc creaturam ℣ei vexare preſumpſiſtis, ⁊ preſumitis coram ſanctiſſimo ac ſacratiſſimo ſacramento corporis dñi noſtri Jeſu Chriſti, Ego ℣. fero ſententiam maledictionis ⁊ excommunicationis ⁊ condemnationis veſtrę, in quantum authoritas mea ſe extendit, in ſtagnum ignis ⁊ ſulpburis, ob inobedientiam veſtrã per annos centuz. Maledico, ⁊ percutio, ⁊ eijcio, ⁊ excõmunico, ⁊ cõdemno vos maledicti diaboli in virtute ſanctiſſimę trinitatis patris. ✠ ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. Repete predicta verba ideſt. Maledico ⁊ percutio per infraſcriptas nominationes reſpondentibus circunſtantibus. Amen. Throuorum dñationuz, principatuũ, poteſtatuz, virtutum, cherubim, ſeraphim, patriarcharũ, prophetarũ, apoſtolorũ, martyruz, confeſſorum, virginũ, cõtinentiuz, dñi noſtri Jeſu Chriſti, beatę ſemper virg. Marię, ſancti Cypriani, Honophrij, Zenonis, Geminiani, Ubaldi, Hieronymi, Johannis Baptiſtę, Julianę, Juſtinę, Margaritę, omnium ſanctorum ⁊ ſanctarum ℣ei. Maledico ⁊ percutio ⁊c. vt ſu. Per auctoritatem ſedis apoſtolicę. ⁊ predicta verba, Maledico ⁊c. repetenda ſunt vſque ad finem maledictionis. Per paſſionem Chriſti, per columnam ad quam ligatus fuit Chriſtus: per coronã ſpineã Chriſti: ꝙ purpurã Chri, per ſacratiſſimã crucẽ Chriſti: ꝙ clauos, quibus affixus fuit Chriſtus in cruce: per ſpõgiã, in qua acetũ ⁊ fel data ſunt Chriſto: per lanceam, quę aperuit latus Chriſti: per opprobria, quibus affectus fuit Chriſtus: per illa verba, quę dixit Chriſtus in cruce: per conuerſionem latronis exiſtentis in cruce: per ſepulchrum Chriſti: per reſurrectionem Chriſti: per apparitionem Chriſti: per aſcenſionem Chriſti in cęlum:

per

per missionem spiritus sancti in discipulos: per institutionem sancti baptismatis, in quo saluamur: per sanctum oleum chrismatis: per sanctum oleum exorcismorum: per sanctum oleum infirmorum: p mysteria sancte misse: per sanctā cōfessionē, in qua liberamur de potestate vestra, per sacratissimum ac sanctissimū sacramentū, videlicet corpus dñi nostri Jesu Christi: p cetera sacramenta ecclesie sancte: per oēs exorcismos ecclesie sancte: qui ad hoc vsque tempus inuenti sunt: ⁊ per illos, qui sunt inueniendi: per omnia verba sancta diuine scripture, q̄ sunt contra vos, ⁊ valent ad expellendum vos de corporibus hominū. Maledicant ⁊ percutiant ⁊ eiiciant vos omnes inimici vestri diaboli ⁊ magistri vestri: ⁊ maxime princeps vester satanas. Maledicti estote ⁊ cruciemini in hoc corpore ⁊ extra: in aere: in aqua, in terra, ⁊ vbicunque futuri estis: ⁊ patiamini pēnas importabiles ⁊ afflictionem nimiam, nisi statim recedatis de corpore istius creature dei N. ℭ Nota quod facturę ⁊ res quę inueniuntur in lectis comburendę sunt, coniurando ignem modo suprascripto: adiungēdo ista verba, quod istas facturas ⁊ malignos spiritus quos conseruantur in simul comburas: ⁊ auferas ab illis creaturis dei, super quas facte erant. Et simul lege ps. Exurgat Deus. Qui ps. est tante virtutis quod ex eius cōtinuatione quedam persone ipsum omni die cum fide dicendo ⁊ deuotione, a demonio fuerunt liberate.

ℭ Finit exorcismus.

ℭ Aduerte quod necesse est esse importunum circa aliquos demones obstinatos, ⁊ perseuerare in coniurationibus cum magna fide, quę maxime in patiente requiritur. Et q̄n corpus liberatū fuerit legēdus est sequēs exorcismus.

EXorcizo te N. in nomine dei patris ✠ omnipotentis, ⁊ in nomine Jesu ✠ Christi filij eius domini nostri, ⁊ in virtute spiritus ✠ sancti, vt fias vas mundum, sanctum ⁊ purgatum ab omni labe iniquitatis, maleficijs, incātationibus, ligationibus, signaturis ⁊ facturis. Quę omnia maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas: in corpore tuo vel circa corpus tuum facta, In nomine eiusdem Dei patris ✠ omnipotentis ⁊ in nomine Jesu Christi ✠ filij eius dñi nr̄i, ⁊ in virtute spiritus ✠ sancti, Ego N. seruus illius, indignus ⁊ peccator authoritate mihi prestita dissoluo, dissoluta esse decerno: ⁊ precipio tibi maledicte diabole ac socijs tuis, vt amplius non habeatis potestatem manendi in hoc corpore a planta pedis vsque ad verticē, sed statim recedere debeatis cum omnibus maleficijs, ⁊ iniquitatibus vestris. Per eum qui venturus. ⁊c.

ℭ Oratio dicenda super infirmum liberatum.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OOmnipotens sempiterne Deus, qui liberare dignatus es hunc famulum tuum N. ab omni vexatione satanę, ⁊ ministrorum eius. Emitte in eum septiformem spiritum sanctum tuum paraclitum de celis. ℟. Amen. Spiritum sapientię ⁊ intellectus. Amen. Spiritum consilij ⁊ fortitudinis. Amen. Spiritum scientię ⁊ pietatis. Amen. Adimple eum spiritu timoris

timoris tui: ⁊ signa eum signo crucis ✠ Christi in vitam propitiatus eternam. Amen.

ℭ Hic agimus gratias sancte trinitati pro liberatione infirmi.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

TE patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paraclitum, sanctam, ⁊ individuam trinitatem toto corde, toto ore confitemur, laudamus, atque benedicimus: tibi gratias agimus, quia virtute tua hodie confusus, turbatus, superatus, denique expulsus est diabolus cum socijs suis de hac creatura tua N. quam per filium tuum vnigenitum redimere dignatus es. Quęso igitur te domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, sancta trinitas, virtus vna, atque indiscreta maiestas, Deus noster omnipotens, vt hanc creaturam tuam N. etiam custodire, ⁊ defendere digneris per sanctos angelos tuos ab omni incursu satanę, ⁊ ministrorum eius, ⁊ infundere super eam benedictionem tuam sanctam. Per eundem Christum. Amē.

ℭ Oratio deuotissima ad remouendum tempestatem.

ADiuro vos angeli tartarei per patrem, ⁊ filium, ⁊ spiritū sanctus, ⁊ per illam lanceam ✠ coniuro vos, qua dñs noster Jesus Christus fuit vulneratus in cruce: ⁊ per illos clauos, qui membra dñi perforauerunt: ⁊ per illā aquam ⁊ sanguinem, qui de latere Christi effluxit: ⁊ per illam spineam coronam, quę in capite dñi nostri Jesu Christi posita fuit: ⁊ per sanctā resurrectionem eius, ⁊ ascensionez: ⁊ per gratiam sancti spiritus ✠ coniuro vos spiritus maligni, vt non habeatis virtutem neque prātem super cāpos nostros aliquid malefacere, ✠ coniuro vos maligni spiritus per patrem dñi nostri Jesu Christi, ⁊ oēs sanctos eius: ✠ coniuro vos per scām Mariā matrem dñi nostri Jesu Christi, ⁊ per scūm Michaelē, ⁊ scūm Gabrielē, ⁊ scūm Raphaelē: ✠ cōiuro vos ⁊ cōtradico vobis per istas coniurationes, vt nō habeatis ptātem in nubibus celi, nobis nocere, neque in laboribus, neqz in vineis nostris, neque in ista prouincia, vt non habeatis potestatem super populum Christianum fundere tempestatem: ✠ adiuro vos per scūm Petrum, ⁊ p sanctū Paulū, qui suis orationibus deiecerunt Simonem Magum, ⁊ per sanctum Andream, ⁊ per sanctum Johannem, ⁊ per sanctum Bartholomeum, ⁊ p quatuor Euangelistas, scūm Matthęum, scūm Marcum, scūm Lucam ⁊ sanctum Johannem, ✠ vos coniuro per cōionem ⁊ societatē scōrum ciuium Christi, ⁊ per duodecim millia legiones Angelorum, ⁊ per viginti quatuor Seniores, ⁊ omnes virtutes Angelorum, ⁊ per septem Thronos, ⁊ per septem candelabra Christi, ⁊ per septem dominationes, ⁊ per septiformem gratiam Dei, ⁊ per singula merita singulorum, ⁊ per agnum Dei immaculatum Jesum Christum, cui est honor ⁊ virtus: ⁊ per eos Angelos, qui stant in paradiso, ✠ coniuro vos per verū Deum viuum celi: ⁊ per Deum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, ⁊ Apostolorum, ⁊ p Deum martyrum, ⁊ per deum confessorum, ⁊ per Deum virginum, vt non habeatis potētiā neqz virtutē in nubibus celi nobis nocere, neqz flagellare

super

super campos nostros, sed in loca deserta, vbi non arans arat, nec seminans seminat. Amen. ✠ Amen. ✠ Amen. ✠ Oratio.

DEus qui beatę Brigidę inimicos superare concessisti, presta nobis famulis tuis, vt intercedentibus eius oratione atque meritis ab omni ira tempestatis liberari valeamus. Per dominum nostrum Jesum &c. ✠ Increatus pater: ✠ Increatus filius: ✠ Increatus spiritus sanctus. ✠ Hagios. ✠ Hagios. Ecce cru ✠ cem domini: fugite partes aduersę: vicit leo de tribu Juda, radix Dauid: alleluia ✠ alleluia. ✠ alleluia. ✠ alleluia. ✠ alleluia. ✠ Dixit Dominus ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris: Domine Jesu Christe qui cęlum & terram fundasti, & flumen Jordanis benedixisti: & in eo loco baptizari voluisti, bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris has nubes: quas video ante me positas, vt deficiãt, & transeant in aquam sanctam & benedictam: & tempestatem faciant in locis desertis, & non noceant aliquibus personis domesticis Christianis: neque domesticis animalibus, neque agris, neque fructibus virtute spiritus sancti, & oratione beatę Brigidę virginis & omnium sanctorum & sanctarum ✠ Dei. Amẽ. ✠ In nomine Christi. Amen. ✠ Emanuel. ✠ Paraclitus. ✠ Sabaoth. ✠ Ischyros. ✠ Athanatos. ✠ In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen.

TRA-

TRACTATVS
DE RVBRICIS GENERALIBVS
Diuini officij ex Breuiario nouo,

Ex Decreto Sacri Concilii Tridentini restituto, acceptis.

Officiũ quotidie fit aut duplex aut semiduplex, aut simplex.

¶ De Officio duplici. Cap. 1.

OFficium fit duplex in diebus a feria quinta in Cena Dñi vsq; ad feriam tertiam Paschę inclusiue, in vnica in Albis, in Ascensione Dñi, in Pentecoste, & in duobus diebus sequentibus inclusiuem festo Trinitatis, Corporis Christi, Dedicationis proprię Ecclesię, in festis quibus in Kalendario apponitur hęc vox, Duplex: in die octaua festi habẽtis Octauam: in festo Patroni vnius, vel plurium alicuius loci, vel Titularis ecclesię, & in festis sanctorum, qui apud quasdam ecclesias, Religiones, vel Congregationes consueuerunt solenniter celebrari, cum eorum octauis consuetis, & officijs propijs a Sede Apostolica approbatis, aut ex eiusdem sedis auctoritate recipiendis, vel recipiendis, seruata tamen forma huius Breuiarij, alioquin de cõmuni, etiam si prędicta festa in eius Kalendario non sint descripta. Preterea officium fit duplex pro defunctis in commem. omnium fidelium defunctorum, & presente corpore, vt in eius officio dicitur circa finem Breuiarij.

¶ Festum dup. celebrat eo die, quo cadit, nisi illud cõtingat transferri, vt dz in rub. de Trãsl. festorũ.
¶ Habet primas, & secundas Vespe. integras, nisi cum alio simili concurrat, vt dicitur in rub. de Cõcurrentia officij: & totum officium fit de duplici, incipiendo a primis vesp. vsq; ad Cõple. sequẽtis diei inclusiue exceptis tribus diebus maioris Hebdomadę ante Paschą, in quibus officiũ duplex incipit a Matutino, & vigilia Natiuitatis Dñi in qua officium duplex incipit a Laudibus. Officium autẽ defunctorum habet tantũ primas vesperas, Matutinũ, & Laudes, vt circa finem Breuiarij ponitur.
¶ In vtrisq; vesp. Matutino, & laudibus tñ, non autem in alijs horis duplicantur antiphonę.
¶ Ad Matutinum regulariter dicuntur tres nocturni, cum nouem psalmis, & totidem lectionibus, prętquam in Paschate Resurrectionis, & Pentecostes, cũ duobus sequẽtibus diebus: in quibus dz vnum tantum nocturnum cum tribus psalmis, & totidem lectionibus, sub officio duplici, vt ibi.
¶ Quomodo sit ordinandum officium duplex in Vesper. Matutino, & ceteris horis: similiter & de Aliis, Kerijs. Versibus, Capit. & alijs in eo dicendis, habentur inferius de singulis proprię rubricę.
¶ Preces & suffragia de sancta Maria, Apostolis, & Pace, in officio duplici non dicuntur, vt etiam in propijs eorum rubricis dicetur.

¶ De officio Semiduplici. Cap.

OFficium fit semiduplex diebus Dominicis, & infra octauas: hoc est, Festę per annum, exceptis Festis in Albis, quę fit dupler, & dies infra octauã celebrãtur sub officio semiduplici. Item officium fit semiduplex in festis, quibus in Calendario apponitur hęc vox, semidupler.
¶ Item in festis propijs quorundam locorum, seu congregationum, quę solennius apud illas, quas simplicia consueuerunt celebrari.
¶ De festo semiduplici fit eo die quo cadit, nisi cõtingat tranferri, vt dz in rub. de Transl. festorum.
¶ Habet totam officium integrum sicut dupler, sed non duplicantur antiphonę.
¶ Ad Matut. dicuntur tres nocturni, prętquam infra octauas Paschę, & Pentecostes: in quibus dz vnum nocturnũ cum tribus psalmis, & totidem lectionibus: & regulariter quando dicuntur tres nocturni, dominicis exceptis, dicuntur nouem psalmi, & totidem lectiones.
¶ Quomodo sit ordinandum officium semiduplex tam in festis, quam in dominicis, & infra oct. itẽ & de Antiphonis Versibus Responsorijs, & huiusmodi alijs, & quãdo in semiduplici dicũtur preces

ad ℙrimam, ꝛ Completorium, ꝛ ad Vesp. ꝛ ad Laudes suffragia, seu Commemorationes communes de sancta ℳaria, Apostolis ꝛ ℙace, habentur inferius de singulis proprię rubricę.

¶ De officio simplici. Cap. 3.

Officium sit simplex in diebus serialibus, quando occurrit fieri de feria: hoc est officium de feria est simplex, vt in propria ℝubrica dicitur. Itē officium sit simplex in festis, quibus in Calēdario non apponitur hęc vox, Duplex, vel semiduplex, vel de octaua.

¶ De festo simplici fit eo die quo cadit, nisi eodem die occurrat fieri officiū nouē lectionum, vel de S. ℳaria in sabbato, vel de feria, cui festum simplex cedit, vt dicitur in rub. de Commemorationibus.

¶ Habet tantum primas Vespe. a Capitulo, nisi cum eo concurrat festum nouem lectio. Dominica, vel octaua, vt dicitur in rubr. de Concurrentia offic: ꝛ eius officium terminatur ad nonam. ℙost no nam nihil amplius fit de festo simplici, nec Commemoratio.

¶ Feria aut incipit, ꝛ desinit, vbi desinit, ꝛ incipit officium precedens, vt in sua rubrica dicitur.

Ad matutinum dicitur vnum tantum Nocturnum cum duodecim psalmis, vt in ℙsalterio, secundum feriam que occurrit: ꝛ tres lectiones leguntur: vt infra in rub. de lectionibus habetur.

¶ Quō sit ordinandum eius officiū tam in festis, quam in ferijs ad Vesp. ad ℳatutinū, ꝛ alias hoc rasume ꝛ de Antiphonis, Versibus: ℝisorijs, ꝛ alijs, ac qū ℙreces ꝛ commemorationes cōes, seu suffragia de Cruce, sancta ℳaria, Apostolis, ꝛ ℙace dicenda sint, habentur inferius ꝓprię rubricę.

¶ De Dominicis. Cap. 4.

De Dominica semper fit officium in Dñicis Aduentus, ꝛ in Dñicis a Septuagesima vsq; ad Dñicam in Albis inclusiue, quocunque festo duplici, vel semiduplici aduenīente: qa tunc festū transfertur, vt in rub. de Translatione festorum dr, nisi illud festum sit de principali Titulo, vel patrono alicuius ecclesię, vel loci: quia tunc de hmōi festo fit tantum in ea ecclesia, vel loco, cuius est Titulus vel patronus, cuj comme. Dominicę, quibusdam Dominicis exceptis: vt dr in rub. de Commemorationibus. In alijs Dominicis per annum fit de Dominica, qū die Dominico non occurrit festū duplex: quia tunc fit de duplici cum comme. Dominicę in vtrisq; Vesp. ꝛ Laudibus: ꝛ ad ℳatutinum; non a lectio legitur de ℍomilia Dominicę: vt dicitur in rub. de Cōmemorationibus. Si semiduplex eodem die occurrat, transfertur, vt dicitur in rub. de Translatione festorum.

¶ De Dominicis infra octa. Natiuitatis Domini, Epiphanię, Ascensionis, ꝛ Corporis Christi occurrentibus, officium fit sicut de octaua, exceptis Capitulis, Lectionibus, Versic. Antipho. ad ℳagnificat, ꝛ Benedictus, ꝛ Oratione, que dicuntur de Dominica, cum cōmemoratione octaue, vt suis locis ponitur: nec dicuntur in illis ℙreces ad ℙrimam, ꝛ Completorium, nec ad Vesperas, ꝛ Laudes suffragia de Sancta ℳaria Apostolis, ꝛ ℙace.

¶ De Dominicis infra alias octauas totum off. fit de dominica, vt in ℙsalterio, ꝛ in ℙroprio de tempore, cum comme. octauę, omissis etiam dictis ℙrecibus ꝛ suffragijs, vt supra. De Dominica occurrente in die octaua fit comm sicut dictum est, quando in ea fit de festo duplici.

¶ Positum est autem officium sex Dominicarum ab Epiphania vsq; ad Septuagesimam, ꝛ vigiliquatuor a ℙentecoste vsque ad Aduentum, vt compleatur numerus Dominicarum, que sunt ab Epiphania vsque ad Septuagesimam, ꝛ a ℙentecoste vsque ad Aduentum, ne vlla Dominica per annum ab Epiphania vsque ad Septuagesimam, ꝛ a ℙentecoste vsque ad Aduentum vacet, quin saltem de ea fiat comme. m. Nam que aliquando supersunt post Epiphaniam ante septuagesimam ponuntur post vigesimamtertiam a ℙentecoste, hoc ordine.

¶ Si Dñicę post ℙentecosten fuerint. xxv. xxiij. post ℙētecosten erit, que est vj. post Epiphaniaꝫ.

¶ Si xxv. xxiij. erit que est v. ꝛ xxv. que est vj.

¶ Si xxvij. xxiij. erit iij. xxv. erit v. ꝛ xxv. erit vj.

¶ Si xxviij. xxiij. erit ij. xxv. erit ij. xxvj. erit v. xxvij. erit vj. ꝛ vltimo loco semper ponitur que in ordine est xxiij. post ℙentec. etiam si post ℙentec. aliquando non sint nisi xxij. Dominicę. Tunc enim xxiij. ponitur loco xxij. ꝛ officium xxiij. ponitur in precedenti sabbato, quod non fit impeditum festo nouem lectionum, alioquin in alia precedenti feria, in qua fiat officium de feria, ꝛ in ea legantur tres lectiones de homilia Dominicę, omissis lectionibus scripturę illius ferię, ꝛ ad Laudes dicatur Antipho. ad Benedictus, ꝛ Oratio de Dominica xxiij.

¶ Idem seruatur de Dominica v. post Epiph. quando Dominica Septuagesimę venerit immediatē post octa. Epiphanię. Tunc enim in sabbato precedenti vt supra non impedito, alioquin primo die post octa. fiat officium de feria, in qua ℝesponsoria dominicę primo ponuntur, ꝛ tres lectiones leguntur de homilia eiusdem dominicę cum eius Antiphona ad Benedictus, ꝛ oratione. Festum vero semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem simili festo non impeditam.

¶ Cum

¶ Cum vero in ℙroprio de tempore dicitur aliqua dominica esse prima mensis, in qua primo ponit initium libri de Scriptura cum sua historia, idest cum ℝesponsorijs: animaduertendum est, eam dici primam dominicam mensis, que venit in calendis illius mensis, vel est proximior calendis, hoc modo. Si calendę venerint in ij. iij. ꝛ iij. feria, dominica prima mensis erit que precedit calendas, etiam si venerit in precedenti mense: si autem calendę venerint in v. ꝛ vj. feria, ac sabbato, prima dominica erit que sequitur post ipsas calendas.

¶ Cum etiam in distributione Scripturę per menses Augustum, Septembrem, Octobrem, ꝛ Nouembrem, vnicuique mensi quinq; dominicę assignentur cum suis hebd. ꝛ post quartam hebdo. ati quando aduenīat dominica, que est propinquior calendis sequentis mensis, tunc omittitur dominica quinta cum sua hebd. ꝛ ponitur dominica prima sequentis mensis, similiter cū sua hebdomada.

¶ Id quoq; obseruetur, Quādo mensis precedēs habuit quatuor, sequens habebit quinque: ꝛ econtra, quando precedens habet quinque, sequens habebit quatuor, excepto mense ℕouembri: quia dominica prima Aduen. non sumitur ea, que est propinquior calendis Decembris: sed que festo sancti Andreę, vel que venerit in ipso festo.

¶ Officium dñicę fit semidu. incipit a primis Vesp. in sabbato: ꝛ habet totum officium ītegrū vsq; ad Comple. dñicę inclusiue, nisi cum aliquo concurrat, vt dicitur in rub. de Concurrentia offic.

¶ Ad ℳatutinum dicuntur tres nocturni cum psal. de psalterio: ꝛ nouem lectiones leguntur vt in proprio de tempore.

¶ Quomodo autem sit ordinandum eius officium: insuper ꝛ de lectionibus, ℝisorijs ꝛ alijs: ꝛ quō initia librorum Scripturę cum sua historia sint ponenda: habentur de singulis inferius proprię rubr.

¶ De Ferijs. Cap. 5.

De feria semper fit officium in ferijs Aduen. Quadrage. Quatuor temporum, Vigiliarum, ꝛ ℝogationum: quando infra hebd. non occurrit festum duplex vel semiduplex. Si tunc simplex festum occurrat, fit tantum de eo comme. vt dicitur in rubrica de Commemorationibus. Similiter ꝛ quando infra hebdo. ℝesponsoria sunt primo ponenda, cum non occurrit dies, in quo fiat de feria, vt dicitur in rub. de ℝesponsorijs. Alio tempore per annum fit officium de feria, illis diebus, quibus infra hebdo. in Calendario non ponitur aliquod festum duplex, semiduplex, vel simplex: ꝛ non occurrit aliqua octaua, vel aliquod festū solenne, aut consuetum in aliqua ecclesia celebrari, quāuis in Calendario huius ℙreuiarij non sit descriptum: ꝛ nisi in sabbato fieri debeat officium de S. ℳaria.

¶ Officium ferię fit simplex, ꝛ in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, ꝛ rogationibus incipit a ℳatutino: in alijs vero ferijs per annum, inde fit de feria, vbi desinit officium precedentis diei: ita vt si precedēti die fuerit duplex, vel semiduplex, officium ferię incipiat sequenti die a ℳatutino. Si precedenti die fuerit festum simplex, de feria fit a vesp. illius precedenti diei inclusiue. Similiter ꝛ quando in feria quarta ꝛ sexta Quatuor temp. Septembris, ꝛ in feria quarta Cine. occurrit vigilia occurrit aliquod festum simplex, de quo fit comme. tunc precedenti die, nisi fuerit festum nouem lect. a vesp. fit de feria, vt in ℙsalterio, sine precib. cum oratione dominicę precedentis, ꝛ cum cōme. festi trium lect. in sequenti feria occurrentis. Terminatur autem officium de feria, subsequente duplici, vel semiduplici, ad ℕonam, subsequente simplici in ferijs per annum extra Aduentum, Quadr. Quatuor tempora, ℝogationes, ꝛ vigilias. ad Capitulum vesperarum, quia inde fit de festo simplici absque vlla deinceps commem. ferię.

¶ Ad ℳatut. dicitur vnum tantum nocturn. cum psalmis, secundum ordinem feriarum in ℙsalterio, cum tribus lectio. vt in proprio de tempore.

¶ Excipiuntur ab hoc ordinario officij de feria, Ferię maioris hebdom. sanctę, ꝛ ferię octauarum ℙasche, ꝛ ℙentecostes.

¶ Quomodo ordinandum sit officium de feria ad ℳatut. ꝛ alias ℍoraz. item Quomodo dicendę sint lectiones, ꝛ ℝesponsoria: ꝛ quando dicendę sint preces feriales: ac de alijs, quę ad officium ferię pertinent, habentur inferius de singulis proprię rubricę.

¶ De vigilijs. Cap. 6.

De Vigilia fit officium in omnibus vig. per annum, que ieiunantur, vbi in Calendario annotatur hec vox, Vigilia: nisi in die vigilię occurrat festum nouem lect. vel octaua: tunc enim in officio nouem lec. legitur nona lectio. de ℍomilia vigilię, ꝛ fit comm. de ea ad Laudes tm, cū alia, ad Benedictus, ꝛ Versu ferię occurrentis de psalte. ꝛ oīone Vigilię, ꝓterquā in illis festis, q̄ inferius excipiunt.

¶ Si vigilia occurrat in Dominica, de vigilia fit officium in sabbato, quod nō fit impeditum officio nouem lect. quia tunc de vigilia fit tantum comme. vt dictū est. Excipitur ab hac regula vigilia ℳatiuit. ꝛ Epiphanię Domini, que si venerint in dominica, fit de illis, vt in ꝓprijs rub. dicitur. Si autē

in

in vigilia occurrat festum solenne alicuius loci, vel ex solemnioribus infra annum, quę inferius in rub. de commemorationibus numerantur (veluti si in vigilia sancti Joan. Baptistę venerit festū Corporis Christi) nihil tunc prorsus, nec commemoratio fit de vigilia. Idem seruetur, qñ aliqua vigilia venerit in Aduentu Quadragesima, z quatuor tpibus, nulla enim in eorum fer. de vigil. fit cōmemo.

℣ Officium vigilię incipit ad Matut. sicut dictum est de prędictis ferys in superiori rubr. de Ferys: terminatur autem ad Nonam, quia Vesperę sunt de sequenti festo.

℣ Officium Vigilię totum fit de feria occurrenti, vt in ℣sal. z tres lecti. leguntur de homilia in euang. Vigilię: cum tribus ℟esponsorys de feria occurrenti ordine in superiori rub. de ferys descripto. Dicuntur ℣reces, z commem. de Cruce. S. Maria, Apostolis, z ℣ace: aliaqs oia sicut in prędictis ferys. Quadragesi. z Quatuor temporum, de quibus habentur inferius, tam de ordinando eius officio, quam de alys propriis rubricę.

℣ Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarum, quę ieiunantur, vigilia ℣ntec. quę cum tribus nocturn. sub officio semiduplici celebratur, vt ibi: z vigilia Natiuit. Domini q̄ nocturno ferię excepto in Laudibus, z Horis habet reliquum officium duplex. In Vigilys vero Epiphan. z Ascensionis, quę nō ieiunantur, fit officium nouem lectionum, vt suis locis dicitur.

℣ De Octauis. Cap. 7.

De octaua fit officium, vel saltem commemo. qñ aliquo festo, vel dñica nō impeditur per octo dies continuos, in Natiuitate Domini, z tribus sequentibus festis, in Epiphan. in ℣asebate resurr. in Ascensione Dñi, in ℣ntecoste, in festo Corporis Christi, in festo Dedic. proprię Ecclesię, in festis, quibus in Calendario apponitur Octaua, in festo ℣atroni. z Titularis Ecclesię, z in festis aliorum Sanctorum, quę apud quasdam ecclesias, congregationes, z religiones consueuerunt solenniter tum octauis celebrari.

℣ Infra octauas Epipha. z ℣aschę, z ℣ntec. non fit de festo duplici vel semiduplici occurrenti, sed transfertur post octauam. Infra alias octa. fit de eis cum Commm. octauę, nisi illud festum fuerit ex enumeratis in sequenti rub. de Commem. in quibus nulla fit commem. de octa. excepta. octa. Corporis Christi: infra quam oct. fit tantum de duplicibus cum comme. octauę: de semiduplicibus vero infra eam non fit, sed transferuntur, vt dō in rub de Transla. festorum. De simplicibus infra quascun quę octauas occurrentibus fit tantum commem. prętęrquam in duobus diebus post ℣aschа. z ℣ntecost. vt in sequenti rub. de Commemorationibus dicitur. De Dominicis infra octa. occurrentibus in vlc octaua, seruetur quod dicitur in rub. de Translat. festorum. Si duę octauę simul concurrāt, fiat de digniori vt dicitur in rubrica de Concurrentia officij.

℣ Officium de octaua in ℣asebate z ℣ntecost. fit cum vno nocturno, vt suis locis ponitur. In alijs octa. fit cum tribus noctur. nouem, s. psalmis, z nouem lectionibus, z oia dicuntur sicut in die festi, prę ter lectiones, quarum prime tres semper sunt de scriptura occurrenti in officio de Tpe, prętęrquam infra octa Assumpt. sanctę Marię. Alie lectiones secundi z terty noct. dicuntur, quę infra octauam ponuntur. Infra octa. vero ℣atroni, aut alterius festi, quod in aliquibus ecclesijs consueuit cum octaua celebrari, si proprię apud illas ecclesias lectiones infra oct. non habentur, sępius in ea repetantur lectiones positę in communi Sanctorum, si de sanctis fiat octaua: alioquin lectiones dict. Infra oct. officium sit semiduplex, in die octauę duplex.

℣ In Vesperis infra octa. omnia dicuntur sicut in secundis Vesper. festi, z in primis Vespe. dici octauę, omnia sicut in primis Vesp. festi, prętęrquam in diebus octauis sancti Stephani. S. Johannis Apostoli, z sanctorum Innocentium, in quorum Vesperis Antiphonę, z p'almi non dicuntur, sicut in eorum diebus festis vēnientibus infra octa. Natiuitatis, sed Antiphonę sumuntur de Laudibus dicti festi: psalmi autem vt signantur pro secundis Vesp. in communi sanctorum.

℣ Infra octa. non fiunt suffrągia consueta de S. Maria, Apostolis, z ℣ace: nec dicuntur prces ad ℣rimā, z Compler. Jti alys quomodo sit ordinandum officiū de oct. habentur, pprię rubr. inferius.

℣ De Commemorationibus. Cap. 8.

Commemorationes fiunt de festis simplicibus, quando in eorum diebus incidit festum nouem lectionum etiam translatum, vel Dominica, vel octaua, vel sabbatum: z quando ℟esponsoria sunt primo ponenda, vel aliter de feria fieri pręciptatur.

℣ De ferys Aduentus, Quadragesimę, Quatuor temporum, Vigiliarum, z ℟ogationuz sit commemo. quando festum nouem lect. in illis ferys occurrit. Si simplex festum in eisde m ferys occurrat, officium sit de feria, z commemo. de festo simplici.

℣ ℣rętera fit comm. de Dñicis, a ℣ntecoste vsque ad Aduentum, z ab Epiphan. vsqs ad Septuages. z a Dñica in albis vsqs ad Ascen. exclusiue, qñ festo duplici impediuntur. De alys Dñicis a prędi-

prędictis nulla fit commem. Dominicę occurrente festo duplici: quia festum in illis occurrens transfertur, nisi illud festum fuerit principale ℣atroni, vel Tituli ipsius ecclesię: non autem alicuius capellę vel altaris eiusdem ecclesię z tunc de huiusmodi principali festo fit tantum in eo loco, vel ecclesia, cuius est ℣atronus, vel titulus eius comm. Dominicę (excepta prima Dominica Aduentus, prima Dominica Quadrag. Dominica passionis, Dominica ℣almarum, Dominica ℣aschę, z Dominica in Albis, ac Dominica ℣entecost. z Trinitatis) in quibus huiusmodi occurrens festum transfertur in sequentem simili, vel digniori non impeditum: dummodo non fuerit infra maiorem hebdo. z per octauam ℣aschę, z ℣entecostes, quibus diebus non fit de alterno festo duplici occurrenti.

℣ De octaua etiam, quando festum lec. vel Dominica impeditur, fit commem. nisi illud festum nouē lec. fuerit solenne principale alicuius loci, vt supra. Nam in primis Vesp. z Laud. huiusmodi festi nulla fit commem. festi simplicis occurrentis, nec alicuius vigilię, nec alicuius dici infra octa. nec alicuius prędecentis festi nouem lectio. nisi id festum fuerit eiusdem solennitatis cum sequenti, nec Dominicę, si festum illud solenne celebretur feria secunda: exceptis Dominicis Aduentus, z Dominicis a Septuagesima vsque ad oct. ℣aschę inclusiue: de quibus Dominicis, sicut etiam de ferys Aduentus, z Quadrag. semper fit commem. quocunque festo occurrente.

℣ Idem seruatur in quibusdam festis maioribus per annum, s. in Natiuitate Domini, in cuius officio nulla fit commem. de festo simplici, sed in secunda tantū ℳissa de S. Anastasia: in ℣aschа ℟esurrectionis cum tribus proxime antecedentibus, z duobus sequentibus diebus: in Ascensione Domini: in ℣entecoste cū duobus diebus sequentibus: in festo Corporis Christi: in festis Natiuit. S. Jo. Baptistę, sanctorum Apostolorum ℣etri, z ℣auli, z Assumptione beatę Marię: in festo Omnium Sanctorum, ac in festo Dedic. proprię ecclesię, in quibus festis, nec in primis Vesp. nec in Laudibus vlla prorsus fit commemo. festi simplicis, aut alterius nouem lectio. vt dictum est supra de festo solenni alicuius loci: nisi titularis ecclesię priuilegio aliter fieri oporteat.

℣ In festo autem Circuncisionis, in Dominica in Albis, z in festo Trinitatis, in festis ℣urificationis, Annunciationis, z Natiuitatis S. Marię: in festis Apostolorum, z Euangelistarum: S. Laurētij, z Dedicationis S. Michaelis Archangelure simplicib. occurrēntibus fit cōm. in Laudib. tm: de Dñica vero, de oct. z de alijs festis nouē lect. in eisdē occurrētib. non fit cōm. eo modo, quo nec in festo solēni alicuius loci, vt dictuz est supra, nisi eadē festa occurrant infra oct. Natiu. Dñi, z Corporis Christi: de quibus octauis semper fit commem. quocunqs duplici infra eas aduenięte.

℣ De Dñicis, de octauis, z de ferys Aduentus, z Quadrag. commem. fit in vtrisqs Vesp. z Laud. De ferys Quatuor temporum, Vigiliarum, z ℟ogationum (quando de illis comm. fieri debet) comm. fit in Laudib. tm. De festis aūt simplicib. nisi in dieb. suprądictis occurrant. cōm. fit in primis tantum Vesp. z Laud. eo die, quo in Calendario assignantur. De Dominicis vero z octauis cōme. fit in vtrisqs Vespe. z Laud. nisi in illis aduenięt aliquod ex supra enumeratis festis.

℣ Comm fiunt hoc modo. ℣ost orationez dici, in primis Vesp. dz, Alia, quę posita est ad ℳagni. z in Laudib. quę posita est ad Benedictus in Communi, si propriam non habuerit, conuenięns eius officio, cuius fit comme. ℣ost Antiphonam dicitur Versus, inde sumendus vnde sumpta est Antiphona, s. post hymnū Vesperarū, z Laudū: deinde dz oratio. Si Antiphona, z Versus festi, de quo fit comm. sumenda essent ex eodem Cōi, vnde sumpta sunt in officio dici, in festo commemorationis variātur, ita vt in Vesperis sumant ex Laud. z in Laud. ex Vesp. eiusdē Cōis: nisi aliter signet: Si de tpe fiat cōm. de Dñica, s. vel de feria. Alia z Versus ante orationez eodem modo sumant ex ℣roprio de tpe, si habuerit propriam, alioquin de ℣salterio: oratio vero ex ℣roprio de tempore.

℣ Quando fit commemor. de Dominica, vel feria, quę habet propriam homiliam, nona lectio in officio dici nouem lect. legitur de homilia Dominicę vel ferię: quę erit vel prima de homilia, vel tres simul in vna lectione coniunctę.

℣ Si in die, in quo fit officium nouem lectio. fiat commemo. de festo trium lectio. nona lectio in officio nouem lectio. legitur de festo trium lect. si propriam habuerit: quod festum trium lect. si duas lectiones proprias habuerit: ex duabus fiat vna lectio, quę sit nona in officio nouem lect. Quę lectio de sancto non legitur quando de eo fit commemora. in Dominicis, quę habent nonum ℟esponsorium, nec quando nona lectio legenda est de homilia Dominicę vel ferię, vel octauę vt supra: nec in ferys z alys diebus, quando in officio dici leguntur tantum tres lectiones.

℣ Quando contingit fieri plures cōm. seruetur hic ordo. De duplici fiat ante dominicā: de Dñica ante diem infra octauam: de octaua ante festum semiduplex: de semiduplici ante feriam Aduēt⁹, Quadrag: simę, Quatuor temporum, Vigiliarum, z ℟ogationū, z de dictis ferys ante festum simplex: nisi aliter signetur. De dominica de octaua, de festo semiduplici, z de S. Maria, quando de ea fit comme.

in vesp. precedentibus sabbatum propter festum nouem lectio. in sexta feria occurrens, fiat ante festum simplex, quod celebrandum erat diebus predictis, nisi eorum officio impediretur. De festo simplici fit commemo. ante suffragia, seu communes commemorationes de Cruce, sancta Maria, Apostolis, & Pace: ac etiam ante commemo. consueta Tituli, vel Patroni ecclesię, quę etiam pro sui dignitate alys suffragys predictis preponeretur. De quibus suffragys, & communibus commemorationibus sanctorum quomodo agendum sit, habetur infertus propria rubrica.

¶ De Translatione festorum. Cap. 9.

SI aliquod festum duplex occurrat in dominicis Aduentus, & in dominicis a Septuag. vsq; ad dominicam in Albis, in vigil. Natiuit. Domini: infra octaua Epipha. in feria quarta Cinerũ, in tota Maiori hebdo. & infra octa. Paschę, in Ascensione Domini, in diebus a Vigilia pentec. vsq; ad festum Trinitatis inclusiue, in festo Corp. Christi, & eius die octaua, transfertur in primam diem festo duplici vel semiduplici non impeditam: exceptis tamen festis Natiuitatis sancti Jo. Baptistę, & sanctorum apostolorum Petri, & Pauli, quę in die octaua Corporis Christi celebrantur: excepto quoque festo solenni alicuius loci, quod in propria tantum ecclesia, etiam in aliquibus ex supradictis occurrens, vt in rub. de Comm. dictum est, celebratur. Si autem festum Natiuit. sancti Jo. Baptistę venerit in die Corp. Christi, transfertur in sequentem diem cum comme. octa. Corp. Christi: & sequentibus diebus fit officium de eadem octaua Corporis Christi com cõm. oct. S. Jo. Baptistę. Dies autem octaua S. Jo. tunc veniens in die octaua Corporis Christi, non transfertur, sed de die oct. S. Jo. Baptiste eo anno fit tantum comm. in vtrisq; vespe. & Laudibus, diei octauę Corporis Christi. Et id semper seruetur, quando festum habens octauam transfertur: vt non ideo dies octaua trãsferatur, sed ea die de ea fit comme. quę alias erat octaua, si festum non fuisset translatum.

¶ Si in die octaua alicuius festi habentis octauam, occurrat aliquod festum duplex ex maioribus supra in rubrica. de Commemorationibus enumeratis, fiat de festo cum cõm. diei octauę: si aũt non fuerit ex predictis festis, fiat de octaua, & festum transferatur in primam diem similiter non impeditam.

¶ Si aliquod festum duplex infra octa. occurrens alio maiori festo duplici impeditur, transferatur in primam diem simili non impeditam, & in eo fiat commemoratio de octaua.

¶ Si in alijs Dominicis per annum a supradictis occurrat festum duplex, non transfertur, vt dictũ est in rubr. de Commemoratio.

¶ Festum semiduplex occurrens dieb. supradictis, & alijs Dominicis per annum, transfertur in primam diem simili festo non impeditam, occurrens vero in Dominicis infra illas octauas in quibus fit de festis occurrentibus vt dictũ est in rubr. de octauis, transfertur in sequentẽ diem, cũ cõm. oct. q̃ si fuerit simili festo impedita, predictum festum semiduplex veniens in Bñica, transfertur post octauam.

¶ Si duo festa nouem lectio. simul eodem die veniunt, fiat officium de digniori, seu de maiori: & quod minus est transferatur.

¶ Si plura festa nouem lect. transferenda essent, prius transferatur duplex, quam semiduplex, & inter plura duplicia, quod est dignius semper prius transferatur, & prius celebretur: alioquin si sunt equalia, vnum ante aliud transferatur, suo ordine.

¶ Festum simplex nunquam transfertur, sed si de eo officium fieri non potest, fiat commemo. vt dictum est in rub. de Commemorationibus: si autem venerit in diebus, in quibus de simplici nulla fit commemo. eo anno non fit de eo amplius.

¶ Si aliquod festum nouem lect. in quo annotatum est fieri cõm. alicuius sancti, transferatur pp aduenientem Bñicam, vel aliud festum maius, non rũ transfertur cum illo cõm. illius sancti in eo assignata: sed dicta cõm. fit die suo in Bñica, vel alio festo, in quo fieri possit: cũ sua nona lectione: si propriã de vita sancti habuerit: festum vero nouem lect. transfertur sine vlla amplius com. festi simplicis predicti. Quod etiam seruatur in concin. occurrentibus in vigilys: cum de vigilia veniente in Dominica fit in sabbatho: tunc enim comme. festi simplicis non fit in Officio vigilię: sed in Dominica.

De Concurrentia Officij. Cap. 10.

CConcurrentia officij attendenda est semper in secundis vespe. quomodo sit ordinandus officiũ cũ sequenti die. Itaque cum dicitur officium aliquod cum alio concurrere, intelligitur de precedẽti in ij. Vesp. cum sequenti in primis Vesp. vt de hodierno in Vesperis cum sequenti in crastino.

¶ Duplici ergo in secundis vespe. concurrente cum alio sequenti duplici, regulariter a Capitulo fit de sequenti cum commem. precedentis, nisi aliter in propriis locis annotetur.

¶ Duplici vero concurrente cum festo semiduplici, cum Dominica, cũ die infra octauã, cuius festo simplici, & cuius officio S. Marie in sabbato: fit in secundis Vesp. de duplici, cuius cõmemoratione illorum.

¶ Duplici etiam concurrente cum feria, vel potius sequente feria: omnia de duplici & nihil de feria se-

quenti. Sed si festum celebretur in Aduentu, Quadrag. & Quatuor temporibus, fit semper comme. de feria, non ratione concursus cum sequente feria, vt infra dicetur. Idem dicendum de festis simplicibus venientibus cum festo nouem lect. & de quibus etiam commem. fit non ratione cõcursus, sed quia eodem die veniunt, vt dictum est in rub. de Commemo.

¶ Semiduplici festo, Dominica, & die infra oct. concurrentibus cum sequenti duplici, omnia de duplici cum commem. illorum, nisi duplex fuerit ex numero maiorum: quę supra in rub. de Comme. numerata sunt, in quibus nulla fit comme. precedentis. Semiduplici festo concurrente cum sequenti alio semiduplici, cum Dominica, vel cum die infra octauam, a Capitulo fit de sequenti, & commem. precedentis. Semiduplici autem festo concurrente cum sequente festo simplici, vel cum officio S. Marię in sabbatho, omnia de semiduplici, cum commem. sequentis. Semiduplici concurrente cum sequente feria, nihil de feria, vt dictum est supra.

¶ Bñica concurrente cũ sequenti festo semiduplici, & cum die infra oct. vel cum festo simplici, ota de Bñica cum comm. sequẽtis nisi aliter signetur. Bñica concurrente cum feria, nihil de feria, vt supra.

¶ Die infra octauam concurrente cum sequente dominica, vel semiduplici, a Capitulo de sequenti, cũ commem. octa. Si duę octauę simul concurrant, vt octa. S. Jo. Baptistę cum octa. Corporis Christi, vel e contra: & octaua S. Laurentij cum octaua Assumptionis S. Marię, totum off. fit de digniori cum commem. alterius: nisi dies octaua minus digni veniat infra oct. alterius: tunc enim totum off. fit duplex de die octa. cum comme. diei infra octauam. Dies infra octa. cum simplici propriè non habet concursum: quia in sequenti die infra octa. non fit de simplici, nisi commemoratio: quę & eadem ratione in precedenti die infra oct. fieri debet. Dies infra octa. cum feria nullum habet concursum: quia de feria nihil fit, nisi infra octa. veniat aliqua ex supradictis feryis Aduentus Quadra. & Quatuor temporum: de quibus infra octa. fiet tantum commemoratio.

¶ Die octaua concurrente cum alia die octaua, a Capitulo fit de sequenti, excepta octaua Natiu. Domini, cum octa. sancti Stephani, & octa. Corporis Christi, cum octa. S. Johannis Bapt. in quibus de sequenti fit tantum commemo. Die octaua concurrente cum sequenti duplici etiam translato, a Capitulo fit de sequenti cum commem. octa. exceptis diebus octa. Epiphan. Paschę, Ascensio. Pente. & corporis Christi: in quibus fit tantum commemo. de sequenti. Si autem sequens festum etiam translatum fuerit ex solemnioribus supra enumeratis in rub. de Commemorationibus, totum off. fit de sequenti cum commemoratione octauę.

¶ Simplex cum alio non potest concurrere in secundis Vesper. (licet cum ipso possit esse concursus in primis vesperis,) quia non habet secundas vespe. sed eius off. terminatur ad Nonam: & deinceps nihil fit de eo, nec commem. Si sequatur aliud simplex, psalmi erunt secundum feriam occurrentem in Psalterio ad vesp. & a Capitulo fit de sequenti simplici sine vlla comme. precedentis. Si sequatur officium nouem lectio. Vesperę totę erunt de eo sine vlla similiter commemoratione simplicis precedentis, si nullum festum sequatur subintrat officium de Tempore, & Vesperę totę erunt de feria.

¶ Feria non potest concurrere cum alio in secundis Vesperis, neque cum ipsa potest esse concursus in primis Vesperis: quia eius officium incipit, & desinit, vbi desinit, & incipit quodcunq; aliud officiũ. Quamuis propriè, si ei dandum est principium sequente feria post aliam feriam, eius officium incipiat a Matutino, terminatur tamen sequente alia feria ad Completo. & ideo si feria sequatur aliam feriam in Vesper. precedentis ferię nihil fit de sequenti, quo ad ea quę in sequenti feria sunt propria. Verbi gratia, si in Vesper. ferię tertię ante feriam 4. Cinerum, fiat de feria: in Vesper. ferię tertię dicitur oratio Dominicę precedentis, non autem ea, quę est propria in sequenti feria quarta Cinerum, nec ante orationem dicuntur Preces, quę dicendę sunt in dicta feria quarta cinerum. Quod etiam fit, quando feria per annum precedit feriam Quatuor temporum, & Vigiliarum. Hoc etiam ratione superius dictum est in concurrentia aliorum officiorum, cum feria nullum officium concurrere, & nihil fieri de feria precedenti adueniente alio officio: si autem de ea aliquando comme. fieri debet, non fit ratione concursus, sed quia eo die, quo officium feriarum Aduentus, Quadragesimę, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum impeditur, illarum commem. ratione temporis ex precepto Ecclesię pretermitti non debet.

¶ Cum vero occurrit q̃ festũ simplex veniat in feria quarta & sexta quatuor temporum, in feria quarta Cinerum, & in Vigilys, quę ieiunantur, Vesperę antecedentes erunt de feria communi per annum, non autem de sequenti, vt dictum est, cum comme. festi simplicis in sequenti feria occurrentis. Quod ideo non fit, quia sequens feria habeat primas Vesperas, sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat officium propter feriam predictam in ea occurrentẽ, nec etiam commemorationem illud habere Vesperas precedentis diei.

¶ De officio sancte Marie in Sabbato. Cap. 11.

In omnibus sabbathis per annum extra Aduentum, Quadragesimam, & quatuor tempora, & nisi officium fieri debeat de Feria propter Vigiliam in sabbato occurrentem, vel propter Responsoria primo ponenda, vel propter officium Dominicæ 23. post ¶Pentecosten in officio ferię aliquã do ponendum, vt in rubrica de dominicis dictum est, ac nisi fiat officium nouem lectionum, vel de octaua ¶Paschę, & ¶Pentecostes, semper fit officium de Sancta Maria: quemadmodum circa finem Breuiarij disponitur. Si autem in sabbato occurrat festum simplex, fit officium de sancta Maria: & de festo simplici fit tantum commemoratio.

¶ Cum vero de ea supradictis diebus officium fieri non potest, nulla tunc fit commem. de S. Maria propter sabbatum, sed tantum in semiduplicibus, quando eius officium paruum non dicitur, fit consueta eius commemoratio per annum posita in ¶Psalterio post Uesperas sabbathi.

¶ Eius officium in sabbatho incipit feria sexta, ad modum festi simplicis, a Capitulo, & terminatur ad Nonam sequentis diei sabbathi. Si autem feria sexta fuerit officium nouem lectionum in Uesper. fit tantum de ea commemor. cum Antiphona, versu, & oratione, quę habetur in officio eius in sabbatho.

¶ Ad Matutinum post Inuitator. & ¶Hymnum de Sancta Maria, dicitur vnum nocturnum cum duodecim psalmis ferialibus, versus, tres lectiones, quarum prima & secunda sunt ex Scriptura de tempore, & alia omnia tam in Matutino, quam in Laudibus, & Horis, vt in officio Sanctę Marię in sabbatho assignatur.

¶ Dicuntur preces Dominicales ad ¶Primam, & Complet. & fiunt suffragia consueta de Apostolis & ¶Pace, & Tempore ¶Paschali sola commem. de Cruce, vt in secunda feria post octa. ¶Paschę. ¶Post Nonam nihil fit de ea, nisi consueta eius commemoratio cum aliis suffragijs, quando agenda est in officio de Dominica.

¶ De ordinando Officio ex predictis Rubricis. Cap. 12.

Si quis velit ex supradictis rubricis ordinare officium occurrentis diei videat in Calenda. & in Tabula festorum mobilium, de quo fiat officium sequenti die: & vt inuenerit esse faciendum, sic ordinabit illud in vesperis & aliis Horis nocturnis & diurnis.

¶ Si ordinandum si officium de tempore, idest de Dominica, vel feria, recurrendum est semper ad ¶Psalterium, vbi ordinate ponitur quod est commune officij de Tpe cum distributione psalmorum, & ad proprium de tempore, vbi lectiones, ¶Responsoria, quędã Antiphonę, & orationes ponuntur, quę desunt in ¶Psalte. Inuitatorium, hymni, capitula, versus, ¶Responsoria breuia, & antiphonę, quę diuersis temporibus ponuntur in ¶Proprio, dicuntur loco eorum, quę sunt in psalterio: cum vero propria non fuerint, dicuntur vt in psalterio.

¶ Si officium sit ordinandum de sancto, recurrendum est semper ad commune Sanctorum: nisi proprium habeat in proprio Sanctorum, vbi pro qualitate festi, si nouem lect. idest duplex vel semiduplex fuerit, omnia ordinate ponuntur: illis exceptis, quę propria suis locis habentur.

¶ Si festũ fuerit trium lect. nocturno ferię, & lectionibus exceptis, omnia de eodem Communi sumũtur. Tres lect. primi nocturni in officio nouem lect. & prima & secunda lectio, vel prima tantum in festis trium lectio, sumuntur de Scriptura in officio de tempore. Quę vero proprię, aut de communi Sanctorum in festis assignanturiex proprio vel communi sanctorum requirantur.

¶ In maioribus solemnitatibus, & festis per annum, totum off. ordinat, vt in ꝓpria locis ponitur.

¶ In festis beatę Marię, omissis his, quę propria in illis habentur, hymni, nouem psalmi, & alia quędam requirenda sunt ex communi eius off. parno, circa finem Breuiary.

¶ Modus inchoandi officium, dicendi Inuitatorium, hymnos, Antiphonas, & versus habetur in principio psalteri.

¶ Cum vero Antiphonę duplicande sunt, dicuntur integrę ante psalmos, sicut in fine psalmorum.

¶ Modus dicendi absolutiones, & Benedictiones ante lectiones, legendi, & terminãdi lect. dicendi Responsoria post lectiones: ac ℟esponsoria breuia post capitula, dñ in prima dominica de Aduentu.

¶ Quo modo sit inchoandum, & terminandum officium per horas, habetur in ¶Psalterio.

¶ Quomodo terminandum per Antiphonas B. Marię, habetur in fine Completorij.

¶ Sed vt hęc omnia facilius habeantur, posite sunt sequentes rubricę de singulis horis, earumque partibus distincte cognoscendis.

¶ De Matutino. Cap. 13.

In Matutinum hęc per ordinem regulariter dicuntur secundum diuersitatem officij: nisi aliter in quibusdam diebus annotetur.

¶Pater

Pater noster, qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cęlo, & in terra. ¶Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

¶ Salutatio Angelica.

Ue Maria gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostrę. Amen.

¶ Symbolum Apostolorum.

Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cęli & terrę. Et in Jesum Christum filiũ eius vnicum, dominum nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex maria virgine. ¶Passus sub ¶Pontio ¶Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cęlos: sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in spiritum sanctum: & sanctam ecclesiam catholicam. Sanctorum communionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Uitam eternam. Amen. Omnia secreto: deinde clara voce hebdomadarius dicit, Dñe labia mea &c. pollice signando sibi os signo crucis: Deus in adiutorium &c. manu extensa signando se signo crucis a fronte ad pectus, & a sinistro humero vsq; ad dextrũ: cũ Gloria patri, & alys, vt in principio ¶Psalterij. Deinde dz Inuitatorium conuenies officio de Tpe, vel sancto, quod dz cum psal. Venite eo modo, quo in principio psalterij describit. dicto psalmo, & repetito Inuitatorio, dicitur hymnus: qui officio de tpe, vel de sancto conuenit.

¶ ¶Postea in duplicibus, & semiduplicibus dicuntur nouem psalmi: sed in Dñicis plures, vt in ¶Psalterio, cum suis Antiphonis, & versibus, quę tpi vel festo conueniunt: & totidem lectiones cũ octo ℟esponsorijs: aliquando cum nouem, vt suis locis ponitur, per tres nocturn. distinctos: hoc modo.

¶ In j. noct. dicuntur tres ¶Psalmi, cum tribus Antiphonis: post singulos psalmos vna Alia: sed tpe ¶Paschali, idest a dñica in Albis vsq; ad ¶Penteco. pręterquam in officio Ascensionis Domini: tres psalmi cuiusq; nocturni dicuntur sub vna Alia: & in fine psalmorum post vltimam Aliam cuiusq; nocturni dz versus. ¶Postea ¶Pr nr. Et ne nos. Absolutio. Exaudi. Benedictio. Benedictione perpetua: & alię ad singulas lectiones vt in prima Dñica de aduentu ordinantur. Deinde leguntur tres lect. de Scriptura, quę per ordinem in officio de Tpe occurrunt, nisi alię assignentur: & ad singulas lectiones, dz vnũ ℟esponsorij conueniens officio: si de tpe, vt in proprio tpis: si de sancto, vt in proprio sanctorum: alioquin vt in communi, etiam si lectiones primi noct. sint de scriptura officij de tempore.

¶ In fine vltimi ℟esponsorij cuiusq; nocturni dicitur Gloria patri cum repetitione partis ℟esponsorij: eo modo quo dz in prima Dñica de Aduentu, primo ℟esponsorio illius Dominicę excepto.

¶ In secundo nocturno dicuntur alij tres psalmi, & Alię, Versus, ¶Pr noster, Absolutio, Ipsius, & eius consequentes Benedictiones: vt in dicta prima Dñica de Aduentu habentur: tres lectiones de aliquo sermone: aut de vita alicuius Sancti: & ad quălibet lectionẽ vnũ ℟esponsorium Officio cõueniẽs.

¶ In tertio nocturno alij tres psalmi, cum aliis, vt supra: post tertiã Alĩam, Versus, ¶Pater noster, Absolutio, & Benedictiones: cuius, & Benedictiones consequentes ad singulas lectiones, quę erunt de homilia Euangelij de tpe, vel de festo, ꝓm qualitatem officij, vt in eadem prima Dñica de Aduentu. ¶Post septimam, & octauam lect. dz ℟esponsorium officio conueniens: aliquũ aũt dz et post nonam lec. vt suis locis dz, & in fine vltimi responsorij, aut octaui, aut noni, dicitur Gloria patri, vt supra. Si non dicitur nonum ℟esponsorium, post vltimam lectionem dicitur hymnus, Te Deum.

¶ In officio trium lectionum. Ad Matut. ¶Pater nr, Aue Maria, Credo, Dñe labia &c. Inuitato. & hymnus in ferali officio de feria, si non sint in proprio de tempore, dicuntur vt in ¶Psalterio: in festis, de festo, vt in Communi sanctorum: deinde nocturnum ferię, vt in ¶Psalter. idest duodecim psalmi, cum sex Alijs: & tpe ¶Paschali cum vna Alia, qui dicuntur cũ in officio feriali, quam in festis simplicibus.

¶ ¶Post ¶Psalmos, & Alias dz Versus: in feriali officio, vt in ¶Psalterio: in festis, vt in Cõi ferõrum: qui in festis sumitur, ꝓm ferias, ex nocturno Cõis, vnde sumuntur ℟ũsoria: vt dz infra in rubricis, de versibus, & ℟ũsorijs. ¶Post versum, dz ¶Pater noster, Absolutio, & Benedictiones, vt habetur infra in rub. de Absolutionibus & Benedictionibus. Tres lectiones (si non adsit homilia) singulę in officio feriali dicuntur de Scriptura, quę eo die occurrit in proprio de Tempore: si adsit homilia, singulę tres de homilia. In festis, prima & secunda, de eadem scriptura, tertia de sancto.

¶ Si fuerint duę lectiones de sancto: prima tantum erit de Scriptura: reliquę de sancto.

¶ ¶Post singulas lectiones in feriis extra tempus ¶Paschale, dicitur vnum ℟esponsorium, ita vt dicantur tria responsoria. Tempore vero ¶Paschali: & in festis duo tantum ℟esponsoria dicuntur, s. post primam, & secundam lectionem tantum: In fine vltimi rũsorij, secundi s. aut tertij, dz Gloria patri, cũ repetitione partis rũsorij. Quę responsoria in Officio de sanctis, sumuntur ex Communi sanctorum:

Sacerd. ¶¶ ij in feriali

in feriali Officio ex Vñicis, qñ propria per ferias non distribuuntur, ordine descripto in rub. de Vñ. Qñ non dicitur tertium Responsorium, post tertiam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

¶ De Laudibus. Cap. 14.

AD Laudes, Deus in adiutorium &c. dicuntur psalmi, & canticum Benedicite, vel aliud, vt habetur in feriali officio extra tempus Paschale, cum Aliis officio cõuenientibus. Qui psalmi, & cãticum in Vñicis per annum, exceptis Vnicis a Septuag. vsq; ad Vñicam Psalmarum inclusiue, & in feriali officio temporis Paschalis, ac in festis tam nouem quam trium lectionum, dicũtur de Vñ. cũ vt in psalterio. In Prędictis vero Vñicis a Septuag. vsq; ad Vñicam Psalmarum inclusiue dicuntur vt suis locis ponit. In feriali officio per annum, extra tempus Paschale, dicunt vt in Psalte.

¶ Antiphonę in Vñicis quando proprię non assignantur, dicuntur vt in psalterio. In festis nouem & trium lectionum, si non adsint proprię dicuntur de Cõmuni. post psalmos dicitur Capitulũ, Hymnus, Versus, Antiphona ad canticum Benedictus, cum eodem Cantico, & Oratio: omnia pro qualitate Officy, de Tempore vel de festo.

¶ Preces qñ dicendę sunt, dicantur ante primam orationem. Commem. vero de Cruce, de S. Maria, Apostolis, & Pace, similiter qñ dicendę sunt, post orationem, nisi alia cõmem. festi simplicis occurrat, quę semper prędictas commemorationes precedit, de quibus infra in propriis rubricis dicitur.

¶ Ante orationem dicitur, Dominus vobiscum, & Oremus: post vltimam orationem repetitur. Dominus vobiscum. Deinde, Benedicamus domino: & versus Fidelium animę, Pater noster. Dominus det nobis suam pacem: & Antiphonę beate Marię, vt habetur in fine Completorij, si tunc discendum sit a Choro, alioquin in fine vltimę horę, nisi sequatur Missa, vel officium Defunctorum, aut Litanię, vt in propria rubrica dicetur.

¶ De Prima. Cap. 15.

AD Primam, Pater noster, Aue Maria, Credo secreto, Deus in adiut. &c. Hymnus. Iã lucis. Deinde inchoatur Antiphona, quę cõuenit: quę in festis ad omnes horas sumitur ex Laudibus per ordinẽ, quarta prętermissa. In alijs seruetur rubrica inferius posita de Antiphonis. Postea dicuntur psalmi, qui in Dominicis & ferijs dicuntur vt in Psalterio. In festis autem, & tempore Paschali, tres tantum, vt etiam ibi annotatur.

¶ Post Antiphonas dicitur Capitulum, Regi seculorum. In feriali officio extra tempus Paschale dicitur Capitulum, Pacem. deinde Responsorium breue, Christe fili Dei viui, &c. Post Responsorium bre. in officio duplici & infra octauas statim dr oratio, Vñe Deus omnipotens: in alio officio non duplici dicitur Kyrie eleison, cum reliquis precibus, omnia vt in Psalterio: vbi quando aliquis solus dicit officium, semel tantum dicit: Confiteor, omissis illis verbis: Tibi pater, vel vobis fratres, & te pater, & vos fratres: quod etiam seruatur, quando dicitur ad Completorium. In feriali officio quãdo dictę sunt preces ad Laudes: addunntur alię precces, vt ibi in Psalterio.

¶ Post orationem, in Choro legitur Martyrologium: deinde dicitur Preciosa cum reliq. Quę etiã dicantur ab ijs, qui extra Chorum non legerint Martyrolog. in fine, ad Absolutionem Capituli in festis, dicitur Capitulum Nonę, Alio tempore tam in Vñicis, quam ferijs, vt in psalte.

¶ De Horis, Tertia, Sexta, & Nona. Cap. 16.

AD Tertiam, Sextam, & Nonas: ante singulas horas dicitur Pater noster. Aue Maria. Deus in adiuto. Hymnus, & psalmi, vt in Psalterio. Alię secundum officy qualitatem ordine quo sũt pra. Dictis psalmis, post Antiphonam dicitur Capitulum & Responsorium breue pro qualitate officij: quę in Vñicis & ferijs, quando non habentur propria in proprio de tpe, dicuntur vt in Psalterio: in festis si in proprio Sanctorum non sint propria, sumuntur de Cõmuni. Post Responsorium bre. dr oõ, qñ in ꝓprio de tpe: si aũt sit de sancto, vt in ꝓprio Sanctorum: alioquin vt in Communi.

¶ Post orationem repetitur, Dominus vobiscum: & dicitur, Benedicamus Domino: Fideliũ aiãmę: & Pater noster, secreto.

¶ De Vesperis. Cap. 17.

AD Vesper. Pater noster. Aue Maria. Deus in adiutor. &c. Deinde dicuntur quinque psalmi, cum quinque Antiphonis, vt in proprio, aut Communi Sanctorum signantur. In Dominicis autem & ferijs Antiphonę, & psalmi semper dicuntur vt in psalter. vbi Tempore Paschali psalmi dicuntur sub vna Antiphona nisi alię proprię Antiphonę, vt in Dominicis Aduentus, assignentur.

¶ Post psalmos, & Antiphonas dicitur Capitulum, hymnus, versus, Antiphona ad Magnificat cum eodem cantico, & Oratio, omnia de Tempore, vel sancto pro qualitate officy.

¶ Preces quando dicendę sunt, dicuntur ante orationem: Commemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apostolis, & Pace, post eam, vt infra in proprijs rubricis dicitur.

¶ De

¶ De Completorio. Cap. 18.

AD Complet. absolute dicitur lectio breuis, vt in Psalterio: deinde Pater noster: Cõfiteor: Misereatur: Indulgentiam: Conuerte: Antiphona: Psalmi: Hymnus: Capitalum: Responsorij breue: Cãticũ cum Alia: oia vt in fine psalterij: & post eam in duplicibus, & infra octauas dr Oratio: in alio officio non duplici ante orationẽ dr Kyrie eleison cum reliquis precibus, vt ibidem in psalterio.

¶ Post versum Benedicat & custodiat nos &c. dr vna ex antiphonis B. Marię, cũ versiculo & Oratione: vt ibidem: & dicto versu Diuinum auxilium, dicitur secret. Pater noster. Aue Maria, & Credo.

¶ De Inuitatorio. Cap. 19.

INuitatorium semper dicitur in omni officio ad Matut. cum psalmo, Venite: ordine in principio psalterij descripto: sed variatur pro officy qualitate, vt in psalterio, & in propr. o & Communi sanctorum.

¶ Non dicitur in die Epiphanię, nec in triduo ante pascha, vt suis locis dr: nec in officio Defunctorum per annum, excepto die Commem. omnium fidelium Defunctorum, & presente corpore.

¶ De Hymnis. Cap. 20.

HYmni semper dicuntur in qualibet hora, prętquam in triduo ante Pascha vsque ad Sabba. in Albis inclusiue: & prętquam in officio defunctorum.

¶ Ad Matut. hymnus dicitur post psalm. Venite: repetito Inuitatorio, prętquã in die Epiph. Ad Laudes, & Vesp. dr post Capitula: ad horas añ psalmos & añas, ad Cõpletorij post psalmos & añam.

¶ Dicuntur aũt in officio de tpe, vt in psalterio, qñ propry hymni in ꝓprio de Tpe non adsunt: qui hymni de psalterio, in Vñicis, & feryis assignati dicunt ab octaua pente. vsq; ad Aduentum (Vñica infra octauam Corp. Christi excepta) & ab octaua Epiph. vsq; ad Dominicam primã Quadr. exclusiue. In officio de Sanctis dicuntur vt in Communi Sanctorum, nisi ꝓpry in ꝓprio sctorũ habeant.

¶ In Matuit. Dni & vsq; ad Epiph. in festo Corp. Chri & p octauã, & qñcunq; fit officiũ S. Marię tam nouem quã triũ lect. ẽt tpe paschali, in fine oĩum hymnorum (prętquam in fine hymni. Aue Maris stella) dicitur Gloria tibi dñe, Qui natus es de Virgine, vt in eius officio patuo, ẽt si dicant hymni de sanctis, qui infra octa. prędictas celebrant: dũmodo hymni de Sanctis sint eiusdẽmetri.

¶ In Epiphania domini, & per totam octa. ac in festo Transfigura. in fine omnium hymnorum dicitur, Gloria tibi domine, qui apparuisti hodie.

¶ A dominica in Albis vsq; ad Ascensionem in fine omniũ hymnor dr, Gloria tibi dñe, Qui surrexisti a mortuis: ẽt in festis Sctorũ eodẽ tpe paschali occurrẽtiũ, dũmodo hymni sint eiusdẽ metri.

¶ Ab Ascensione autem vsque ad Pentecost. dicitur, Gloria tibi domine, Qui scandis super sydera, similiter etiam & in festis occurrentibus.

¶ In Pentecoste vero & per octauam dicitur, Gloria patri domino, Natoq; qui a mortuis &c. Alijs temporibus terminantur hymni, vt suis locis ponitur.

¶ De Antiphonis. Cap. 21.

AD omnes horas semper cum psalmis dicuntur Antiphonę vel vna vel plures pro diuersitate officij, & horarum.

¶ Si de tempore fiat officium, idest de dominica, aut feria, dicuntur Antiphonę, vt in psalterio, quę cum psalmis positę in Vesperis dñicę & feriarum, in Completorio, ac in nocturnis, etiaz qñ fit officiũ de festo trium lect. idest simplici nunquam mutantur nisi tempore paschali, quo tpe dr vna tantum Aña, alleluia, excepto tempore etiã Aduentus: quo tpe ad vesperas & nocturnos dominicę ponuntur proprię añę. In Laudibus & alijs horis mutantur pro diuersitate tpum, vt in proprio de tempore habentur, cum vero non assignantur, semper dicuntur quę positę sunt in psalterio.

¶ Añę, quę in proprio de Tempore sabbato ponuntur ad Magnificat pro prima dominica alicuius mensis, sumendę sunt ex ea dominica, quę est propinquior Kalendis: vel est in Kalendis illius mensis, vt supra in rubrica de dominicis, ac etiam in rubr. mensis Augusti dicitur: & semper in sabbato ponitur antiphona ad Magnificat, quę contigua est libro Scripturę in dominica ponendo.

¶ In festis nouem lect. ad vesp. dicuntur añę de Laudibus nisi proprię in vesperis assignentur. Ad horas similiter, tam in officio de tempore quam de Sanctis, quando habentur proprię in Laudibus, & alię proprię non fuerint ad horas, sumuntur ex Laudibus quarta prętermissa, hoc ordine. Ad primam, prima: Ad tertiam, secunda. Ad Sextam, tertia. Ad Nonam quinta.

¶ In ferijs Aduentus, quę non habent ad horas proprias antiphonas, sumuntur ex Laudibus dominicę precedentis. Vbi vero in Laudibus feriarum Aduentus fuerint proprię, sumuntur vt dicta est, ex ipsis laudibus feriarum proprię.

¶ Tempore paschali, in officio tam nouem, quam triũm lect. psalmi nocturnorum cuiuslibet nocturni, dicũtur sub vna antiphona, quę officio conuenit, vt suis locis ponitur.

¶ Iſ duplicibus ad Veſpe. ℳatut. ꝛ Laudes tantū aſſę dicuntur ante pſalmos integrę: poſt pſalmos integrę repetuntur: in aliis ſ̄dijs, ꝛ in officio non dupliei, in principio pſalmi inchoatur tantum antiphona, deinde in fine integra dicitur. Et quando alia incipit ſicut pſalmus, poſt inceptam aliam dicatur quod ſequitur in pſalmo ſine repetitione principij, ab eo loco vbi deſinit antiphona.

¶ Antiphonis propriis, tam in officio de tempore, quam de ſanctis, ſemper cedunt, quę habentur tā in pſalterio, quam in Communi ſanctorum.

¶ Quando fit aliqua commem. ſemper dicitur antiphona ante orationem cum verſu, quę ſumitur ex officio, q̄ conuenit ei, de quo fit commemoratio: ita vt in Veſperis ſumatur antiphona quę aſſignatur ad ℳagnificat, in Laudibus quę ad Benedictus, cum verſibus qui habentur poſt ℍymnum.

¶ Antiphonę ſanctę ℳarię poſitę in fine Completorij, dicuntur vt inferius in ꝓpria rubr. dicitur.

¶ De pſalmis. Cap. 22.

Pſalmi in officio de tempore, per omnes ℍoras, in dominicis ꝛ Feriis dicuntur eo modo, quo diſtributi ſunt in pſalterio: niſi aliquando aliter in proprio de tempore ſignentur. In feſtis autē dicuntur, vt in propriis locis ſignatur: aliqn̄ vt in Communi Sanctorum.

¶ Pſalmi ad laudes de dominica cum cantico Benedicite, dicuntur in omnibus feſtis per annum, ꝛ in feriis temporis paſchalis.

¶ Pſalmus, Confitemini, dō ad primam cum aliis pſalmis in pſalterio aſſignatis in oibus dominicis (q̄ officium ſit de dñica) a tertia dñica poſt pentecoſt. incluſiue vſq; ad Natiuitatem dñi excluſiue: ꝛ a ſecunda dñica poſt Epiph. incluſiue vſq; ad Septuag. excluſiue: ꝛa Septuageſima autem incluſiue vſq; ad paſcha excluſiue, eius loco dicitur pſalmus: Dñs regnauit: ꝛ pſal. Cōfitemini, tunc dō ad Laudes poſt pſal. ℳiſerere: vt ſuo loco dō. In dñicis vero Temporis paſchalis a Dñica in Albis incluſiue vſq; ad Aſcenſio. excluſiue, dicuntur tantuz tres pſalmi ſicut in feſtis, addito ſymbolo Athanaſii. Alij pſalmi per ſingulas ferias diſtributi ad primam, dicuntur ſinguli loco pſalmi, Confitemini, in feriali tantum officio, quando de feria agitur extra tempus paſchale. In feriis vero tēporis paſchalis, in feſtis per annum, ꝛ in ſabbato, ſiue de ſancta ℳaria, ſiue de feria fiat officium, dicuntur tantum tres pſalmi: ſ. Deus in nomine tuo. Beati immaculati, ꝛ Retribue: ēt ſi feſtū duplex celebret in Dñica.

¶ In Dominicis autem, quando officium ſit de Dominica, poſt pſalmos additur ſemper ſymbolum Athanaſij, Quicunq;, vt infra in propria rubrica dicetur.

¶ Pſalmi ℍorarum, ſcilicet ad Tertiam, Sextam, ꝛ Nonam, ꝛ ad Completorium. nunquam mutā tur, vt in pſalterio, ſiue de ſanctis, ſiue de Tempore fiat officium.

¶ Pſalmi de Dominica ad Veſp. vt plurimum dicuntur in veſp. feſtorum, excepto vltimo, qui mutatur: cum vero aliter ſit ſuis locis annotatur. In Veſp. infra oct. dicuntur pſalmi, vt in ſecundis Veſp. feſti, exceptis primis Veſp. diei octauę, in quibus dicuntur, vt in primis Veſp. feſti.

¶ In fine pſalmorum ſemper dicitur Gloria patri, p̄terquam in pſalmo, Deus Deus meus ad te de luce vigilo: ꝛ in pſal. Laudate Dominum de cęlis, in quibus dicitur tantum in fine vltimi pſalmi, ante Canticum Benedicite, ꝛ ante Capitulum. ſ̄Pr̄eterea non dr̄ in triduo ℳaioris ℍebd. ante ſ̄Paſcha, nec in officio Defunctorum, cuius loco p̄o Defunctis dicitur, Requiem ęternam ꝛc.

¶ De canticis. Cap. 23.

Cantica dicuntur in officio de tempore, tam de Dominicis, quaz de Feriis, vt in pſalterio diſtribuuntur ad Laudes, Veſperas, ꝛ Completorium.

¶ In feſtis, ꝛ Tpe paſchali ad Laudes ſemper dicitur Canticum Benedicite, vt in Dñica, ꝛ in fine eius non dicitur Gloria patri, ſicut in aliis Canticis dō, nec reſpondetur, Amen. Alia cantica ferialia, vt in pſalterio, ad Laudes non dicuntur niſi quando officium fit de feria extra tempus paſchale.

¶ Canticum Benedictus, ℳagnificat, ꝛ Nunc dimittis, ſemper dicuntur ſuo loco, vt in pſalterio.

¶ De Verſibus. Cap. 24.

Verſus ſemper dicuntur ad ℳatutin. poſt vltimum pſal. ꝛ antiphonam nocturnorum, ſiue in officio dicantur tres nocturni, ſiue vnus. Ad Laudes ꝛ Veſp. Verſus dicitur poſt ℍymnū, ꝛ ad horas dō in Reſponſorio breui, poſt repetitionem partis Reſponſ, dicto Gloria patri.

¶ In paſcha Reſurrec. ꝛ per eius octauam vſque ad ſabbatum in albis incluſiue, in Nocturno tantum dicitur verſus, in aliis ℍoris non dicitur, vt ibi.

¶ Quando fit aliqua commem. ſemper poſt antiphonam eius, de quo fit commemoratio, dicitur Verſus, qui in eius officio ponitur poſt ℍym. Veſperarum ꝛ Laudum.

¶ Verſibus tempore paſchali ſemper additur ℍalelluiah.

¶ Verſus Dñs vobiſcū, ſemp ꝓponitur orationi: ꝛ poſt eam repetitur, vt infra dō in rub. de oratione.

¶ In officio feſti trium lect. poſt omnes pſalmos feriales cum antiphonis, dicitur Verſus de Communi Sanctorum

ni Sanctorum, hoc ordine. Feria ij. ꝛ v. Verſus primi nocturni. Feria iii. ꝛ vi. verſus ſecundi nocturni Feria iiii. verſus tertii nocturni.

¶ Verſus poſiti in pſalterio ad Laudes, ꝛ Veſpe. ſemper dicuntur quando alū ꝓpriū non aſſignatur, in proprio de tempore.

¶ De Abſolutionibus, ꝛ benedictionibus ante lectiones. Cap. 25.

Abſolutiones, ꝛ benedictiones dicuntur per ordinem in officio nouem lect. ante lectiones, vt in prima Dñica de aduentu ponuntur, ſcilicet, poſt verſum dicto ſ̄Pater noſter. Et ne mea. dicitur abſolutio ꝛ Benedictio, vt ibi: p̄terquam in ℳatutinis tenebrarum ℳaioris hebd. ꝛ officio Defunctor. in quibus Abſolutio ꝛ Benedictio non dicuntur.

¶ Si officium nouem lect. fit de Sancto, octaua benedictio erit, Cuius vel Quorum feſtum colimus ꝛc. vt ibi. Si de ſancta ℳaria, octaua benedictio erit. Cuius feſtum colimus ipſa virgo virginum ꝛc. Cum leguntur tria euangelia cum homilia, fiat ſicut in Natiuitate domini dicitur.

¶ Si fit officiū triū lect. ꝛ fit de feria, in qua ſingulę tres lect. ſunt de Scriptura, Abſolutio ꝛ Benedictiones ſumuntur ex prima dominica de Aduentu hoc ordine. Feria ſecunda ꝛ quinta Abſolutio ꝛ Benedictiones primi noct. dicuntur. Feria tertia ꝛ ſexta ſecundi noc. Feria quarta ꝛ ſabbato, tertii noc.

¶ Si autem ſingule tres lect. non ſunt de Scriptura, Abſolutio dicitur ſm̄ ferias, ſicut quando tres ſunt de Scriptura. Benedictiones vero ſemper dicuntur, vt in tertio noc. dicētę dñice ordinantur.

¶ Si tres lect. ſunt de homilia: ſ̄Prima Benedictio erit, Euangelica lectio. Secunda, Diuinum auxilium. Tertia, Ad ſocietatem.

¶ Si fit de ſancto, de Abſolutionibus idem ſeruatur quod in feriis, quando non legitur homilia: ſed Benedictiones dicuntur vt in tertio noctu. hoc modo, ℙRima, Ille nos benedicat: Secunda, Cuius, vel quorum feſtum colimus: Tertia, Ad ſocietatem.

¶ Qn̄ fit officium B. ℳarię in ſabbato: Abſolutio ꝛ Benedictiones dicuntur, vt in eius off. paruo circa finem Breuiary.

¶ De Lectionibus. Cap. 26.

Lectiones leguntur ad ℳatut. dictis pſalmis nocturnorum cum antiphonis, verſibus, Abſolutionibus quoq; ꝛ Benedictionibus, vt ſupra. In duplicibus ꝛ ſemiduplicibus dicuntur nouem lect. ideſt in quolibet nocturno tres: in feriis ꝛ feſtis ſimplicibus leguntur tantum tres lectiones.

